T IGITVR Hanc lucis ſublimitatem aliquantulum ĩ ænigmate ſpeculari ualeamus nominũ poteſtates/ſeu definitiones quas Cicero in Topicis Notiones:græci ὅρους nostri dialectici terminos uocant iprimis ediſcere oportebit.Hec enim in oĩ diſciplina/ac doctrina : rerũ ſunt oculi & quaſi lumina/quorũ explicatione que deinde ſecuntur & q̃ in his continentur breue admodũ & iſagogicũ capimus argumentũ.In diuinis igitur quid hec ſibi uelint perſcrutandũ/Natura/eſſentia/Suſtãtia Hypoſtaſis/Perſona/Proprietas/Notio/Relatio/Manatio/Forma/Actus/Habitus/Homuſion/Enuſion/Anuſion/Hyperuſiõ/Enypoſtaton/Anypoſtaton/Enyparcton/Anyparcton/Ex his autẽ nõnulla in ſequentibus declaranda reiciam.Natura principium motus Ariſtoteli dicitur/Rectius tamen theologi ueræ rei hyparxim hoc eſt exiſtentẽ rei ueritatẽ/eſſe adfirmant/Nec enim natura ẽ aliud q̃ id quod eſt aptum/natumq; uere eſſe/Omne deniq; rebus inſitũ creatis natura eſt/Idem fere & eſſentia/& natura ut in homine humanitas quod a ſuppoſito deducit/ & per abſtractionẽ a cõcreto fit Abſtractio namq; aut forma a materia ut in exemplo predicto ſiue uniuerſale a particulari ſeu genus a ſpecie ut Animal abhomine Actus uero multiplex.naturalis:præter ſupraq; naturã:ex arte:ex optiõe:Naturalis ut ait Gregorius Nyſenus uis eſt q̃dã ac motus in qualibet eſſentia phyſicus qua ſolum nõ ens priuatur Actum enim propriũ & a natura prefixum quelibet eſſentia detegit ut intellectio/ſenſatio/motio/generatio:intelligentium ſentientium:mouentium/generantium ſunt actus:quibus ſublatis actibus ipſa perit omnino ſuſtantia ſublata enim flagratio/ ne flagratiuum tollitur ſublato animalis motu/extinguitur animal. Quodq; mirum differentes quædã ſuſtantiæ ſeu naturæ propriis actibus priuatæ alios reddunt prinus actus ut lapis aduſtus frigidũ ac naturalẽ amittẽs actum:cauſticum acquirit/& cedrus aduſta propriam uegetationem relinquens cedreum liquorem alium ſubito reddit Contra naturam actus ut ignis deorſum & graue ſurſum feratur quod nõ ſponte ſed ui aliqua externa fit.Præter naturam ut graue recte feratur ſupra naturam ut uirgo pariat & his ſimilia portenta.In his autem omnibus ars extrinſecus agit ratione apparente: at natura intrinſecus ratione occulta attamen ueſtigabili Deus uero ſupra omnem naturam & occulta/& inueſtigabili.Dicitur & actus/& forma que etiam ad ſuſtãtias incorporeas traducitur a pho autem Entelechiæ quaſi perfectione modo ſubſiſtentes ut Deus Angelus Anima humana:Traducitur & ad qualitates ut ſcientia ipſa:ſciẽdiq; per cogitationem exercitatio Primum ſecundumq; dicimus actum.Habitus autem naturæ totius uis q̃dam & potentia a reliquis eam potentius ſe cernens ut ait Dionyſius cuius oppoſitũ priuatio & corruptio Sunt autem habitus intellectualium moraliũ naturaliũ uirtutũ ac facultatũ de quibus paulatim in ſequentibus mentionẽ faciam.

Gregorius Nyſenus.

¶ De eſſentia ſeu ſuſtantia hypoſtaſi ſeu perſona deq; rebus aliis que in diuinitate excogitantur. VIII.

q VAM Greci uſiá uocant nos rectius eſſentiá dicimus:ɔſuetudo tñ ut etiá ſuſtátiá uocemus q̄ ꝑprie hypoſtaſi græco uocabulo ſubſiſtẽtia uero ſiue ſuppoſitũ hyparxi. Subiectũ hypocimeno reſpondent Omnia uero exeo ſunt dicta quod ſiue naturæ ſeu accidentibus ſubſtent ſupponanẽ ſubiiciá tur Eſſentia itaq̧ ſiue uſia libro quito metaphyſicæ biſariá deſcribitur uno modo uniuerſam rei alicuius naturá ſeu definitione ſiue ut appellant quiditatẽ ideſt id quod res proprie definitur ut homo aial rationis particeps Alio modo particulare ſub iectũ ſeu ſuppoſitũ quod in genere ſuſtantiæ ſubſiſtit ae naturæ eſſentiæue ſiue acciden tibus ſubicitur Hypoſtaſis apud græcos quodcunq̧ indiuiduũ ſuſtátiæ ſicuti apud lati nos ſuppoſitũ ſignificat:mos tamẽ ut nobilibus addicatur indiuiduis. Q uod autẽ hec duo in toto ſuſtantiarũ genere ſibi uolunt:hoc nomẽ pſona inſubſtátiæ genere rõnis p ticipis notat. Q uáobrẽ ſicuti nos ĩ diuinis tris dicimus pſonas ita græci tris hypoſtaſes Q uod nomẽ cõſulto uitamus qđ id reſpõdere ſuſtátiæ diximus:ne ob æquocationem erroris occaſio facile oriri poſſet:nos rectius pſonas uocamus Illi naq̧ ad rẽ notandá ſubſiſtẽtẽ:hypoſtaſim dicũt/nõ qa accidẽtibus ex uocabuli proprietate ſubſtet Hierony/ mus enĩ uenenũ dicit ſub melle hoc nomine latere quia priuſq̃ huius uerbi poteſtas apud latinos nota eſſet:iprudentiũ atq̧ ineruditorũ ſenſus ab Aereticis facile decipieba tur ut plane per hypoſtaſes:plures fateri cogerẽt eſſentias Hæc demũ ratio cur eccleſia nouo pſonarũ uocabulo uũt:in lege ueteri nuſq̃ repio:alioqn ꝓfana nouitas uitanda ut Paulus Timotheũ admonet ꝓfanas inqt uocũ nouitates uitate. IN diuinis igit̃ ut ĩ prima di.iii. Scotus ait:Q uattuor plane ɔſideranẽ/Q uiditas:modi:relatões:ad tributa Q uiditas ens ſuſtantiá ſpiritũ refert.in qua ueluti ſundamẽto:reliqua ɔſtituunẽ. Modi intrinſeci Infinitas:neceſſitas imobilitas æternitas exiſtẽtia ſicuti creaturæ contraria his oia præter exiſtẽtiá dicunẽ. Hec itaq̧ quanq̃ quicquid eſt in deo ſeu de deo predicatur:ẽ ipſe deus:tamẽ ut qualitates a q̄ditate:& ut actus a potẽtia differunt. Entis náq̧ ɔceptus ni q̄d accuſatẽ:de cuius rõne infinitas nõ eſt:quod ille ſic ꝓbat. Nullũ prius tanq̃ de ſui eſſentia ipſum poſterius cõplectiẽ qa qđ de alicuius eſt rõne ſemꝑ eſt illo prius. Infini tas enĩ diuinæ eſſentiæ pſectiua eſt q̄titas:q̄ re cuius ẽ pfectio poſterior exiſtit:nõ ergo de q̄ditatis rõne. Intrinſecus ꝑterea dicuntur modi qđ nulli creatorꝶ oino ɔueniát:cæte ræ náq̧ diuinitatis ꝑprietates uel creaturis ex pticipatõe ɔuenire facile ualent. Deinde relatio quæ trinitatẽ refert patrẽ filiũ ſpiritũ ſanctũ quas hypoſtaſes græcis nobis autem pſonas uocari diximus dũ incõcreto ſunt in abſtracto aũt Notiones,diſtinctiones ꝓ/ prietates relationes dicunẽ Notiones qm̃ his inter ſe uocabulis noſcuntur diſtinctões quod eiſdẽ diſtingunẽ Proprietates quod propriũ cuiq̧ pſone ſic eſſe nec aliter Rela/ tiones quod ſimiles interſe ae æquales. In diuinis enim idẽ abſtractũ & cõcretũ quam obrẽ pater & paternitas idẽ oia deniq̧ ei ad tributa ut potentia patri:ſapientia:filio: bo/ nitas ſpiritui ſancto. Patris itẽ ingenitũ Filii genitum:Spiritusſancti ab utroq̧ ꝓcedens. Hac itaq̧ de cauſa uerbũ relatiuũ triplici genere pronunciatũ qui quæ quod huic recte adplicabitur idẽ quoq̧ ſi totidẽ caſibus inflectatur/eandẽ ſimiliter poteſtatẽ obtinebit Ex quo ꝑ quẽ ĩ quo Vnde Paulus ex ordine trinitatẽ referens Ex ipſo inqt & pꝰ ipſum & in ipſo ſunt oia. Relationes idẽ qđ notiones uerũ inter notiões eam quá uocant in naſcibilitatẽ addunt q̄ patri tantũ ob relationis priuationẽ cõueniat. Rebus enim diui nis nomina ſecundũ rerũ creatarũ modũ indiderunt Ná quia indiuiduorum natura: ſpeciei naturæ per materiá ſubiicitur:ipſa quoq̧ indiuidua huiuſcemodi uocabulis & ſuppoſita & hypoſtaſes uocantur unde diuinæ itẽ pſonæ eiſdẽ appellationibus nomi/ nantur/non quod ſuppoſitio aut ſubiectio aliqua re uera exiſtat:eſſentia rurſus & ſup poſitũ ſeu perſona idẽ Q uapropter eſſentiam perſonæ/non perſoná eſſentiæ dicimus in perſonarũ namq̧ numero eſſentia retinet unitatem.

De Relationibus indiuinis. IX.

ELATIO Omnis ut in quinto metaphyſicæ ſcribitur ſupra quãtitatẽ ut
dupluͤ & dimidiuͤ/uel ſupra agentia patientiaue/ut faciẽs & factuͤ: pater &
r filius dñs & ſeruus qum uero quãtitas in deo nõ extet neceſſe ut in actio
ne non autem ea per quã aliquid extrinſecus ex deo procedit ipſius nãq;
relationes ad creata in eo nõ reueraq; exiſtũt Opus igitur ut extriſecus ex/
tet Huiuſcemodi duæ ſunt tãtũ una p itellectus actionẽ q̃ uerbi eſt manatio Altera uo
luntatis q̃ amoris itẽ i qualibet aũt emanatiõe duaꝝ eſt opus relatões intelligere quarũ
una procedentis a principio ipſius altera principii ut paternitas & q̃ theologis dr̃ filia
tio: Amoris aũt emanatio nomẽ ꝓpriũ nõ hẽt ſpiratio uocabit̃ Emanantis uero relatio
Emanatio ſeu ꝓceſſio in qbus oĩbus ad aĩaduertẽdũ ut intellectus ad rẽ intellectã uolũ
tas itẽ ad rẽ quã uolumus ſimiliter ſcientia ad rẽ q̃ ſcitur re ueraq; relatio ẽẽ poterit in
deo aũt idẽ oĩo itellectus & res intellecta: quod ſeſe itelligẽdo reliqua oĩa itelligat eadẽ
quoq; ratio uoluntatis ad id eius qđ uult Quãobrẽ huiuſcemodi i eo relatiões quas
ſupra narrauimus re quidẽ nõ exiſtũt queãdmodũ nec eiuſdẽ ad idẽ & hoc quidẽ ſi ad
eius referant̃ eſſentiã. Si uero ad pſonaꝝ diſtinctiões ac ꝓprietates rõne oppoſitionis
ueræ & ipſæ quoq; exiſtũt ac itelligẽdi tãtũ ſequũt̃ modũ Nihil enim noſtrũ ꝓibet itel/
lectũ multa intelligere: multifariãq; id referri quod alioqn natura ſimplex exiſtat ut il/
lud ſub multiplici ratione conſideretur quo enim res ſimplicior eo maioris uirtutis
& pluriũ principiũ ideoq; multis & modis & relationibus eſt opus intelligatur: Quẽ
admodũ punctũ pluriũ eſſe principiũ q̃ linea: & linea q̃ ſuperficies uidetur.

De perſonarum emanatione. X

GITVR Duæ in duo emanationes ſiue uti appellãt proceſſiones ſecun
dũ totidẽ aĩæ rationis participis actiones intellectus ſcilicet & uoluntatis
i Ex altera uerbũ: amor ex altera deducitur Sicut enim per uerbi conceptio
nẽ res in intelligente dicta uel intellecta Sic ab utroq; amoris emanatio
Verbũ inſup filii generatio/emanatioq; dicitur Spiritus uero tantũ ema/
natio inter itellectũ nãq; & uoluntatẽ hoc intereſt quod res itellecta ex propria ſimili/
tudine in ipſo eſt intellectu uoluntas uero ſimilitudinẽ eius quod ſpectat nõ ſibi reti/
net ſed in eo quod ſpectat quandã habet propenſionẽ Quod itaq; in diuinis procedit
ſeu emanat ut genitũ ſiue filius emanat: ſed magis ut ſpiritus ſpiritui nãq; emanatio ma
gis conuenit: quo noĩe quædã uitalis motio ſiue ĩpulſio deſignat̃: ueluti ſi aliquis ad ali
quid agendũ amore ĩpelli ſeu moueri dicatur. Sed quonã modo hec emanatio fiat cla
rius paucis uidendũ Quidã uerbũ ut effectũ a cauſa procedere & ut purã a patre crea Arrius
turã putauere ut Arrius & Origenes Alii uero ut cauſam i effectũ ꝓcedẽtẽ/qua simili Origenes
tudinẽ ſuã diuerſis exprimi modis ut Sabellius exiſtimauit: aiens ipſum deum patrem Sabellius
filiũ dici qum corpus ſuſcepit/eundẽq; ſpiritũ ſanctũ qua hoĩem ſanctũ reddidit Quod
totũ Euangelio refellitur ubi dicitur Non poteſt filius ab ſe quicq̃ Vtraq; igit̃ hæc ema
natio ad aliquid extrinſecus accepta eſt: cuius rei gratia ſecundũ queãdmodũ emana/
tio multiplex in rebus reperitur quantoq; interior ac in rerũ penetralibus magis cõdi
ta: tanto nobilior Quapropter primũ ſi emanationẽ in his q̃ generantur & corrũpunt̃
conſideramus nil erit aliud q̃ de nõ eſſe in eſſe mutatio ut ignis de igne Aqua de aere
in uiuentibus uero alicuius ex primo uiuẽte coniuncto origo de potentia in actũ exi
ens ſignificatur/uocaturq; proprie & genitum & filius q̃ omnium eſt manatio perfe/
ctiſſima ut homines & animalia Pilus uero aut uermis nequaquam Sic itaq; uerbi
emanatio in diuinis: intelligibilis actionis modo procedit. Intellectus enim cõceptio
rei eſt intellectæ ſimilitudo qui aliter in nobis q̃ in diuinis in nobis enim intelligere

ipſa intellectus ſuſtantia non eſt Vnde uerbum quod per intelligendi actum ex nobis
exit eiuſdem naturæ cum eo unde prouenit non eſt At mentis diuinæ intelligere ipſa
eſt intelligentis ſubſtantia/nec externo aut alieno quicq̃ indiget Quamobrem & geni
tus & eiuſdem cū eo naturæ recte appellabitur.

¶ De Homuſio & nonnullis aliis nominibus. XI.

PSAS Autem in uirtute ſuſtantiæ perſonas Homuſion in concilio cōſtan
tinopolitano appellatum ideſt eiuſdē ſuſtantiæ comperimus. Traducitur
i & ad res creatas modo inferiore/qum unum quidē eſſentia ſiue natura/
diuerſum uero hypoſtaſi/ut homo homini/angelus angelo/animal ani/
mali:ignis igni/aqua aquæ ſed proprie de peiori dicitur ut lapis marci/
dus lapidi duro & integro comparatus materia fagi & abietis caro aſini & leporis Di
citur & Homuſion & Homogeneum & Syngeneū & Homophylon & Homophyes
idē fere Heteruſion uero ſiue Heterogeneū alterius eſt oīno eſſentiæ ut homo & ange/
lus.Ignis & aqua Enuſion autem & Enypoſtaton & Enyparcton idē fere duobuſq; in
telliguntur modis/aut pro ipſa hypoſtaſi/hoc eſt quod eſſentia exiſtētiāq; habeat ut An
gelus:homo:lapis.ſiue in hypoſtaſi proprietas:quemadmodū homini ratio/& in diui
nis Patris eſſe ingenitum:filii genitum ſeu matus dicere quod hypoſtaſi adciderit ut i
anima ſcientia/& in corpore color.Anuſion uero & Anypoſtacon eſt quod omnino
eſſentia caret/nec uere exiſtit ut ſomniū & culpæ malū Deniq; ut ait Plato materia pri/
ma/& ipſe deus nihil ſunt entium/quod altera infra omnia/ Alter uero ſupra omnia
ſunt entia.Quamobrem ipſe deus Hyperuſion appellatur.

Homogeneū
Syngeneum
Homophylon.
Homophyci
Heteruſion
Heterogeneum
Enuſion
Enypoſtaton
Enyparcton

¶ Ad tributa diuinitati quibus dicuntur modis XII

D TRIBVTA Vt Scoto placet perfectionē diuinā bifariā referūt Primo
ſane modo quin de ea quiditatiue q̃uis qualia ſiue predicatur/ ut ea que
a perſone tantū ad plicantur diuinis potentia:ſapientia bonitas:que quidē
perfectio dicitur prima:Altero autē modo pfectio ſecunda:qum nō qui/
ditatiue ſed ſecundū qualitatē pdicuntur & a creaturis in deū uia remotio
nis & eminentiæ traſſeruntur ut iuſtitia ueritas bonitas & reliqua:de quibus libro xy.
de tri.Auguſtius ait Deniq; illa predicata que ſe ut eſſentiæ diuinæ paſſiones hñt/theo
logis adtributa dicuntur.uerū modo pfectione.illa enim īperfecta q̃ creaturis cōueni
unt/remouentur ut naturarū pluralitas que in potentia ſemp eſt:pterea accidentia q̃ in
hoīe a ſubiecto diſtinguntur:In deo minime ſed eiuſdē cū ſuſtantia ſunt eſſentiæ non
attamē ut in primo modo quidatiue.De quo ſic rurſus dicendū Quanquā/diuerſa
non ſunt trinitatis opera & quod una poteſt reliquæ itē uelut una eſſentia poſſunt/cui
q; tñ ſua proprietas ut patri potentia/ingenitum/anarchū ſed quanq̃ pater/non generat
eſſentiā At perſona pſonā & deus deū gignit Ex quo filius ut ait Athanaſius contra Ar
riū.ſenſus eſt quo cuncta cogitantur:ſapientia qua cogitata diſponuntur/uirtus qua di
ſpoſita pficiuntur/lumen quo pfecta clareſcūt/uerbū quo clara nuntiantur.Sed quanq̃
filius & genitus eſt & ſapientia dicitur non tamē ſapientia genita ſed filio genito ſapiē/
tia tribuitur Nā homo imago dei creata eſt Herculis uero imago creata,Imago igitur
tam creatori q̃ creato & ſpiritali & corporeo cōuenit/ uerū excellētiū ſpiritali/excellētiſ
ſime creatori filius itē dei ex patre natus ac genituſue deus ante ſecula ut homo p uni
onē i ſeculo:per adoptionē uero ad electos ac demū p uniuerſalē creationē ad uniuer
ſos transſert hoīes Ego dixi uos dii eſtis oēs & filii altiſſimi oēs Vocatur & apoſtolo
ſplēdor & figura ſuſtātiæ dei Is hoīem adſumpſit/ut hoīum aduocatus & ppitiatio/ite/
rū cū gl'ia rediturus ut iudex pfidē ꝯtinuo cordibus īhabitat nr̄is Priogēitus itē reſurgē
tiū appellatus figurat i agno ob uictimā/qđ ſeſe p nob hoſtiā ſpōte obiecerit deide ob
māſuetudinē qđ hoc aīal uocē moriēdo ñ emittat/&r & ſpōſ diuiſæ aīe p caritatēꝯiūgit

Dominus ob imperium:ac cœli terræq; poteſtatem ei a patre traditam/magiſter ob
doctrinam & præcepta ſalutaria/Dux atq; imperator dum militamus & ſumus in uia
finis deniq; humani appetitus quum erimus in patria. De Spiritu ſancto autem ſic ha
bemus:quod quum emanatio duplex exiſtat/altera per naturam ut filius:per uoluntatē
altera ut ſpiritus/hæc maior eſt qua pater ac filius ſeſe diligunt . De quo Auguſtinus
ineffabilis inquit complexus quidam in illa Trinitate non genitus ſed genitoris geni
tiq; ſuauitas ingenti largitate creaturas omnis pro eorum captu perfundēs. Eſt itaq; Spi
ritus ſanctus/nihil aliud q̃ caritas quæ quidem iuſtis hominibus duplex ut placet Au
guſtino conceditur.Creata ſcilicet qua diligimus/& qua diligimur increata:ſed altera
nobis ut exemplar/altera uero ut forma quod noſtrum ipſe diligere creet. Is ille qui
p Prophetas eſt locutus: q in ſanctorꝫ pectoribus per caritatē reſidet:unde pignus ſpiri
tus habere dicitur.In piis mētibus Filius pariter & Spiritus ſctūs morantur/Filius dū
ītellectū cognitione/ac ſapientia illuſtrat/Spiritus dum in amore accendit. Bis corpus
adſumpſit columbæ:deinde linguarum ſpetie/ut plane mentis puritatem in hac aue &
animi theſauros eloquentia pateſaceret:uenit quandoq; diuinitus bonis maliſue ſine
diſcrimine multa ad rem pertinentia utiliaq; eccleſiæ docendo ſcriptitando uaticinan
donum gratiæ gratis datæ ex eo ſunt. Sanctus dicitur non ſolum ſui ſed noſtri gratia:
quod per eius donum a peccatis expiamur:a rebus fragilibus ſeparamur:ueris bonis
fruimur/ex quo donum dei altiſſimi dicitur. Hoc incenſi uiri ſancti pericula labores
ſupplicia pro Chriſti nomine adire non dubitauere. Hoc item afflati tot uirtutum exē
pla:tot uolumina ſacra ediderunt:ex tot erroribus ac peccatis ſeſe liberauerunt:in aſpe
ro uictu ut in uiola & roſa uixerunt:præſentia cōmoda ac certa in certis & apparētibus
bona cōmutantes:ut palam ſit diuinum eſſe in homine quod oculos mortales nō ad
mitit & naturam in nobis altiorem inferiori dominantem.

Similitudines in exprimenda Trinitate ex Gregorio Nazianzeno & Auguſtino & de numero Triade . XIII .

AGNA Hæc res perceptu non ſolum nobis ſed Angelis ipſis quam li/
cet acies ingenii debilitate ſenſilibus comparare conatur minime tamen
m aſſequitur. Meditabar nanq; eruptionem terræ quandam fontemq; ac flu
uium.Primo patrem:ſecundo filium:tertio ſpiritum proportione compa
rare.Hæc enim nec tempore diducuntur/nec inter ſe mutua continentia
diuiduntur.Quadamtenus tamen proprietatibus diuidi uidentur:ſed uereor primū
quidem deitatis ſciſſuram quādam:deinde quod unum numero introducitur eruptio
namq; & fons & fluuius unum numero eſt differēte modo figuratum. Rurſus ſolem
imaginabar lucemq; ac calorem:ſed & in hoc quoq; metuo:primum quidem ne ali/
qua compoſitio incompoſitæ naturæ cogitetur ſicuti ſolis & quæ ſunt in ſole : deinde
ne ſi patrem quidem ſubſtantiam faciamus alia non item:ſed uirtutes poteſtatesq; dei
inexiſtentes:non autem ſubſiſtentes ponamus:neq; enim lux atq; calor alius eſt ſol ſola
res quædam qualitates eſſentiales:unde ſimul eſſe & non eſſe deo/ex hac ſimilitudine
tribuimus:quod ſane incongruum . Hactenus ex Gregorio deinceps ex Auguſtino
in.x.de Trinitate . Hanc animæ inquit potentis comparabimus mens enim ſui me/
minit:ſeſe intelligit:ſe diligit:una mens:unaq; eſſentia:ſunt item æqualia non ſolū ſin/
gula ſingulis:ſed etiam ſingula omnibus:alioquin ſe inuicem non caperent:capiūtur
enim ſingulæ ſingulis memoriam:intelligentiam:uoluntatem me habere memini:&
intelligere & uelle & meminiſſe intelligo:deniq; me uelle & meminiſſe & intelligere
uolo . Item ſingula omnibus . omnem meam memoriam & uoluntatem & intelli/

genuam ſimul memini. Q uicquid intelligo & recordor & uolo:quicquid uolo & intelligo & recordor:ſunt itaq; unum & in ſubiecto uno non ut color in corpore/quia& ſi relatiue inuicem dicuntur:ſingula tamen eſſentialiter in ſua ſuſtantia ſunt. Relatiua nāq; iterſe qđ mēs ſeſe amare aut ſui meminiſſe niſi nouerit nequaq̄ poteſt/nec noſſe niſi meminerit aut uoluerit:diſſimilitudo tñ aliq:homo ē q hæc tria retinet/nō aūt hæc tria eſt:quāobrē mens noſtra imago dicitur Trinitatis quemadmodum & tabula imago quod in ea depicta ſit imago uocatur. Item hæc tria non unus homo ſed unius hominis exiſtunt in Trinitatem autem non unius Dei ſed unus Deus. Rurſus hæc tria retinens homo una eſt perſona Trinitas uero nō una ſed tres:deinde ut in.xiiii.eiuſdē tractatus ait mens non tantum imago dei quod ſui meminit ſe intelligit/ac diligit ſed

Trias. eum aquo creata eſt & reminiſci & reminiſcere & amare poteſt. Trias inſuper numerus quātum a Pythagoreis laudetur Ariſtoteles in libro de cœlo cōmemorat:hæc ſi quidem rerum principium/medium & finem complectitur:hæc corpus omne dimenſione latitudinis longitudinis altitudinis circumſcribit. Hoc triangulus conſiſtit prima planorum ſeu ſolidorum figura citra quam ſuperficies eſſe nequit:inquam cæteræ reſoluuntur figuræ. Et ſiquid ad rem pertinet antiquorum ſuperſtitio ueritatis quodammodo præſaga ad huius uidetur conficta demonſtrationem. Dum Iouis ſimiliter & Dianæ tria numina ponit. Deniq; ut ait Bernardus ſcrutari Trinitatem in diuinis temeritatis eſt:credere pietatis:noſſe autem æternæ felicitatis.

Demonſtratio Trinitatis per legem ueterem ex Gregorio Nyſeno. XIIII.

ſ

ED Et e ſacris uoluminibus præſertim ueteri lege fas ante omnia promere arma ut nihil ſit in infidelium mentibus expugnationi locus Dauid pſalmo.xxxii.uerbo domini cœli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum:neq; enim per uerbum uocem ex organis emiſſam notauit:neq; item ſpiritus oris e partibus reſpirabilibus impulſus:ſed uerbū quidem apud deum abinitio erat:ſpiritus uero ueritatis qui ex eo prouenit: Tria itaq; intelligit imperantem dominum:uerbum creans & ſpiritum firmantem firmitatem namq; ap poſuit ut plane ſcias non ex ore procedentem ac fluentem ſed rem permanētem ac ſubſiſtentem. Idem alibi/Emittit uerbum ſuum & lique faciet ea:flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. Verbum enim quod neq; ſubſiſtit/neq; hypoſtaſim habet minime mittitur. Et rurſus miſit uerbum ſuum & ſanauit eos & de interitionibus eorum eripuit eos. Item Emittes ſpiritum tuum & creabuntur & renouabis faciem terræ. Vide igitur hic non audibile ſed uiſibile uerbum ſignificari quum humanum uideri nequeat Non enim uerbum fluens & anypoſtaton uideo:ueluti per flatum ac reflatum in nobis:quum corpore careat:locum habeat Ex quo e ſapientiæ hoc eſt filii perſona dicitur: Q uando præparabat cœlos aderam & delectabar per ſingulos dies. Q uē enim hoc locum haberet/niſi perſonam ſubſiſtentem haberet? Neq; eſt aliuſq̄ de quo apoſtolus ait. Q uis nouit mentem domini aut quis ſuu primus conſiliarius eius? ſed ei conſilium ad uniuerſi creationem ſufficit. Dicitur etiam ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas: ergo ſpiritus enypoſtatus cuncta animauit rerūq; ſemina ſparſit. Ponitur etenim faciamus hominem ad imaginē noſtram ubi Trinitatis oſtēditur unitas quod paulopoſt ſequatur. Et fecit Deus hominem ad ſimilitudinem ſuam. Q uod autem per uerbum Deus omnia fecit ſatis palam eſt ex eo quod ſcribitur. Dixit & facta ſūt niſi enim hoc fuiſſet ſatis eſſe debuerat: Deus cœlum & terram cæteraq; condidit: Et quando audis: dixit Deus ſtatim obtemperans uerbo ſubicitur: Fiāt inquit luminaria: Et fecit Deus

luminaria Q uis queſo dixit & quis obtẽperauit/niſi pater & filius? Abraã quoq; ad ilicẽ
mambræ tres uidit & unum adorauit Et in alio loco Deſcendamus inquit & confun/
damus linguam eorum Item Exodi.xix. Dominus dixit ad Moſem Vade ad populũ
& ſanctifica illos hodie & cras & lauent ueſtimenta ſua & ſint parati in diẽ tertiũ In die
namq; tertio deſcendet dominus coram omni populo Et non dixit Deſcendam. Item
Ioel.ii. Et erit in extremis diebus dicit dominus effundã de ſpiritu meo ſuper omnẽ car
nem & prophetabunt filii ueſtri:& filiæ ueſtræ ſomnia ſomniabunt Poſt hec ſol conuer/
tetur in tenebras priuſquã ueniat dies domini magna Non enim inquit dies mea ſimi
liter quoq; pſalmi plurimi ad ſtipulantur Ex utero ante luciferũ genui te Poſtula a me &
dabo tibi gentes hereditatẽ tuã/poſſeſſionẽ tuã terminos terræ. Dominus de celo in ter
ram adſpexit ut uideat gemitus compeditorũ & ſoluat filios interemptorũ ut adnuntiẽt
in Sion nomen dñi/Non deniq; dixit nomẽ ipſius. Itẽ qui habitat in cœlis irridebit eos
& dominus ſubſanabit eos Itẽ ad te dñe clamabo & ad deũ meũ deprecabor Q uis igiẽ
hic dominus apud deũ? Item quis credidit noſtro & brachiũ domini cui reuelatum eſt?
Non enim dixit brachium tuũ. Et hoc quidẽ ex Gregorio in hunc locum conuerti. Igiẽ
palam eſt iam ex ueteri lege diuinitatẽ tribus conſiſtere pſonis Q uã rẽ.lxxii. interptes
qum recte cognouiſſent in conuertendis in græcũ ſermonẽ ſacris uoluminis diſſimulã
do preterierunt ne Ptolomæo Hebreorum dogmatis ſtudioſiſſimo pluriũ opinionẽ deorum
facerent ut ait Hieronymus Q uam ob cauſam inter cetera ſe rurſus interpretandi labo/
rem ſumpſiſſe adfirmat.

ℭ Intellectus ſcientiaq; in Deo quibus oſtendatur argumentis. XV.

VONIAM Vero per uerbũ & ſapientiã & ſcientiam indiuinitate ſignifica
ri oſtendimus:quomodo id fiat mox uidendũ/ne ut quidam philoſophorum
q deũ rerũ præſertim futurarũ ignarum ponamus Q uod & Cicero in libris
de diuinatiõe ut liberũ tueatur arbitriũ ſentire uidetur Si enim actus & for
ma per ſe deus citra materiã exiſtit: & intelligat neceſſe eſt: argumento quod
ex materia ſecretæ rerũ ſpeties ſiue formæ actu intelliguntur unde & intellectus uniuer
ſaliũ non ſingulariũ quod materia indiuiduorum principium exiſtat. Deinde qum deo p
fectiſſima queq; conueniant Ex his eſſe intellectiuũ perſpicuũ eſt Preterea qum oĩa ſum
ma ratione & ordine quodam perſeuerare uideamus & hos orbes cœleſtes curſu certo
non niſi ab intelligentiis dirigi quibuſdam etiã phi putent Cur cauſæ quod omnia mo/
uentem & his imperantem mente ratiõeq; carere exiſtimemus? Significat & nomẽ ipſum
θεόσ grecis appellatus ἀπό τοῦ θεάσθαι hoc ẽ cõſiderare & uidere. Hoc Paulus me θεόσ ἀπό τοῦ θεάσθαι
ditans O altitudo inquit ſapientiæ & ſcientiæ dei Deus alioquin proprie nec intelligẽs
neq; intelligibile dicitur ſi compoſita dicamus: Intelligens namq; intellectũ ſeu intelligẽ
di potentiã:intelligibileq; ſiue rem intellectã cõſequẽs habet T ria ſunt quanq̃ unũ actu:
A qua quidẽ ſciſſione deus procul exiſtit. Eſt itaq; ſupra oẽm intellectũ intelligibileq; de
us in quo & creatorum omniũ rationes exiſtunt per quas ea anteq̃ fierent longe cognouit.
Has proorismos ac diuinas uoluntates Dionyſius appellat. Platonici uero ideas uocãt. προορισμοὺς
Et hec quidẽ ex Aquinatis penu nobis adducta: Sunt qui aliter enarrare: ſimul attamen Ideas
conuenire uideantur: Scotus enim in theorematis primũ principiũ qum probari permo
tum poſſe oſtendat: rõne aut intellectu pditum nequaq̃ niſi ex fide adfirmat: ut autẽ cete/
ris omnibus: ipſis quoq; intelligentiis initiũ æternãq; cauſam: longe nobilius eſſe quem
admodũ nec bonis quanq̃ aialis natura: ſole unde ducit originem preſtantior. Q uæ pro
fecto ſententia qum dura nõnullis & audax nimiũ forte uideatur quod ex hoc nec pro/
uidentia nec bonitas: neq; demũ pmiũ aut poena ſubſequatur: idẽ auctor ſuper eodẽ pri
cipio nobili edito tractatu occurrit: atq; his quibus poteſt rationibus illa oĩa in eo cõpre
hẽdi facile oſtendit unde dei qui eſt benedictus in ſecula ſplendor in fideliũ pectoribus.

fulgere longe lateqꝫ ualeat.

ℭQuod deus per ſuam intelligentiam intelligit. XVI.

i

NTELLECTVI Namqꝫ intelligere ut eſſe ſcientiæ cōparatur.ſed eſſe diuinū/eius eſt eſſentia Eſt ergo intelligere diuinum eius eſſentia Alioquin diuinæ eſſentiæ principiū/aliaqꝫ cauſa exiſteret:ſi alia intelligibili ſpetie ꝙ ꝓpria eſſentia diuinus noſceret intellectus Omnis namqꝫ ſpecies huiuſce modi qum extrinſecus ueniat accidens appellatur cuius gratia noſtra ſcientia que ex his uenit iure inter accidentia ponitur quod diuinæ menti minime contingit ſic enim alicuius reſpectu in potentia foret.

ℭQuod deus ſe ac reliqua omnia intelligat XVII

d

EVS Seqꝫ ac omnia non ratiocinando neqꝫ diuidendo aut cōponendo ſed uno diſcurſu: unoqꝫ actu intelligit Ex quo errare quidem a uero minime poteſt quod intellectus in primis principiis nunꝗ in Symparaſinatis tantum interdū fallitur ad que ex principiis ratiocinando progreditur Deinde int..ectus humani ſcientia a rebus quodammodo cauſam ſumit Ex quo prouenit ut ſci..tia noſtræ ſcientiæ menſura exiſtant.Ex hoc enim iudicio/cognitio neue non erramus qđ res ita ſe habeat non autem contra Deus autē per ſuā ſcientiā rerꝫ eſt cauſa ac propterea menſura que ad res alias quēadmodū artificis cognitio ad ea que ſunt ex arte cōparatur. quorꝫ unumquodqꝫ perfectius quo arti propinquius uerū preterea ex æqualitate intellectus reiqꝫ eſt Fas uni autē ex inæqualitate proueniens non in rebus ſed in intellectu conſiſtit.Nam & res & ens & uerū inter ſe conuertuntur.ut in libro metaphyſicæ tertio ſcribitur.Eſt enim uerū quod eſſe dicitur & non uerū quod non eſſe Deus autē rerū cauſa:ergo uerus.Inſuper quum bonum intellectus:uerū ſit : quod oēs ſcire natura exoptent:Falſum uero ac decipi & errare malū & turpe exiſtiment Hoc deo optimo maximo euenire nequaꝗ poteſt Poſtremo in uno quoqꝫ ꝑfectiſſimum eſt reliquorꝫ in eodem menſura ut colores omnes ex albo pendent:normamqꝫ capiunt Deus autem:prima ſummaqꝫ ueritas eſt Noſter namqꝫ intellectus ex re menſurā extrinſecus capit/uerusqꝫ propterea fuerit ſi rem deprendat Rei autē ueritas ex intellectu diuino qui rebus exordiū dedit/quēadmodū opus ex artifice uti ſupradiximus manat/ad cuius formulā legēqꝫ qum ſummū ipſe intelligibile ſit:cætera uideantur Si unumquodqꝫ primo ſui generis ut eſt narratum & in.x.metaphyſicæ ſcriptum ad comodatur.

ℭQuod uel ſingula contingentiaqꝫ intelligat contra Empedoclem. XVIII.

r

ATIO Senſuſqꝫ a theologis ut uirtus ſuperior & inferior taxanẽ hæc quā quā multiplex ad pauciora extenditur illa uero ſuperior unica quidē uerū plura cōplectitur/quod ipſis primis ſenſibus euenire ſolet ut ſenſui & imaginatiuæ qui cæteris ꝑſtant In his enim una tantū uis oīa facile deprendit ꝙ que reliqui ſenſus extrinſecus cognoſcūt Quicquid rurſus illi ambo alterne per plura indiuidua ſigillatim percipiunt Id mens uno diſcurſu actuqꝫ ſtatim intelligit:Mens autem diuina ac ſuprema id quod nos diuerſis iuribus ratione ſcilicet ſenſuqꝫ & imaginatione cognoſcimus uno ſuo ſimpliciqꝫ actu conſiderat Eſt itaqꝫ ſingulorū intelligēs Deide hoc noſtra mēs a diuina differt quod ꝑ ſenſibilia ad rerū cognitionē ꝑuenit ꝙ qum corporea ſint/corporeis indigemus ad eas deprendendas inſtrumentis nec niſi per intellectum agentem a materiæ conditionibus exutas noſter nequit attingere intellectus Diuinus autem non his eget adminiculis Per ſe omnia capere ac noſſe poteſt:

quod ſi non poſſet:fruſtra Empedoclem Ariſtoteles derideret:deum ignarũ appellanſ ac omnia ſingularia q̃ ab oibus cognoſcuntur ignorantẽ Sed hactenus quod ſingula ui deat. Deinceps quod etiã cõtingentia/nec propterea Cõtingentia deſinant eſſe. cotingẽs namq; cũ certa cognitione non pugnat quando preſens contra ſi futurum Futura naq; contingentia:incerta Sed deo nihil futurum preſentia eius æternitati ſunt omnia Nam ſi cuti res nobis ſciendi cauſa ita & rerũ ipſe cauſa item effectus neceſſarius eſſe nequit cu ius eſt cauſa contingens Effectus namq; ultimi duplex cauſa proxima & remota ſi proxi ma contingens fuerit eius effectũ contingentẽ eſſe oportet:etiam ſi remota cauſa neceſſa ria fuerit. Q uẽadmodũ in planta ſolis quidẽ uirtutẽ alioquin neceſſariã ad fructus eden dos:grando uel alia ſuperueniens contingenſq; cauſa inanem reddet : Sic & dei ſcientia & ſi cauſa eſt rerũ futurarũ cauſa tamen eſt illis remota ita ut quin contingentes eueniãt atq; ſint non proibeat Igitur eorũ que ſecuntur neceſſitati cõtingẽtia minime repugnãt quin intermedias contingentes eſſe conſpicimus:poſterior nãq; uarietas prioribus ua rietatẽ non adfert quin ex cauſis primis neceſſarius effectus ultimos contingentes eue nire contingat. Sed de his etiam plura in ſequentibus.

Quod uel ea que non ſunt intelligit. XIX

d IVINAE Humanæq; ſcientiæ differentia hac facile comparatione patere ſolet ut rerũ obiectũ q̃ a nobis intelliguntur quod ſcibile dicunt ſic noſtræ conueniat menti : ut eius quãuis nobis ſcientia non deprehẽdatur nihilomi nus per ſe conſtet atq; ſubſiſtat Exemplum in predicamẽtis de Circuli qua dratura ponitur/cuius extat quidem ſcientia nobis adhuc minime. depren ſa non autẽ contra Nulla enim non entium ſcientia At dei etiam ad non entia ſcientia peruenit Item quin diuinus intellectus rebus conparetur quẽadmodum operi artificis cognitio qui ex artis notitia non ſolũ facti operis eſt auctor & ſciens ſed etiam nondum factum mente retinebit unde artis formæ in exteriorẽ exeunt materiã Sic itẽ deum nihil proibet quin entium notitiã ut ſũmus opifex habeat Eorũ uero q̃ non ſunt/non erunt ne q; fuerunt abeo ita ut eius poſſibilia uirtuti cognoſcũtur Ex quo nõ ut aliqua per ſe exi ſtentia ſed tantum ut diuinæ potentiæ ſunt nota q̃ quidẽ nõnullis ſimplicis intelligentiæ notitia nũcupatur Ea uero que preſentia ſeu præterita/futurane exiſtant deus non ſolum popria facultate ſed p illoꝶ cauſas comprẽdit/que uiſionis notitia theologis ſolet appel lari Sic demũ empedoclis illorũq; error ex ploſus qui deũ ſingulariũ ignarũ/ac uniuer ſalium tantũ cauſarũ intelligentem exiſtimabant. Empedoclis error

De prouidentia ſi qua ratione appareat Contra Democritum & Epicurum. XX.

a D DEI Conſilium deiq; ſcientiam ac bonitatẽ Prouidẽtia pertinere uide tur. Hæc enim græcis pronea nũcupata:intellectus pariter & uoluntatis actũ ueluti prudentia complectitur nihilq; aliud eſt Aquinati q̃ rerũ quarũdã or dinis ratio in finẽ imperatiua: In hunc itẽ probatur modũ. Naturalia corpo ra ob finem mouentur & agunt/ argumento eſt quod ſemp uel certe plerũ q; melius his eſſe contingat/adeo ut ex arte quadã euenire uideatur Finem uero eundẽ nullo modo tam diligenter & accurate conſequerentur/niſi ab aliquo finem cognoſcen te mota eſſent ueluti ſagitta a iaculante in ſcopum directa. Opus itaq; ut tota naturæ uis conatuſue ab aliqua cognitione ſiue ſtatim ſiue intermedia cauſa regatur Hæc ſi quidem deus eſt quin omnem inferiorem notitiam e ſuperiore pendere ſit neceſſe:quemadmo dum & practicis & theoricis euenire ſcientiis animaduertimus. Deinde quo magis ali quid cauſæ propinquare eo plus effectus ipſius particeps eſſe uidemus : ut uehementer πρόνοια

ualida:igni proxima dicimus Ignis enim caloris cauſa manifeſta Dei itaq; propinqua & magis ordinata & minus mutabilia clare apparent:ueluti ſuſtantiæ ſeparatæ omnino īmmutabiles Poſt hec corpora cœleſtia quæ quam mutationem patiuntur : inferiorum tamen comparatione immobilia putantur/quod eundem & equabilem ſeruent perpe/ tuo uarietatem. Inferiora uero ut maxime diſtantia qum inconſtantiam uehemēter oſtē dunt:tum præter ſolitam naturam frequenter eueniunt ut mōſtruoſa : caſuq; euenientia demonſtrant Item opus ut idem & rei & gubernationis ipſius ſit cauſa Nam & rei con ſeruatio:ipſius eſt exiſtendi continuatio quædam Deus uero per intellectum uolunta/ temq; propriam exiſtendi omnibus cauſa eſt. Si enim a cura rerum quas condidit parū per ceſſaret:natura repente omnis concideret Nec quemadmodum ī artificibus cæteris hæc erit ratio Domus namq; ædificium architecto ceſſante ſtat perſeueratq; Deo autem ſe parumper ſubtrahente mundus uel tantulum nec ſtare quidem poſſet Ex qua quidem diſputatione catholica ueritas:& eorū ſimul apparet error qui naturæ neceſſitate caſuq; fieri dicunt omnia/ut Democritus & Epicurus.

Democritus Epicurus

¶ Quod deus ſit omnium cauſa & ubiq; & idem effectus adeo & cauſa agente naturali. XXI.

n IHIL Igitur in rerū natura niſi ipſius uirtute dei ut prima cauſa uiget Enī uero ſequentes ſecundæq; cauſæ uirtute primæ uim habent ut inferiora cor pora ſuperiorum uirtute Et in rebus uoluntariis Artifices inferiores ex ar/ chitecti imperio conſtruunt : Quamobrem ut ubiq; ſit deus & auctor & rerum omnium cauſa neceſſe eſt In qualibet enim re eſt aliquid quod per eum exiſtat in corporibus quidem ut materia prima In incorporeis ut eorum eſſentiæ ſimplices Ex quo Hieremias cœlum & terram ego impleo/& in pſalmo ſi aſcendero in cœlum tu illic es ſi deſcendero in infernum ades Proprie tamen in cœlo ut in loco con gruo eſſe dicitur:quod inde motus & eorum procreationis principium origoq; exiſtat & quaſi per metaphoram quandam ob eius aduerſos effectus actioneſq; uarias nunc materiam deſcendere nunc in mari eſſe Preterea diſcedere uidere cōniuere ad loqui diſ ſimulare iraſci manſueſcere ita tamen ubiq; totus ut per locorum ſpatia non diducatur quum omnino ſimplex exiſtat:ueluti puntum continui terminus ac propterea inconti/ nuo ſitum continens Non inquā ſic ubiq; in rebus ut mixtus qum nec materia neq; for ma ſit alicuius ſed in omnibus cauſæ modo agentis primæ Nec ſic idem effectus diui/ næ uirtuti ut naturali agenti tribuitur quaſi partim a deo partim a naturali agēte fiant ſed ab utroq; totus ſecundū modum alium ſicuti effectus idem totus inſtrumento tribuitur & agenti principali etiam totus Nec ex inopia diuinæ uirtutis eſt ut res per alias.quaſdā proueniant cauſas ſed ex īmenſa ipſius bonitate per quam ſuam ſimilitudinem rebus cōmunicare uoluit/non ſolum quoad hoc ut eſſent ſed etiam ut cauſæ aliorū eſſent.

¶ Quod prouidentia non omnino malū a rebus excludit. XXII.

e T QVANQVAM Vniuerſæ deus prouidentiæ conſulit: malumq; nec facit quidē neq; uult:permittit attamen/nec a ſua excludit prouidentia qum & corruptio rebus non ob primæ ſed ſecundæ defectū cauſæ contingat Si cuti qum artificis probi opus ob non probum inſtrumentum aliqua conta minat nota Deus ita naturam ſemel ab initio īſtituit ut propriū agere cur/ ſum perpetuo ſinat:quemadmodum principis Vicarium quem rebus præfecit admini ſtrandis minime impedire cōſtituit ſic & naturæ ut libere agat & corruptio & malum & controuerſia requiritur Deinde plura ſunt in rebus bona quæ niſi mala euenirent locū nequaq̄ haberent:Nam iuſtorū patientia niſi per inſectātium malignitatem minime ap

pareret nec locus uindicandæ iuſticiæ ſi delecta non eſſent/neq; itē in rebus naturalibus
unius generatio niſi alterius corruptio foret. Si ergo malum a rerū uniuerſitate penitus
excluderetur bonorum etiam numerū quod minime decet minui oporteret: qum malo
bonum longe præclarius īueniatur Item ex hoc hominis & cognitio & deſiderium cre
ſcit Mali namq; comparatione bonum luculentius deprehenditur: & dum aliqua tolerā
tur mala ardentius bona expetimus ut ſanitas egris magis & cognoſcitˉ & optatur. Q uā
obrem illius philoſophi qui Boetio introducitur iamdudum exploſa ſententia Si deus
inquit eſt: malum non eſt. At contra potius. Si malum eſt Deus eſt ſublata namq; boni
ratione cuius priuatio malum eſt ipſum omnino malum nō eſſet Boni namq; ratio de
ficiente deo nequaq̄ exiſteret Reicitur & ſtulta Manicheorꝫ theſis duo ponentiū Bonum
& malum principia: quaſi malum ſub dei prouidentia locum habere minime poſſet. Pa
lam ergo quemadmodum actiones qua malæ mancæq; ſunt non ex deo ſed ex cauſis
proximis deficientibus: qua uero naturam eſſentiamq; habent ex deo proueniunt: ueluti
claudus ex motus uirtute quicquid mouetur: qua uero deficit: ex cruris habet debilitate

Manichei

❡ Q uod prouidentia nec contingentia neq; arbitrii libertatem neu fortunam caſumue
a rebus excludat. XXIII.

VEMADMODVM Autem minime a rebus malum prouidētia ita nec
contingentia excludit/neq; item neceſſitatem præſcribit Diuinæ namq; ma
q ieſtatis eſt uiuentium ordo perficiatur qui ex contingenti conſtat & neceſſa
rio Neceſſarium enim id eſſe dicimus quod ſemper eſt. Si ſunt omnia ne
ceſſaria nihil in rebus corruptibile/nec propterea generabile: quibus omni
no orbis perfectioni detraitur. Eſt & illa ratio quo deo ſunt quedam propiora: eo de ſi
militudine immortalitateq; illius retinentur magis Hec ſunt ſuſtantiæ primum ſeparatæ
Deinde corpora cœleſtia que eundem fere curſum continuo ſeruāt Poſtremo ut remo
tiſſima. hec noſtra inferiora uaria ſemper nec modo & ordine mota eodem Q ue om
nia decori æterno illi uniuerſorum opifici exiſtūt ut neceſſaria quedam ſint ei proxima
nonnulla uero contingentia remota: in quibus & liberum ponamus arbitrium Ex quo
nec id quidem a prouidentia reicitur: quæ perfectiora in rebus primū lōge magis q̄ im
perfecta reſpicere uidetur. In rebus inanimatis cauſarum contingentia ex imperfectione
defectuue proueniunt aliquo: quod eorum natura uiri tātum ſit addicta officio Q uod
niſi aut uirtutis inopia aut materiæ debilitate ſeu etiam aliquo extrinſecus agente non
proibentur: profecto continuo ſeruabunt. Q uamobrem cauſæ naturales agentes raro
deſinunt quin eundem iugiter effectum pariant. Q uod autem uoluntas ſit cauſa contin
gens ex ipſius uirtute prouenit qua facultas eſt ei non unum tantum ſed hoc illudue ſe/
ctari magis ergo prouidentiæ fuerit in arbitrio libertatem q̄ in cauſis contingentia natu/
ralibus conſeruare: Demum ut Grægorius Nyſenus ait Creaturæ finis imitari Deum:
hoc agit maxime uoluntas dum ſponte agit Vnde ſcribitur Deus ab initio conſtituit ho
minem/eumq; reliquit in manibus conſilii ſui Itaq; illorum reiecta ſententia qui ordinē
quendam cauſarum græce Imarmenen appellatum ponentes omnia neceſſario dice/
bant euenire. Sed & caſus & fortuna quod & ipſa inter contingentia quæ quandoq; eue/
niunt exiſtant/ſub prouidentia comprehenduntur. Si enim quedam quandoq; non defi
cere ex his quæ plerumq; ſolent euenire omnia neceſſario fierent: hoc enim ab illis con/
tingentia differunt: quod hec quoq; deficere ualeant Præter autem rationem foret ſi cun
cta neceſſario ſuccederent uti ſupra oſtendimus: quod ſane eueniret ſi nihil rebus fortui
to caſuue accideret.

Gregorius Nyſenus.
Imarmene
εἱμαρμένη
De caſu & fortuna

❡ Q uod ſingula ſtatim prouidentia reſpiciat. XXIIII.

SQ VE Tamen ſingula cõtingentia prouidentia prouidentiam attingere
quidam negauere quod multa in eis caſu fortuitoq; eueniant quapropter
u incorruptibilium tantum & uniuerſalium corruptibilium prouidentiam
eſſe dixerunt:Q uam quidem Ariſtotelis ſententiam quamuis ex eius uer
bis deprehendi nequeat eſſe affirmãt Sed quomodo nihil ex omnibus ex
cludatur ſupra ſatis monſtraui Item deus entis eſt cauſa qua ens Rebus enim prouidet
qua ipſarum cauſa eſt Q uicquid itaq; quocunq; modo eſt:ſub eius prouidentia conqe
ſcit ſingularia uero longe magiſq̃ uniuerſalia ſunt:quod hec per ſe minime ſed in ſingu
laribus ſubſiſtant.Ex quo dominus ait duo paſſeres aſſe ueneunt/& unus ex eis ſine pa/
tre meo non cadit in terram.

ℭ Platonis ſententia de prouidentia.. XXV.

LATO Enim ut Gregorius Nyſenus ait triplicem prouidentiam poſuit
Primam ſummi dei qui ante omnia proximos ſibi reſpicit hoc eſt ſpiritus
p & mentes omnis Poſt hec uniuerſum mũdũ quoad genera ſpecieſq; ac cau
ſas uniuerſales/q̃ corpora ſunt cœleſtia ſecunda uero quæ ſingulis & ani/
malibus & plantis/eorũq; & generationi & corruptioni & domũ mutatio/
nibus aliis cõſulit quam quidem curam Plato aliis qui cœlum circumeunt Ariſtoteles
uero circulo obliquo tribuit Tertiam uero res que ad hominum pertinent uitam ſpecta
re dicebat:quam demonibus quibuſdam circa terram excũtibus qui humanarum actio
num cuſtodes exiſtunt tribuit:ſecunda tamen & tertia ut ipſe ait ex prima pendet Deus
enim excelſus ſecundos ac tertios rerum præſides ſtatuit:nec propterea dogmati aduer
ſum noſtro.fallitur attamen:hoc tantum quod non ſingula omnia prouidentiæ ſtatum
ſubiecta exiſtimat Habet namq; deus ilico/citraq; mediũ:interuallumq; ſingularum om
nium notitiam/nec ea tantum in ipſarum cauſis ſed in ſe protinus deprehendit.Oportet
itaq; quemadmodum ſingula ſubito cognoſcit:ita eorũ ordinem ilico ac citra medium
ſtatuat.Q uare ad Romanos Apoſtolus que inquit ex deo ſunt: ordinata ſunt Et i libris
iudicium Tu feciſti priora & illa poſt illa cogitaſti & hoc factum eſt quod ipſe uoluiſti.

ℭ Q uod prouidentia per ſecundas agat cauſas. XXVI.

VO Sibi prouidentia expetere uidetur:rerum ordinem:ordiniſq; exſecutio
nem quorum primum ex uirtute theorica prouenit.Ex quo qui cognitiõe
d cogitationeq; preſtant ſunt aliorũ iure Rectores ſecundum ex uirtute actio
nis ordinis enim inſtitutio tanto illuſtrior quanto uniuerſalior ac humili
ora minimaq; reſpicit Q uorum quidem exſecutio effectui reſpondens ad
inferiorem pertinet rationem Deus igitur ut uis uniuerſalis & altiſſima per ſe ſuamq;
ſapientiam uniuerſum rerum minimarum ordinem diſponit:eaſq; deinde per alias uir
tutes inferiores ex ſequitur/ad effectumq; deducit Huc accedit quod ex dignitate regen
tis eſt miniſtros admodũ plures ac diuerſos curis ac officiis delegatos habere/ eoq; im/
perium luculentius oſtenditur quo multi diuerſis in gradibus ei ſubiguntur Deniq; no
bilior cauſarum quam effectuum ordo:pulchriorq; & admirabilior in eo prouidentia
conſpicitur.

ℭ De ratione diſpoſitionis prouidentiæ:& quomodo præter illius ordinem fieri uidetur.XXVII.

MNIS Inſuper prouidētiæ finem:dei eſſe bonitatem palam eſt que nō
ex hoc augeſcit ſed oſtenditur:non ui ſed ſponte agit utq; perſpicacius appa
o rerer rerum diuerſitate conſtare oportuit quemadmodum in.xi.ſapientiæ
ſcribitur.Omnia in mēſura numero & pōdere diſpoſuiſti domine. Per mē
ſuram:quātitatem modum gradumue cuiuſq; perfectionis intelligens. Per
numerū ſpetierum uarietatem diuerſitatemq; Deniq; per pondus ad propria agentia &
patientia finem pronitatemq; quandam Bonitatis igitur diuinitati coniuncta rebus crea
tis nullo modo niſi per res plures ac uarias/modoſq; diuerſos cōm unicare potuit.Velu
ti qui mentis conceptum uno uerbo exprimere minime idoneus uocibus pluribus oſtē
dit Ex hoc autem res exiſtunt diuerſæ quod diuerſas capere mutareq; formas conſpiciū
tur Quamobrem in primo de phyſica auditione dicitur Forma diuinum eſſe quiddam
& appetibile quod per eam rebus exiſtendi ſit cauſa Igitur duplex eſt ordinis conſidera/
tio unus ex prima omnium cauſa pendens ac omnia complectens Alter uero particula
ris qui ex aliqua cauſa creata pendet/continetq; illa tantum que eidem ſubiciuntur cauſæ
Et hec quidem pro cauſarum uarietate multiplex unum tantum ſub altero continetur: ſi
cuti & cauſa altera ſub altero conſiſtit cuius quidem exemplum in politicis conſiderari
ſatis poteſt unus enim domus omnes ſub patrefamilias ordinantur rurſus tam ipſe quā
cæteri unius ciuitatis ſub pricipe illius urbis.Is poſtremo cum reliquis unius regni ſub
rege.Ordinem uero uniuerſalem quo cuncta ex prouidentia conſtant bifariam conſide
ramus quo ad res quem ordini ſubiciuntur.Quoue ad ordinis rationem que ex ordi/
nis pendet origine Supra enim monſtratum:quē admodū res ipſæ quæ a deo ſub ordine
ponuntur/ab eo ſponte/non ui ulla fiunt ex quo præter illum agere nō ui ulla per liberā
æternamq; uirtutem quandoq; poterit Si autem ordinem ex origine pendentem adſpici
as nihil aduerſus eundem poterit:quod is ordo uelut ſupra oſtendimus e ſcientia uolū
tateq; ipſius/omnia in ſuam bonitatem ut in finem ordinantis proueniat Nihil enim qu
ſub ordine prouidentiæ cadat agere poteſt:poterit alioquin alia q̄ ea prouidentiæ ſubdū
tur facere/ſi eius abſoluta conſideratur poteſtas uerum ſemel uoluit/æternoq; ordinauit/
quod minime quod fieri nequeat/mutabilis alioquin eſſet Quam quidem diſtictionē
nonnulli minime conſiderantes in uarios inciderunt errores ut auſi ſint quidam diuini
ordinis mutationem ad res ipſas que ordini perpetuo ſubiguntur trahere: cōtra quos il
lud ſcribitur. An non putas quod poſſim rogare patrem meum & exibebit mihi pluſquā
decem millia legionum Aliqui uero rerū mutationem qui prouidentiæ ſubduntur in ip
ſius prouidentiæ mutationem transferunt:aduerſus quos illud item in Numeris dicitur
Non eſt deus quaſi homo ut mutetur Nonnulli demum ut Rabi Moſes in lege ſarace
nica cauſam rerum omnium citra cauſas medias diuinæ adſcripſere uoluntati Vnde ſi
quis dixerit uinum eſſe calorificum recte ſentiet Si quæ media ſecundaq; ſunt i primam
retulerit cauſam.Non recte autem ſi omnis excluſerit cauſas.

¶ Quomodo per prouidentiam neceſſe creata om
nia conſeruari. XXVIII.

AGNA Hæc theſis:comprehenſu tamen facilis prouidentiam degūſtanti/
bus uirtus enim dei ut ait in geneſini Auguſtinus ſi ab eis que creata ſunt
m ceſſaret aliquando:ſimul & illorum ſpeties ceſſaret: omnis inſuper natura
concideret Et in eodem paulopoſt tractatu ſicut aer ſolis preſentia fulget:ſic
homo dei preſentia lucet:abſentia tenebreſcit ſolis namq; & aeris hec diffe/
rentia & alter natura ſplēdeat:alter ſplendoris tantū particeps exiſtat Sic item deus quum
ipſa ſit eſſentia:ea ſubtracta:reliqua q̄ illius ſunt eſſentiæ participia nullo cōſiſtentia mo
do:facile corruunt.uerū hec dei iugis rerū cōſeruatio prouidentia non dico ſed cauſis q
buſdam mediis eſſe uoluit Deus enim quanquam omnia dico creauit/ ordinem tamē

rebus inſtituit ut quædam ex aliis penderent per que conſumarētur modo ex ipſo ut cō ſeruatio principalis ante omnia intelligatur & ex mediis item cauſis ipſis quæ altior & primæ cauſæ proprior tanto magis rerum & effectus conſeruatrix Vnde ſuperioribus cauſis & incorporeis rerū tutela ꝯſeruatioq; ut eſt in.xi.metaphyſicæ adſcribitur Primus namq; motus hoc eſt diurnus uniuerſalis quidem & generationis cauſa ſecundus uero per zodiacum diuerſitatis quæ generationem corruptionemq; reſpicit cauſa ſimiliter au tem & aſtrologi Saturno planetarū ſupremo res fixas permanenteſq; lunæ uero & mer/ curio terræ proximis inconſtantiam uarietatemq; tribuunt.

¶ Q uod creata omnia per ſuſtantias intellectu præditas regantur Deq; ipſarum ordine inter ſe. XXIX.

a

D RERVM Prouidentiam ordo in primis pertinet is decens ac congru ens uidetur dum a ſupremis ad inferiora proportione deſcendit Hæc enim proporio ut ſicuti ſupremæ creaturæ adeo ita inferiores a ſuperioribus gu bernentur ſupreme autem intellectuales ſunt.Ita quanto deo propiores tan to de ipſius uirtute ac prouidentie magis deguſtans:& eius in reliquos in ſtrumenta exiſtunt.Appellantur & ſpiritus & angeli & miniſtri tanquam diuinæ uolun/ tatis in hoc mundo nuntii ex ſecutoreſq; unde in pſalmo dicitur Q ui facis angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignem urentem.Ipſi uero inter ſe angeli alter alteri ſubdū tur Corporeorū item ordo ut ſuperiora corpora per ſuperiores intellectuales ſuſtantias ſuperiora uero per inferiores regantur Non ſunt alioquin corporibus ut animæ aut for mæ coniunctæ quod uniuerſaliores uirtute ꝗ corporis alicuius uirtus exiſtant. De qui/ bus poſtea qum naturam attingam angelicam uberius dicam inter ſuſtantias item intel lectu præditas infimum locum animæ tenēt humanæ quod ab initio conſtitutæ ordinē diuinæ prouidentiæ in ſola quadam uniuerſali cognitione quantum ex corporeis orga nis iuuantur ſuſcipiunt/nec ullo modo ad eorum quæ ueram ſpectent ſapientiam niſi a ſuperioribus iuuentur ſpiritibus peruenire ſatis ualent Ipſi autem homines quod ratio/ ne ſint participes brutis ea omnino carentibus imperant Ex quo recte dicitur Faciamus hominem ad imaginem noſtram ut per intellectum & piſcibus maris & uolatilibus cœ li & beſtiis terræ præſit inter homines uero quo magis eo alter alteri præſtat/eo potētior ut ait in politicis Ariſtoteles & in prouerbiis qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. Exodi.xvii Prouide de omni plebe uiros ſapientes ac deum timentes qui iudicent populum omni tempore.Euenit autem ut ſtultus ob populi peccata quandoq; regnet Q uod ut ī aliis di ximus malis quæ præter ordinem uenire uidentur prouidentiam alioquin nō excludit Dicitur nihilominus ſeruus ſapiens filiis ſtultis dominabitur.Q uamobrem palam eſt quod ait apoſtolus qui a deo ſunt ordinata/ſunt.

¶ Q uantū fortunæ tribuēdū.Et quomodo quis e ſuperioribus iuuatur cauſis. XXX.

q

VONIAM Vero fortunam caſumq; a prouidentia non reiici ſupra narra uimus De his paucis differendum. Fortunam trifariam ponimus primo modo uero ac proprio cum aliud eligitur:aliud euenit ut fodiēs ſepulchrū theſaurum reperit. Deinde quum præter quidem agentis non tamen ali/ cuius alterius mentē aliquid euenit ut ſi dominus ſeruum inferum quo iā alium premiſerat ire iubeat:inuentio ſerui præter mentem iuſſi alterius non autem do mini mittentis erit Tertio modo non itē ꝓprio Q um qđ eligiē bene uel male ſolet eue nire finē ſpectamus in quo electio conatuſq; ꝯcurrūt.In his igr̃ oibus & a deo & angelis & ſidere cœleſti iuuari ſolemus Ex qbus deus tātū hoiem ipellēdi Angel9 ſuadēdi ſidera diſponēdi ptes habēt:qua nr̃a corpora ad ꝗdā diſponūt eligēda:ex qbus aliqs & fortūat9 & bene natus & itē ꝯtra dr̃ ut ī magnis moralibus ait Ariſtoteles In quo tm̄ aiaduertēdū qđ nec angeli neq; aſtra ullo modo cogūt ſed hortantur tantū & inclināt nō ſemp auſcu

Q uomodo ſi/ dera fortunam iuuent.

tamus. At quum deus ſemel humanæ imperauerit mẽti ſemper auſcultamus unde ange-
loꝝ cuſtodia interdum irrita uidetur ex Hieremie dicto Curauimus Babylonem & nõ
eſt curata Fruſtra etiam interdum ſiderum diſpoſitio. Prouidentia uero æterna firmaq;
habetur Palam eſt enim quod inanimata quaſdam uires præter eas quas ex elemento
rum qualitatibus agendo patiendoue conſecuntur habent:per quas aſtris ſubiecta eſſe
proculdubio conſpicimus:quemadmodũ in magnete ferrum adtraente & in aliorũ itẽ
lapidum multis occultiſq; uirtutibus. Ex quo non mirum ſiquis e ſiderũ influxu ad aliq̃
dotem uim habilitatemq; magis alio poſſideat ut medicus in curando Agricola in ſerẽ
do:miles in pugnando:in quibus omnibus duplex diuinum auxilium alterum dirigẽ-
do:alterum corroborando conſpicitur. Primo namq; iuuatur homo tam in his quæ uir
tutis erunt propriæ q̃ in cæteris ſecundũ uero ad ea tantum extenditur ad que uirtus ua-
let humana: Quod enim fodiens ſepulchrum theſaurum inueniat ex nulla uiri proueni
nit uirtute unde talis ſidere quodã iuuari poterit quo magis ad locum ubi ſit theſaurus
fodiendus inſtigetur Non autem quod aliqua uirtus ad eũ inueniẽdum tribuatur. Q d
uero medicus ſanet ſeu miles in pugna uincat iuuari poterit:eo quod fini conuenientia
eligat & per uirtutem a ſuperiori cauſa adeptam ad uotum deducat. Vnde primum auxi
lium uniuerſalius:ſecundum uero non adeo:qum ſtudiũ diligentiaq; adſit Quamobrẽ
non proprie fortunatus dicetur:qum fortuna ſit in his que preter mentem eueniunt. Po
ſtremo ex aſtris fortunatus ex omni parte quis eſſe quis poterit ut in uniuerſum ea ſem
per eligat quibus cõmoda ſint cõiuncta Natura namq; ad unum tendit: unum ſequitur
tantum ea uero que homini bene uel male ſecundum fortunam eueniunt non ad unũ
reducuntur ſed indeterminata infinitaq; ſunt:ut in tertio de phyſica auditione dicitur:qđ
& ipſa docet experientia. Poterit igitur quis e ſidere inclinari ac deduci ut aliquid cui cõ
modum ſit aliquod adiunctum exoptet:ex alia item propenſione aliud: ex tertio uero
Tertium non autem quod ex uno deducatur ad omnia: At ex una diuina diſpoſitione
poterit ad omnia facile dirigi. Hec ſi quibus forſan ardua ſeu noua uideantur Ex Aqui-
natis libro terio. queſtio. xcii. mutuamur.

¶ De Fato ueterum ſententiæ. XXXI.

q VIDAM Ergo mala in rebus humanis quoq; uerſus euenire conſpicien
tes quoꝝ nulla manifeſta ratio uidebatur nullam prouidentiam neu fatum
poſuere ſed caſu cuncta euenire ſicuti Epicurus & Democritus interquos
& Cicero fuit ut ait Auguſtinus putauerunt. Nonnulli in ſuperiora corpo
ra cauſas eorum neceſſarias conſtituere & hi fatũ imutabilẽ rerũ ordinem
dixere ut ſtoici Aliqui prouidentiam quidem dixere/uerum ſuperiorum tantum corpo
rum inferiorum uero tantum contingentiũ nequaq̃ Et hi Peripatetici pleriq; fuere Qui
dam ut Boetius Fatum quidem ipſam dei prouidẽtiam & rectum rerum ordinem exi
ſtimauere Qui ut bene ſentiunt ſic male locuti impio & prophano philoſophorũ uten-
tes uocabulo fuere: De quibus Auguſtinus de ciuitate Si quis inquit dei uirtutem/ aut
poteſtatem fati nomine appellat ſententiam teneant:linguam corrigant.

¶ Fatum quid ſit an ſit ubi Boetii ſententia defenditur. XXXII.

s ED Dehoc rurſus paulo explicatius. Boetius fatum inherentem appellat
rebus mobilibus diſpoſitionem per quam prouidentia ſuis queq; nectit or
dinibus Aduerſus quem Auguſtinus de ciuitate. Ipſam ait dei uoluntatẽ
poteſtatẽq; fati noie appellant:ſed hoc ĩ eo ẽ fatũ ergo ĩ rebus ĩcreatis nõ ãt creatis aut mo ἀποτελέσμα
bilibus ut ait Boetius. Hos itaq; ambos Aq̃nas nr̃ tuet̃ ꝓuidẽtia ſuos effectus quos greci τα
apoteleſmata uocãt ꝑ cauſas medias ꝓſeq̃ In q̃bus ex Boetii ſentẽtia in iiii. de ꝯſol. fatũ
ieſſe/uř. Siue inq̃t famulãtibus q̃buſdã ꝓuidẽtiæ ſpiritibus ſiue cæleſtibus ſiderũ motibus
ſeu angelica uirtute aut dæmonũ uaria ſolertia/uel aliq̃bus coꝝ ſiue oĩbus fatalis ſerici

texitur.Series uero cauſarũ in diuina mente quam dicit Auguſtinus locum fati habet ſi ĩ
deum ut in principium increatum referatur Itaq; qum palam ſit fatum in cauſis conſiſte
re ſecundis:harum duplex ratio aut in ſe ut in rebus mobilibus conſideratur aut deo ut
immobili principio eoꝝ ordo ſerieſq; ac diſpoſitio refertur Sed de hac mutabilitate im/
mutabilitateq; fati ut ambo diſcordes uiſi probe diuerſa tamen ratione ſenſerunt:ſic uete
res philoſophi male Vnde alii hanc cauſarum ſeriem neceſſariam dixere/exeo quod eſ/
fectus quilibet cauſam habet:qua poſita neceſſe & effectũ poni quod uti ſupra oſtendi/
mus falſum omnino apparet Nonnulli uero mobile fatum etiam ut ex prouidentia pẽ
det adfirmauere.Ex quo Aegyptii ut ait Gregorius Nyſenus in quibuſdam ſacrificiis fa
tum mutari poſſe exiſtimauere Sed hoc rurſus ſupra confutauimus quod diuinæ proui
dentiæ immobilitati ſit aduerſum His itaq; modis intellectum reicitur in homelia Gre/
gorio Abſit inquit ut ſatum eſſe aliquid dicamus Quamobrem dicẽdum queadmodũ
ſatum ut in ſecundis cauſis mobile quidem eſt:ut antem prouidentiæ ſubeſt:imobilitatẽ
firmitatemq; non quidem neceſſitatis abſolutæ ſed hypoteticæ ſeruat . Vt hanc ueram
eſſe.Si deus præſciuit hoc:futurum erit .Vnde Boetius in eodem libro Sicut iquit ad in/
tellectum ratiocinatio.Ad id quod eſt:id quod gignitur:Ad æternitatem tempus.Ad pũ
tum medium circulus.Ita fati ſerici mobilis ad prouidẽtiæ ſtabilem ſimplicitatẽ. Qum
enim fati ſeriem mobilem dixiſſet:poſtmodum ſubdidit:que tamen ab immobilibus ꝓ
uidentiæ proficiſcitur exordiis.Ipſam namq; neceſſe immutabilem eſſe Et Auguſtinus
Fatum eſt aliquid ſi ad diuinam uoluntatem poteſtatemq; refertur.

❡Quomodo non omnia fato aut corporibus cœleſtibus ſubiciantur. XXXIII.

OETIVS item in eodem libro Quedã ait que ſub prouidentia locata ſũt
fati ſeriem ſuperant Ratio quod ut ſupra narraui Fatum ẽ cauſarum ordo
b ad effectus diuinos prouiſus Quecunq; igitur cauſis ſubiguntur ſecundis:
eadem ſubiguntur & fato Si qua uero ſunt que ſtatim ex deo ſine his fiant/
minime ſuberunt:ueluti rerũ creatio Subſtãtiarũ ſpiritalium gloria:aliaq; hu/
iuſcemodi Ex quo quanto aliquid a prima mente longius diſcedit:tanto magis fati ne
xibus implicatur Et ut primo diuinitati propinquum/ ſic fatalis ordinis mutabilitatem
excedit ut idem teſtatur auctor Sed nec ea q̃ per ſecundas aguntur cauſas in iferioribus
contingentibus fato aut aſtris directe ſed ex accidente tãtũ ſubiecta erunt.quemadmo/
dũ qum de corporũ cœleſtiũ uiribus poſtea dicemus facile oſtẽdã & hoc duabus quidẽ
de cauſis Prima quod humani actus ſiderũ effectibus niſi ex accidente ac indirecte nõ
ſubduntur cauſa uero fatalis qum ad ea que fato aguntur ordinem habeat neceſſe ut per
ſe ac directe eius ſit cauſa quod agitur Deinde id quod ex accidente fuerit nõ unũ neq;
item effectus agẽtis naturalis eſſe poteſt:Materia namq; omnis ad unum aliquid termi
natur/ex quo facere nequaq̃ poterit ut in effodiendo ſepulchro occupatus theſaurũ inue
niat Palã eſt autẽ quod cœleſte corpus naturalis modo principii cogit unde & effectus
ipſius in hoc mundo naturales exiſtunt Ideo dicendum quod ea que ſiue ex accidente
ſeu fortuito in rebus naturalibus aut humanis aguntur in prouidentiã ut in primam ac
præordinantẽ certãq; cauſam reducantur Quia pugnans non fuerit aliquid ex accidẽte
ut unum ab aliquo accipi intellectu uerbigratia Si ſciens in quo loco theſaurus exiſtat
hunc ignorantẽ inſtiget ut ibidẽ ſepulchrũ fodiat Fortuna igitur & accidẽtia nobis:diui/
næ uero menti nequaq̃.Solus nãq; deus humanos ordinabit actus quod ſolus humanã
poterit mutare uoluntatẽ/nec propterea cogi dicetur qum ipſa ſponte concurrat.Sic itaq;
oia q̃ hic aguntur:prouidentiæ referuntur q̃ fatum ut ait Auguſtinus a fando dici poterit
quaſi prælocutum & apud illam ordinatũ/nec propterea pugnabit Fortuita q̃dam eſſe
cauſarum reſpectu proximarum non tamen diuinæ prouidẽtiæ.Sic demum nihil teme
re in mundo fit ut in libro.lxxxii.quæſtionum idem teſtatur auctor.

fo. 2

Quod prouidentia ſit certa contra Ciceronem. XXXIIII.

ONTRA Vero probat inſtatur. Si contingentia non reicit prouidentiam
opus aut eam non eſſe certam/aut ſi certa omnia neceſſario eueniãt Effe/
ctus enim cuiuſlibet cauſa eſt Si cauſa & neceſſitas Ad huiuſitẽ. probationẽ
loci Cicero de diuinatione ſic ingreditur. Si omnia adeo prouiſa ſunt cer/
tus eſt ordo cauſarũ Si hoc uerũ: omnia fato aguntur/nihil in noſtra eſt po
teſtate/nullũ ergo uolũtatis arbitrium Quo ferme modo & liberum arbitriũ & cauſas
oĩs contingentes tollere uidetur. Si rurſus prouidentia contingentes & deficereq̃ ualentes
cauſas admittit effectus quoq̃ prouidentiæ deficere poterit: non ergo prouidentia certa
At his facile ex. Theologorũ auctoritate reſpondemus. Quod prouidentia quidẽ certa
eſt/nec cuncta propterea neceſſario eueniunt Probamus autẽ hoc ferme modo Prouidẽ
tis & ordinis eſt rerũ cognitio primũ Deinde cognitionis exſecutio Primũ theoricæ uir
tutis: alterũ practicæ quæ inter ſe ita differunt: Quod in ordine conſtituendo tanto eſt ꝓ
uidentia perfectior q̃to magis ad minima: Quo enim quiſq̃ in prouidẽdo ſolutior ha/
betur/eo plura meditari ſingularia poterit Is uero cuius prouiſio in ſolis conſiſtit uni/
uerſalibus: parum admodũ ꝓuidentiæ particeps erit. At in ordine rebus impoſito ex ſe
quendo: eo gubernatoris prouidẽtia perfectior: quo uniuerſalior ac ꝑ plura inſtrumẽta
pluraue media ꝑmeditationẽ explicat propriã: In ꝑmeditando igitur diuina ꝓuidentia
oĩa ſempiterna q̃uis minima ordinat atq̃ diſponit: ꝑ inſtrumẽta uero cõgrua ei famulan
tia ex ſequitur: Quamq̃ mutari deus neq̃at/nec ipſius quidẽ ꝓuidentia irrita ullo modo
eſſe poterit. Quod autẽ nõ neceſſario res propterea eueniant ſic oſtendimus Nõ ois ef/
fectus ut in. vi. metaphyſicæ ſcribitur ex ſe cauſas habet: quod ex eo facile ſequeretur ut
omnes cauſæ neceſſarius eſſet effectus unde oĩa futura neceſſario euenirent uerbi gra/
tia. Si de aliquo percunteris cur interierit: cauſa effectũ huiuſcemodi precedit latronum
occurſus hunc itẽ effectũ ꝓcedit alia quod e domo exiit: hunc rurſus alia quod aduocatũ
querebat/cuius itẽ cauſa quod in Iudiciũ adcerſitus fuerat: huius deniq̃ quod pecuniam
debebat: ergo ex prima ad extremã: pecuniam debentẽ neceſſe fuiſſet ſubito interire: Ne
gat itaq̃ in eodem libro Ariſtoteles uerũ eſſe ut poſita cauſa/effectũ ſit poni neceſſe Quod
aliqua ſit cauſa que deficere poſſit/neq̃ itẽ uerũ quod effectus omnis per ſe cauſam ha/
beat: quia quod ex accidente eſt: illum aduocatum querentem ſubito interire cauſam aliã
quã non habet Ex hoc igitur aiunt impugnantes ꝓuidentiã Dicere opus uel quod non
effectus ꝓuidentiæ ſubdantur & ſic de oĩbus prouidentia non erit: uel non neceſſarium
quod eius effectus ſequatur & ſic certa non erit/aut opus ut omnia eueniant Nos autẽ
reſpondemus quod cuncta pro arbitrio gerit: ex quo cauſæ mediæ quibus effectus pro
ueniunt/ut quandoq̃ deficiant non minus ad eius pertinent prouidentiam/Quãobrem
quod Ciceronẽ ſupradiximus obicere: friuolũ uidetur. Quum enim prouidentiæ non ſo
lum effectus ſed & cauſæ & modi exiſtendi ſubdantur ut ex prædictis liquet: non ſequi
tur quod ſi dei oĩa aguntur prouidentia ut nihil propterea fit in nobis. Sic enim ſunt a
deo prouiſa ut per nos libere fiant. Sed quo ad deficientes ſecundas cauſas rurſus inſta/
mus. Agens oẽ & bonũ & melius quoad poterit reſpicit Bonum autẽ & melius in toto
& in partibus non eodẽ modo cõſiderantur. In toto enim bonũ eſt quod ex partium cõ
poſitione & ordine conſiſtit: unde melius toti diſpar erit: Et ordo totius perfectioq̃ lon/
ge pulchrior apparebit: Quod nequaq̃ cõtingeret ſi omnes partes æquales eſſent & ip/
ſarũ quælibet ad nobiliſſimæ partis gradum perueniret: uerbi gratia. In corpore humão
pes longe dignior ꝑs foret ſi brachii pulchritudinẽ/uirtutẽq̃ hẽret corpus uero totũ ipſe/
ctius ſi pedis ei offitiũ deeſſet. Igitur aliud agens particulare: aliud reſpicit uniuerſale Al
terũ ad locũ ꝑtis abſolutæ tẽdit/eãq̃ ꝓ uirib9 ꝑficit uniuerſale aũt ad totius bonũ ſolicitat.
Ex quo d̃fect9 aliqs ꝑter agẽtis ꝑticularis cõatũ ex uirtute tñ uniuerſalis erit queadmodũ

In fœminæ conceptione ſeminis natura per ſe ac particulariter ad fetum tendit pfectiſſi/
mũ:uirtuti tamen & naturæ uniuerſali utilius femina ſine qua animaliũ generatio mul/
torꝫ eſſe non poteſt:eodẽ quoq; modo corruptio & diminutio & demũ defectus omnis
ab uniuerſali non autẽ particulari exit naturæ induſtria Nam oĩa quo ad liceat defectus
nitũt pfectũq; imitantur Q uo ad neceſſariũ uero ſic rurſus reſpondemus Neceſſariũ &
contingens duæ partes entium queãdmodũ ſub prouidentia.cõprendantur ſupra mihi
narratũ Superiora cœleſtiaq; neceſſaria & incorrupta ſunt inferiora uero cõtingentia &
mortalia Vera ergo illa hypothetica Si deus hoc futurum preuidet/hoc erit:ſed ſic ut fu/
turum preuidit erit:præuidit autẽ id contingenter Sequitur abſq; dubio ut contingẽs nõ
neceſſariũ exiſtat:Q ue autẽ contingentia ſunt non eſſe facile poſſunt.

¶ Q uod intellectu præditos cæteris exactius prouidentia regat. XXXV

ED Q um omnia prouidentia quemadmodum ſupra oſtendi cõphendat
Rationis attamen participes quod alia cuncta & naturæ preſtantia & finis
ſ dignitate precellant/ cura quadã exactiore a ſummo rerũ opifice reguntur
Nam ſolæ ex omnibus propria liberaq; agunt uoluntate/cætera uero cogun-
tur magiſq; agunt:fine uero propterea preſtant/quod ſolæ deũ cognoſcẽdo
& amando quicquid agunt & reſpiciant.Q uẽadmodũ enim in ciuitatis gubernatione
diuerſa ordinũ obſeruatio ob ſtatus hominũ diuerſos exiſtit Alio namq; loco ſenatus/
alio plebs alio opifices conſtituuntur Sic apud deũ alia quædam ratio rationis participũ
alia uero aliorꝫ Illi ſua tantũ:eorꝫ cauſa cetera gubernantur Q uod enim ab altero agit̃ i
ſtrumenti tantũ rationẽ:quod autẽ per ſe princeps agit/rationis agentis habet Q uãobrẽ
animalia conficere ſimul & edere conceſſum illorũ reiecta ſuperſtitiõe qui ab his abſti
nent Idcirco ſcribitur Oĩa ſubiecisti ſub pedibus eius oues & boues.Q uin & cætera de
us ſecundũ ſpetiẽ dirigit & cuſtodit/hos etiam ſigillatim/quin cætera tantũ ſpetie durent/
horũ uero etiã numerus Q uod ſacro docemur eloquio Q uid eſt homo quod memor
es eius Et ad corinthios non eſt cura deo de bubus Q uapropter angeli ſinguli homini
bus adhibiti ſingulis.

¶ Q uod electis quoq; ſingulari quodammodo prouidentia preſit:Deq; ipſius in omnis admirabili utilitate. XXXVI.

OELESTI Q uoq; regno prædeſtiatos maiori adhuc quadã/ac præcipua
cura illa benigniſſima parens proſequitur Q uæ quidẽ ab initio mundum
c & eius plenitudinẽ homini creauit:ut ſi forſan ille obtemperaſſet hoc in pa
ce frueretur/quando uero eſt otio abuſus ad negotiũ duráq; uitam eſt tranſ
latus:ut ſic priorem contumaciam perpetua abſtinẽtia ac humilitate com/
penſaret Illos præſertim quos elegit quattuor aduerſis agitari uẽtis uoluit tribus cõmu
nibus:poſtremo priuatim:Q uibus reſiſtendo deſtinatã ſibi gloriã merito referrent Pri/
mo namq; qum non cuiq; euenire ut de rebus humanis quiſq; mereatur adſpiciant De
inde omnibus ſenſum delectantibus ſe omnino caſtratos:in quo oĩa propter que hoĩes
inter ſe degladiari ſolent opes ſcilicet honores/agri amenitates bacchi ueneriſq; munera
reliquaq; corporis cõmoda cõprehẽduntur.Tertio futuræ ſe uitæ ſpem preſentibus eme
re laboribus atq; periculis Q uarto priuata omnia quecunq; eueniunt cuiq; ut ſepe mul
ta incõmoda.Nihil inquam ut primũ repetam bonorũ hominum æque magis patien
tiam exercere/nihil rurſus iniuſtorũ audaciã atq; inſolentiã accendere uidetur q̃ qum bo
na malis & mala bonis eueniunt ut frequenter admodũ adſpicere licet Nam & potẽtia
& opibus maximis & ſumma deniq; rerꝫ hi plerumq; potiuntur q̃ maxime deo ſunt ad
Pſalmus .lxxii uerſi & omni ſcelere contaminati Ex quo dauid pſalmo.lxxii.exclamat & queritur Ze/

laui ſuper iniquos pacem peccatorum uidens quia non eſt reſpectus morti eorum & fir
ma:mentum in plaga eorū.In labore hominum non ſunt & cum hominibus non flagel
labuntur.Ideo tenuit eos ſuperbia operti ſunt iniquitate & impietate ſua Prodiit quaſi ex
adipe iniquitas eorum tranſierunt in affectum cordis cogitauerunt & locuti ſunt nequi
tiam:iniquitatem in excelſo locuti ſunt Poſuerunt in cœlum os ſuum & lingua eorum
tranſiuit in terra Et dixerunt quomodo ſcit deus ſi eſt ſcientia in excelſo Ecce peccatores
& abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias Et dixi ego ſine cauſa iuſtificaui cor meum
& laui inter innocentes manus meas Et fui flagellatus tota die & caſtigatio mea in matu
tinis.Paulus item hoc animaduertens.O altitudo inquit diuitiarum ſapientie & ſcientie
dei q̄ incomprehenſibilia ſunt eius iudicia.In conſiliis quoq; publicis horum ſcientia p̄
ualet qui ligua manuq; promptior in alienam iniuriam cognoſcitur:pauper ubiq; iacet
Nec tu in pſalmis pauperes totiens repetitos q̄ uiros modeſtos intelligas qui ſuperborū Quis pauper
iniurias: contumeliaſq; uarias repellere partim nequeunt ſi uelint : lingua ingenioq; ac
fauore reliquo deſtituti:ſiue longe beatus qum poſſint nolunt ut dauid euenit qui ſe in
ter hos collocauit neq; de cōmuni aliorū paup̄tate loqui uerīſimile fuit qum rex ipſe po
tentiſſimus hieroſolymis eſſet.Verum quoniā ex inimicis partim ui partim ſponte mul
ta paſſus omnia diſſimulauerit illud eſt dicere ſolitus Domine uim patior reſponde p̄
me Item ego tanq̄ ſurdus non audiebam & ſicuti mutus non aperiens os ſuū. Et rurſus
Iudica me domine ſecundum innocentiam meā ſup̄ me. Omnia itaq; defenſionis ſuæ
iura deo permittendo/minimeq; ſe ulciſcendo pauper hoc eſt auxilio humano ac uolū/
tario deſtitutus eſt inuentus.Que monſtra hominum & Imperatorū ſancti olim tolera
uerunt apoſtoli:Quot nobiles ſpiritus inſequentibus etiam temporibus ſub ignauiſſi/
mis uiris:diuerſis laboribus agitati ut mittam cætera Quales in hoc genere noſtra tule
runt ſecula:quod hoīum genus:qui uiri in rerū adminiſtratione p̄clarorū hominū ac pa
trum meritis prælati fuere:quis niſi ualde fidelis qum Italiam pauloante ob crudelium
hominum ſeuitiam tot inſontiū cedibus inundantem locaq; ſacra piaq; tam atrociter pro
phanata conſpexit/qui prouidentiā aliqua ex parte non incuſaret:Dei tamen benignita/
te per tuam ſancte pater ſucceſſionē tanta breuiter facta rerū felix cōmutatio ut oīa . paci
ac quieti iam reſtituta conſpiciantur.Bonos igitur impiorū poteſtatibus ſubiecit proui/
dentiſſimus deus/eorumq; multa uoluntati negauit ut inter res humanas uelut inter po
ma Tātali longe maiora conſecuturi uerſarentur:uigilias in hac uita:in altera feſtos agūt
dies:ſubodorantur tantum/ac delibant ut cum chriſto ſatientur:ac dapes capiant ſempi/
ternas Negocium:bellūq; nunc ſumunt ut in otio paceq; perpetua poſtmodo uiuant. Ta
cent ac ſubditi ſunt ut nobilitate inter angelos clari continuo clamēt Gratias deo noſtro
& agno/ac de hoſte triumphato palmam deo uictores rerumq; domini referant . Que
oīa breuibus admodū uerbis ſacrum coegit eloquiū Fulgebunt iuſti & ſicuti ſcintillæ in
arundineto diſcurrent/iudicabunt nationes:dominabūtur populis & regnabit dominus
illorū in perpetuū Alios autē tanq̄ deploratos ſemelq; ab ſe reiectos ſeculi huius uolupta
tibus ſatiari p̄miſit ut ad poſtremū ueluti beneficiorū imemores ac palmites ſup̄uacuos
æternis traderet ignibus:tanta eius uel in hoſtes beneficentia ut hos ēt abſq; munere qua
licunq; abire non permittat Quis igitur huic tanti artificis ordini obtrectabit:qui in ſalu
tem omnia noſtrā pulcherrime diſpoſita non mentibus omnium ſed tantū ſpiritu uiuen
tium palam fecit His ſiquidē manna quod dicitur abſconditū tribuit Hi deniq; illius iu/
dicia in partem accipiunt bonā qui nec tantulū in orbe niſi ſūma ratiōe/noſtroq; magno
uſu permittit iuuenes acerba morte interdū rapit ſi boni ne uitæ contaminatione mores
cōmutent/quos fragiliores forſan cognouerat ſi iniqui & omnino icaſtigabiles ne peio/
ra per uitæ longitudinem perpetrando ignē ſibi gehene maiorem excitarent. Cætera ue
ro quoad corporis tutelam pertinent non ſolum ſuis ſed inimicis ac cæteris animātibus
quēadmodū cuncti iā intelligere ac degustare ualent ille ut naturæ promus fideliſſimus
perpetuo præbet qui parat terræ pluuiam & producit in montibus fenum & herbam ſer

uituti hominum qui dat uiuentis eſcam ipſorū: & pullis coruorū inuocantibus eū. Motus inſuper aſtrorum ad rerū ſuppeditandam generationē arte incredibili regit/noua cottidie hominibus inuenta oſtendit:ingenia perſpicaciora ad artes innumerabiles ſemper excitat/uetera & obſoleta deſtruit:duriora paulatim emollit:molliora tempore dura reddit alta deicit:deiecta extollit Rerū animaliūq; numerū æqua ita lance diſpenſat ut nec ullo quidem tēpore deſint:neq; ſe inuicem præ multitudine opprimant. Omnes populi gētes ætas ordo ſexus hanc amplectuntur:huius paſcuntur diuitiis Omniū denique uſibus ut mater pientiſſima ſeſe ſuaq; accommodat Quod ſi quis propria facta rerumq; ſuarum ſucceſſus diligenter examinet quāuis ſenſus propriæq; cupiditatis parumper turbatione teneatur/progreſſu tamen temporis maximam diuini opem conſilii ſibi affuiſſe procul dubio deguſtabit. Quæq; ad interitū parata ab initio putabantur in manifeſtum omnino comodū ſeu certe maioris incomodi uitationē ac ſubterfugiū conuerſa protinus apparebunt:more potionis amaræ quam ſaluti puerorum eam ignorantiū atq; detrectantiū tribuunt medici. Hæc ab initio creatos:ac nudos rebus oībus neceſſariis contexit/membra ſingulis officiis ut faber diligentiſſimus ueluti legitima inſtrumenta coaptauit. Vrbium conditores iamdudum excitatos in unam ſocietatem ſanctis legibus deuinxit: quibus audaces homines coercerentur & artes ac uirtutis ſtudia undicē habentia iuſticiæ ſimul & patrociniū protinus in pace uigerent. Quid enim lictores ſecures faſces tribunal iudices horrēdū iniquis ac ſeditioſis cōmunicās oſtendunt niſi uigilē in ſemel creatos ac cœleſtē curā:qua plane ſublata quid non malorū irrueret: ipſa elementa ſimul & aīalia mille nos modis cottidie infenſius peterent:præcipites agerēt: Denique quod uiuimus quod ſpiramus quod mouemur quod ingeniū tēpus facultas uires conatibus ſuccedūt:ipſius tātū beneficiū:quod proculdubio maxime ſperantibus maxime ſolet euenire ac clarius apparere/ nec enim ex mandatis dulcius hoc ullum aut delectabilius habemus quam reliqua timoris ac laboris plena ſunt omnia Curæ namq; ſe deo fore putare:propria in eum facta reiicere:nihil ſolicitari ad beatorū prope felicitatē in hac uita deducit. Neq; miſeros fabula decipit perſuaſione adductos quam uſu exemploq; cottidiano illorū qui hoc ſeruant inſtituti ſatis admoneamur illius beatiſſimæ prouidentiæ quæ ſemel genitis uerbo ueritatis nunquā deeſſe non ſolum natura ſed etiā gratia profitetur:modo nobis ipſis per diffidentiam aut metum inanem non defuerimus.

De diuina uoluntate cuius ratio reddi poteſt non attamen cauſa. XXXVII.

PHILOSOPHORVM Rurſus ingenia pari ratione ac prouidentia diuina uolūtas cum ex eodem oriatur fonte grauare ſolet cuius Auguſtinus libro lxxxiii. quæſtionum nullam dicit eſſe cauſam. Qui quærit inquit cur deus mundū fecerit/diuinæ uoluntatis cauſam quærit cauſa uero efficiens omnis maior eſt eo quod efficitur/nihil eſt autē maius diuina uoluntate Ratio tamen nonnulla reddi poteſt. Voluntatis enim cauſa finis eſt ipſe is autem eius eſt bonitas. Igitur hanc ut finem alia uero ob ea quæ ſunt ad finē proſequitur deus. Hec inquā cur alia quæ ab ipſa ſunt diuerſa uult. Si enim aliquid deū uelle fatemur/neceſſe ut ad ea que ad id requirūtur uelit Id autem quod aliud eſſe cōgit/eſt ratio cur illud eſt Ratio itaq; cur deus uelit ea quæ ad unum quodq; ex petuntur eſt ut ſit illud quod expetitur. Sic itaq; in promēda diuinæ uoluntatis ratione procedere licebit. Deus uult hoiem rationes eſſe participē ut homo ſit:Hominem uero ad orbem explendū. Orbē denique ad bonitatē propriā declarandam:quæ ſeſe ſpectat:per ſe ſubſiſtat:cui nihil ob alia condita quicquam accedit. Sed licet ex aliquibus bonis que eſſentiales mundi ſunt partes ex quibuſdam tamen non neceſſariis/ac tantum decorē & ornamētū afferentibus pendet Quaobrem diuinæ uolūtatis ratio quandoq; decorem/interdum utilitatem:aliquando neceſſitatem hypotheticam reſpicit:abſolutam uero quam ſeſe ſpectat/quæ quidem in dei mente ſicuti quam intelligit

diximus non ordine neq; diſcurſu/gradatimue fiunt ſed uno uolendi actu & ſuam uult bonitatē & cuius gratia reliqua Ergo eorū damnata ſententia qui nullam diuinæ uoluntatis omnino eſſe aut adduci poſſe rationem affirmauere/niſi eum uelle Quod etiam ſacra refellunt uolumina, Omnia in ſapientia feciſti domine.

Contingens & neceſſarium quomodo ex diuina uoluntate. XXXVIII.

VLT Ante omnia deus propriā tueri bonitatē eiuſq; gratiā reliqua Quorum nonnulla neceſſaria:quedam contingentia eſſe uoluit Neceſſarios orbium cœleſtium motus Res uero inferiores contingentes Diuinæ namq; uoluntatis auctoritas atq; decus expetere uidetur ut non ſolum quod iubet ſed etiam eo modo quo iubet exiſtat Virtus namq; agens in naturalibus effectus non ſolum quoad ſpeciem ſed etiam quoad modos proculdubio parit Preterea uniuerſi orbis bonum in quodam ordine uarietateq; uerſatur ut in metaphyſicæ.xi.narratur Ex cauſa ergo uaria effectus proueniunt contingentes Ex quo uidere licet quanq̄ cauſa neceſſaria remota eſt/ſi tamen cauſa ſit proxima contingens effectū eſſe contingētem ut in his q̄ circa inferiora uerſantur facile apparet/Que quidem cōtingentia ob cauſas uicinas cōtingentes eſſe animaduertimus:orbium attamen cœleſtium motus ut cauſæ remotiores neceſſarii Neceſſitas inſuper hypothetica in cauſa neceſſitatē quidē abſolutam:in effectu autē nequaquā parere poteſt. Enimuero deus in his que condidit quedam hypothetice ſiue conditione/nō autem abſolute uult Sicuti ſocratem moueri ſi currit Non ergo in rebus contingens excluditur/nec ſi deus uult aliquid neceſſario uult.

Quod diuerſa multaq; Deum uelle ipſius ſimplicitati minime pugnat. XXXIX.

SED Quanquam propriæ bonitatis gratia multa uult:in eadē tamen ad unum omnia coguntur. Sunt enim corporea ſecundū eius modū abſq; cor
ſ pore materiaq; multa:unita in unumq; coacta Enimuero diuino itellectui ſimilis in hac parte uoluntas ſicut enim intellectorum multitudo numerū aut compoſitionem indiuina mente non auget Sic multa & uaria in dei uoluntate,ſimplicitati eius æternæ non pugnant: Huius exemplū & incognitione humana quadamtenus uidemus. Nihil enim intellectū prohibet noſtrū multa quidē noſſe /ad unūq; ea referre ut ſic ſub relatione multiplici ſimplex ipſum conſideret: Quantoq; ſimplicius aliquid:tanto uirtute potiore principiumq; plurium fuerit Queadmodū unitas multorum eſt principiū numerorum Et punctū linea:Linea uero ſuperficie & hec demū triangulo perfectiores:quod in hoc ceteræ reſoluuntur figuræ. Huc accedit quod intelligere ac uelle uideo non ſane ut potentiæ ſed ut actiones Potentiā tantum effectus reſpicit Actionum uero multitudo deo ad tributa ut intelligere uelle condere & his ſimilia:diuerſa nō ſunt qum eorum quodlibet in deo ſit eius eſſe:quod unum & idem exiſtit.

De multiplici eius uoluntate. XL.

OLVNTATES In deo plures ex pluribus uariiſq; effectibus dici palam eſt:quemadmodū & iuſticiæ & miſericordiæ una tamen iuſtitia una miſe/
u ricordia Sic item una perpetua in eo uoluntas quæ beneplacēs & perfectā ab apoſtolo dicitur. Hæc nunquam eſt irrita/ nunquam aut precibus flectitur/aut tempore mutatur/nec eſt aliud demum q̄ deus ipſe/ceteræ uero metaphorice dictæ pro rerum humanarum & hominum uoluntatis uarietate mutabiles ac contingentes exiſtunt. Has itaq; ambas ut antecedentem & ſubſequentem ut perpetuam & uariam ut beneplacentem & ſignificantem ſolent Theologi diſtinguere Nam aut prē

ſentium dei uoluntas aut futurorum ſi preſentium palam eſt quod ſemper fiat & effectū
conſequatur: ſiue benigne faciendo :ſiue mala permittendo:quanquam mala quoq; bo
ni prouenientis ratione fiat beneplacenſq; & ipſa rite dicitur uoluntas Ex quo prophe/
ta inquit Non eſt malum quod dominus non faciat in ciuitate futura uere quæ uult:per
ſigna coniecturaſq; aliquas non ſemper eueniunt quod hec contingentia ſint & hominū
relinquantur arbitrio non ſemper eueniunt . Vt quum iuſta rectaq; mandat atq; conſulit
Q ue improbi ſepe homines repellere conantes:ea faciunt per ignorantiam que ex dei
uoluntate ſunt beneplacita & ſempiterna Vnde Gregorius in geneſim Plures inquit dei
uoluntatē refringere ſtudentes peragunt/eiuſq; conſilus reſiſtentes obſecūtur Nec enim
ideo deus mandat/aut prohibet omnibus ut ab omnibus obſeruetur /alioquin non ea q̄
uellet hoc agere poſſet.Sed ut iuſtitiam in iniquis excuſatione omni carentibus ex con/
tumacia Et miſericordiam in bonis ex obedientia demonſtraret.Sunt enim quedam ab
eo mandata que noluit obſeruari ut in ueteri lege Iſaac imolatio & in euangelio Decē
curatis mandatur necui dicerent. Q uod autem Paulus omnes inquit homines deus ſal
uos eſſe uult/mox quum Predeſtinationem attingam enarrabo. Inſuper quum dei uolun/
tati aſſentiri ac cum ea conuenire/conformeſq; eſſe magnopere doceamur id maxime
animaduertendum ut eo quo iubet ipſe modo conueniamus. Nam ſi propriæ libidini
aut cupiditati obſequentes dei idem quandoq; bona de cauſa uolentis uoluntati obtem
perare aut aſſentiri dicamus:inſania manifeſta: Verbigratia Patrem crudelis filius uiue/
re non uult:non item deus ſi eum forte de medio tollat. Q uandoq; rurſus contra ipſius
uolūtatem recte uolumus pietatis aut iuſtitiæ gratia:ut bonus filius patrem uult uiuere:
deus autem alia iuſta de cauſa minime. Caritas itaq; omnia docet atq; dirigit.

De Potentia Dei & que Deus minime poſſe dicuntur. XLI

IGNITAS Item illa omnibus recepta Deum omnia poſſe:quod ex ip/
ſo ſint omnia:probantq; breuiter. Id erit i aliquo genere omnium cauſa cui
d maxime ipſius generis prædicatio conuenit Vnde quod maxime calidum
fuerit in omnibus calidis caloris cauſam eſſe conſpicimus Deus enim ma
xime omnium ens eſt:omnium ergo cauſa/de quibus ens prædicatur . Itē
quod per eſſentiam dicitur eſt omnium cauſa que ex eo participia ſunt Q uemadmodū
ignis ignitorum omnium cauſa Deus uero eſſe tantum dicitur/omne reliquum eius par
ticeps Poſſe aliquid & agendo & patiendo dicimur At deum tantum agēdo poſſe ſupra
oſtendimus:Ea uero quæ potentiæ ſunt patientis nequaquā enim poſſe palam eſt . Q ue
autem huiuſcemodi ſint uideamus Primo quidem que ad eſſe non ad agendum exiſtūt
Q ueue materiam contrarii ſubiectam habent ut corpus aut aliquid ſimile quod ad eſſe
ſuum minime pertineat deus eſſe non poteſt. Item quæ motus mutationumq; ſingulas
ſpecies ut augeri:minui corrumpi nequaquam deus poteſt. Item defectus omnis ex pri/
uatione aliqua proueniens:priuationis enim ſubiectam materiæ potentia eſt/ nullo igitᷣ
modo deficere poteſt/non deniq; uinci aut uim pati neu penitere ſiue iraſci aut dolere:
quod hec omnia motum aut defectum ſignificat Poſt hec deus non poſſe dicitur quicqd
contra ſit entis rationem qua ens uel facti entis quo factum Q ue uero ſint hec mox diſ
ſeremus. Primum namq; contra entis rationem eſt eius oppoſitum non ens Hoc itaq; de
us nequit ut duo ſcilicet contradictoria ſimul unum & idem eſſe & non eſſe Similiter
& in contrariis contradictio & in oppoſitis priuatio his includitur Nam ſi album eſt ni
grum ſequitur ut ſit album ſimul & non album. Si eſt & uidens & cæcum: idem dicere
fuerit uidens & non uidens. Hinc etiam pendet quod deus quin preteritum fuerit nequa
quam poteſt/quod & hoc pugnans omnino ſit. Pari namq; neceſſitatis lege aliquid eſſe
dum eſt ac aliquid fuiſſe dum fuit eſſe cogitur. Similiter deum alterum ſibiq; ſimilem fa
cere nequaquam poteſt: quod creatum eſſe de ratiōe dei exiſtat/neq; item ex alio pen/

pendeat. Item quin ſponte deus agat illa facere nequit que nec uelle Que facile intelligemus ſi quo modo in diuina uoluntate ſit neceſſitas conſiderabimus Nam quod ē neceſſarium quin ſit fieri nequit & quod eſſe nequit:ut ſit aliquo modo fieri nō poteſt Duplex ergo in deo neceſſitas una abſoluta in his q̄ ad eum pertinēt ut deū ſe eſſe & bonū & beatum omnino uult/nec quin ſit facere nequit/Nam ſi poſſet ſeſe negaret & impotētiam infirmitatemq; argueret Quæ uero ad creata pertinet non abſolute in eo ſed ex conditione ſiue hypotetice neceſſaria ſunt ut deus ſi non mutari poteſt neq; quod ſemel uoluit non perficere. Sic enim contrarii conditionem tacite claudit ut perficere ſi uellet ei liceret Sicut enim deus ex uoluntate agit ſic & intellectu & ſcientia Pari igitur ratione facere nequit quæ ſe facturum non præſciuit/ac prætertire quæ præſciuit Quia facere quidem nequit quæ facere minime uult/aut prætertire quæ omnino uult Eodem namq; modo utrunq; & negatur & conceditur ut ſcilicet prædicta non quidem abſolute ſed hypothetice non poſſe dicatur Ex his igitur palam eſt quod dei ſiue uoluntas ſiue intellectus ad certos effectus minime coercet quum uoluntas id ſequatur:quod boni ratione intellectus ei propoſuerit.

¶ Quod deus naturæ neceſſitate non agit. XLII.

q

VAE Supra narraui facilius apparebunt ſi naturæ neceſſitate nihil deū agere breuibus admodum rationibus demonſtrauero. Omnis enim agentis neceſſitate naturæ uirtus ad unū cogitur effectum / cuius rei gratia naturalia cuncta eodem ſemper modo ſi abſit impedimentum eueniunt/ non itē uoluntaria Diuina uero uirtus non ad unum tātum tendit effectum. Item ut in.ix.ſcribitur metaphyſice actio duplex una in agente ut ipſius perfectio remanet ſicuti uidere:altera quæ ut facti perfectio in externa tranſit: uelut ignis cremare. Diuinæ namq; actiones quum ſua ſint eſſentia de genere illarum quæ in agente remanent exiſtūt aliæ q̄ cognoſcentis & ad petentis eſſe nequeunt:Deus igitur & cognoſcendo & uolendo non naturæ neceſſitate ſed arbitrio uoluntatis agit Deniq; quod per ſe agit prius eſt eo quod per aliud Enimuero omne quod per alium eſt: in id quod per ſe ut reducitur nec id quidem in infinitum pergit. Oportet igitur primum agens proprii actus eſſe dominum Dominus item niſi per uoluntatem non erit.opus ergo deum ac philoſophorū quod ſacro etiam edocemur eloquio. Omnia quæcunq; uoluit deus fecit in cœlo & in terra.

¶ Quod in rebus creatis eſſe neceſſitas abſoluta poteſt. XLIII.

l

ICET Autem omnia ex diuina uoluntate ut ex prima cauſa pendet. Minime quidem apud eam niſi ꝓpoſita conditione neceſſaria/non attamen abſoluta neceſſitas a rebus excluditur creatis/ut fateri ſit neceſſe/cuncta eſſe cōtingentia Quod nempe alicui uideri poſſet/ex eo quod ex cauſa ſua nō neceſſario procedant. Sunt enim in rebus quedam creatis que ſimpliciter & abſolute neceſſe eſt eſſe/& quibus ad non exiſtendum facultas omnino tollitur. Nōnulla uero taliter exiſtunt/ac producta ſunt ut in earum natura exiſtendi facultas minime ſit Res igitur illæ quæ materia carent ut ſuſtantiæ ſeparatæ uel ſi materiam retinent ad aliā nequaq̄ ſunt habiles formam. Vt corpora cœleſtia non exiſtendi facultate omnino carēt. Ex quo abſolute ut ſint oīno neceſſarium eſt Eo nempe quod ſponte/non coacte res dicitur deus creaſſe nequaq̄ tollitur quin res aliquas neceſſarias:nōnullas uero contingētes eſſe uoluerit ut diuerſitas & ordinis pulcherrime diſtinctio rebus appareret.

¶ Quæ ſit rerum uarietatis cauſa. XLIIII.

h VIVS Item diſtinctionis/uarietatiſq; uniuerſi cauſam meritis origines de ſcripſit qui naturas rationis participes dicit omnis æquales ab initio condi/tas Deinde pro libero arbitrio alias magis alias deo adeſiſſe/abſtinuiſſeq; Ex quo pro meritis aliquas angelos diuerſorū ordinum/nonnullas homines uariorum item ſtatuum/quaſdam dæmones factas Alias deniq; corporib⁹ cœleſtibus additas fuiſſe. Nos autem rectius dicimus Rerū inæqualitatē non caſu neq; ob naturæ diuerſitatē/aut ob merita ulla ab opifice deo conſtitutā ſed ad orbis perfectionem pariter & ornamentum Enimuero ſpecies in diuiduum ſicuti materiam forma naturæ bonitate excedit:Species igitur multiplex multiplici indiuiduo in una tantū ſpecie ad uniuerſi decorē pſtantior atq; melior. Q uaobrem diuerſi rerū gradus ordineſq; lōge magis pollebunt:Huc accedit quod plura ac diuerſa diuinam mentem ac ſe ipſam ſicut opus uarium artificis ingenium oſtendunt magis atq; commendatur.

Q uod deus ex nihilo res produxit. XLV.

r ES Hæc admodū ardua ad quam indocilis ſchola eſt omnis philoſophorū Q ui ex nihilo nihil fieri pertinacius adfirmant ſed ſi fide ante oīa nitimur: argumenta etiam phyſica nequis erret:minime deerant. Si enim aliquis eſt dei effectus/ aut is prior eſt/ac aliorū pueniēs:ſeu ab aliquo pueniētur. Si pue nit iam palam eſt quod adſerimus ſi autem præuenitur ab aliquo effectu is certe(quod ut in ii metaphyſicæ ſcribitur naturalia in infinitū non tendunt)ultimum quendam ſibi conſtituit qui quidem deus non erit/quū ipſe materia rei alicuius nequaquam ſit/nec item aliud cui deus non ſit rurſus exiſtendi cauſa/non eget ergo deus materia præiacente. Item per motū & mutationē agere deo qui eſt uniuerſale exiſtendi principium minime conuenit. Q uo ferme modo hoc ens ex hoc non ente fit Non autē ens ex non ente ſimpliciter. Item materiam primam quod in potentia ſit aliquatenus nō eſſe dicunt. Deus uero cauſa rerum oium q̄ ſunt. Huic ferme pbationi ſcriptura adcedit i principio creauit deus cœlū & terrā. Vana ergo philoſophantium opinio de materia æterna qui quamuis in agentibus particularibus uerum putarent ab uniuerſis tamē agentis cui nihil preſupponere neceſſe eſt cognitionem non dum peruenerunt.

Q uod creatio non ſit motus neq; mutatio. XLVI.

q VANDO Motus rationem attigimus ex hoc facile rurſus oſtēdetur quā uocamus creationem per eum non eſſe Q uod motus omnis ac mutatio in potentia qua potentia fit:Hanc autem actionem nulla potentia preuenit Deinde motus mutatioq; id quod ex eis fit duratione precedunt: Nam fa/ctum quietis eſt principiū/ac terminus motus Ex quo mutationē omnem uel motum ſeu motus terminum eſſe oportet qui quidem ex ſucceſſiōe eſt Vnde quod fit nequaq̄ eſt:quia quandiu motus durat aliquid non eſt ſed cōtinuo fit In ipſo uero motus termino in quo quies incipit non fit aliquid ſed factum eſt In creatiōe uero hoc euenire nullo modo poteſt:quia ſi ipſe ueluti motus ac mutatio pcederet: ſubiectū aliquod texpeteret:quod eius rationi omnino aduerſum Q um creare ex nihilo condere ſit aliqd Q um igitur motui ſit adnexa ſucceſſio:& creatio abſq; omnino ſucceſſione: palā eſt eā nec motum neq; motus terminum ut eſt generatio exiſtere Rurſus in omni motu me/diū eſt aliqd:quo illud quod mouetur priuſqnā ad extremū perueniat. Inter eē aūt:& nō ē q̄ creationis extrema ſunt medium eſt nullum At inter fieri & factum eſſe ut in ſexto de phyſica auditione dicitur eſt & medium & ſucceſſio & tempus & ſpatium que om/nia ex materiæ defectu prouenire palam eſt Perfecta namq; atq; diſpoſita omnino mate/

nia formam in inſtanti quēadmodū diaphanū lumen recipit Vnde ſicuti lumen & recipi
& receptū eſſe Sic & creari & creatum eſſe:ut quæ nulla egeant materia aut diuiſione:ſi
mul momentoq; fiunt. Vbi enim dicitur in Principio creauit deus cœlum & terram tem
poris principiū notat tēpus autem & motus & magnitudinis & numeri principia in
eodē ſcribitur libro omnino indiuiſibilia.

De rerum initiis. XLVII.

ERVM Principia Moſes ut ait Chryſoſtomus ſummarie dixit poſtea. per
partes explicauit ac diſtinxit:quemadmodū ſiquis dicat Architectus hāc cō
didit domum deinde ſubiciat Primum fundamenta iecit:poſtea parietes ere
xit deinde tectum poſuit & ſic deinceps. Quattuor per cœlum & terrā crea
ta dicit Aquinas ab initio Cœlum empyreum Naturam angelicam: mate
riam primam & tempus tempus enim poſitum quod materia informis firmamentum
duratione præceſſerit:pro qua quidem duratione neceſſe aliquod ponere tempus nec
enim aliter menſura temporis accipi facile poſſet Nam quēadmodū materia informis
erat deinde formata fuit ſic & tempus informe quodāmodo:poſtea per diem & noctem
diſtinctum fuit Inter primo namq; creata putari debent quæ ad rei generalem habēt or/
dinem atq; adplicationem ut eſt tempus Auguſtinus autem per cœlum & terram ſpiri/
talem ſimul & corpoream ſuſtantiam notari dicit Per cœlum ſpiritalem informem/quā
poſtea per lucem ideſt per angelorum creationem formauit. Per terram uero corporeā
item informem quam deinde per firmamentum & reliqua corpora diſtinxit(edidit. Cœ
lum namq; hoc empyreum tantum Strabo & Bedæ & Baſilio ſignificatum inuenitur. In
quo ſimul omnes ex parte conueniunt ut beatorum ſit locus. Strabus & Beda ferunt qđ
ſtatum factum angelis refertum Baſilius uero in homelia ſicut inquit dānati in tenebras
ultimas abiciuntur/ita pro meritis beati in ea luce quæ extra mundum conſiſtit domici/
lium ſortiuntur Differunt tamen quoad ponendi rationem. Nam Strabus & Beda. Em
pyreum ea ratione qua firmamentum ponunt per quod cœlum empyreum intelligunt
non in principio ſed die ſecunda factum Baſilius uero ea ratione/ne deus opus ſuum
a tenebris incoaſſe uideatur. Quod plane Manichei nobis obiciunt Deum ueteris teſta
menti Deum tenebrarum appellantes Horum igitur rationes Aquinati nequaq̄ proban
tur: Nam de firmamento quod die ſecunda dicitur factum aliter Auguſtino aliis ſanctis
uidetur Quo autem ad tenebras idem reſpondit quod informitas que per tenebras ſi/
gnificationem formatione non duratione ſed origine preceſſit. Alii uero ſic quod tene/
bræ creatum non ſit aliquid ſed lucis diuinæ ſapientiæ priuatio ut ea que ex nihilo edi/
dit primum in perfectionis ſtatu inſtitueret:poſtmodo ad ſtatum deduceret perfectiorē
Auguſtinus in.x.de ciuitate Porhyrium adducit angelos a demonibus diſcreuiſſe ut ae
rea loca dæmonum & ætherea quæ & empyreum uocabat diceret angelorum uerum Il
le tanq̄ Platonicus cœlum hoc ſidereum igneum eſſe exiſtimabat & ideo empyreū uel
ethereum dicebat/ac ætheris etymum ab inflamatione non autem a uelocitate ut Ariſto
teli placuit adſumpſit. De empyreo itaq; duplex ſanctorum opinio reliqui omnes locū De Empireo
corporeum dixerunt Auguſtinus tantum naturam id ſignificari angelicam quoniā non
ueriſimile uideatur Moſem ſpiritalem creaturamue digniorem non præpoſuiſſe: uerū
informem adhuc ſecuti & materiam primam per terram ſignificari Forma igitur & ab/
ſoluta i editione lucis oſtenditur Lucem hanc angelicam & ſpiritalem & uerbo dei Auguſtinus.
adherentem eſſe noluit Baſilius autem Moſem ait narrationis exordium a ſuſtan/ Baſilius.
tia rerum ſenſilium feciſſe ſpiritalem uero & angelicam ut antea creatam preteriuſſe Chryſoſtomus
Chryſoſtomus alias adducit rationes qđ Moſes rudē populū adloqueretur q̄ nihil niſi
corporea capere poterat Deinde ſi quas ſuſtantias ſupra corporeas poſuiſſet/eas ſorte

prodiis coluiſſet quum eos ad idolatriam pronos & ſolem & lunam adorantes con
ſpiceret.

De Materia prima ſententiæ nariæ. XLVIII

ſ ED De materia rurſus dicẽdum. Hanc omnes theologi preter Auguſtinũ
non Caos & omnino informem ut antiquorum erat opinio ſed q̃ formæ
haberet aliquantulum non attamen omnino perfecte uoluerunt. Nec unã
tantum ſecundum Platonicos ex quatuor elementis ſed ſecundum Ariſto
telicos Aliã cœleſtẽ aliã elemẽtorũ Platonici nãq; cœleſtem materiã igneã
cæteris tamen elementis commixtam dicebant Q uod autem non corruptibilis: nõ ma/
teriæ conditioni ſed artificis uoluntati adſcribebant. Q uod Ariſtoteles ex argumẽto mo
tus ab elementis diuerſi confutat qui ſurſum ac deorſum non circulares eſſe noſcitur
Præterea corporum cœleſtium potentia ab elementis diuerſa non ad eſſe: ſed ubi conuẽ
dit niſi ſecundum analogiam: quum in una potentiæ ratione/conueniant. Q uod ſi diuer
ſa potentia diuerſum & genus quum altera corruptibilis altera uero corruptioni minime
ſit obnoxia/niſi forte dicas ob unam. corporum oĩum rationẽ in uno item genere utrãq;
conuenire Auguſtinus attamen libro. xii. confeſſionum platonicorũ opinionẽ ponendo
quintã eſſentiã non ſequi uidetur ubi ait Duo reperio facta unum quod erat formatum
& alterũ quod erat informe & hoc dicit terrã inuiſibilẽ & incõpoſita p̃ eamq; rerũ corpo
rearũ itẽq; in corporearũ hoc eſt cœleſtium materiam ſignificari Materiæ igitur ut reliqs
placet doctoribus paululũ formatæ nõ tñ abſolutæ: lucis ac cœli diaphana deerant. Vn/
de dicit̃ & tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi Deinde terræ pulchritudo duplex deſuit Nã
neq; apparebat quod aquis optã eſſet: preterea plantis & herbis minime ornata Q nam
obrẽ terra inanis & uacua ſiue inuiſibilis dicitur Ante opus namq; diſtinctionis abſolu/
tæ. In hoc exordio trina diſtinctio cõfuſa tñ aliquãtulũ apparet Prius materiæ p̃ cœlũ &
terrã Deinde elementa per terrã & aquam Aerem autẽ & ignẽ p̃terit quia rudibus popu
lis quos Moſes adloquebatur non ita palã quẽadmodũ terra & aqua/huiuſcemodi eẽnt
corpora. Tertia diſtinctio per ſitũ: quia terra ſub aquis oſtenditur Aer uero q̃ eſt tenebra
rũ ſubiectũ ſup̃ aquas fuiſſe ſignificatur Eo quod ait Et tenebræ erant ſup faciẽ abyſſi/Au
guſtinus tamẽ quẽadmodũ ſupradixi ab aliis diſſentiẽs/hic terrã & aquã p̃ materia p̃ia
ſumere uidet̃. Nõ poterat inq̃t Moſes rudi populo materiã primã aliter exprimere niſi
rerũ creatarũ ſimilitudine. Inanis igitur terra & uacua hoc eſt inuiſibilis & incorrupta: q̃a
materia p̃ formã cognoſcit̃. Vnde ex ſe cõſiderata inuiſibilis dicit̃ & inanis & demũ eius
potentiã p̃ formã expleta. Q uãobrẽ materiã Plato locũ eſſe dixit. Tẽpus uẽ Auguſtinus ĩ
libro cõfeſſionũ p̃dicto cũ materia ſimul creatũ quẽadmodũ alii nõ adſerit: Omnes ue/
ro reliqui quatuor illa p̃ceſſiſſe adfirmant informitatẽ ponẽtes nõ origine ut ille ſed du
ratiõe formã preceſſiſſe. Q uãobrẽ neceſſe tẽpus ponere quodãmodo informe ue dura/
tionis menſura capi poſſe: poſtmodo per diem & noctem diſtinctum.

Auguſtinus pla/
tonicus.

De Luce. XLIX.

l VCEM Inſuper omnes preter Auguſtinum corpoream poſuere par/
uam/admodum ac debilem ex qua poſtea die quarta creatus eſt ſol quã
obrem Dionyſius libro. iiii. de diuinis nominibus Solis ait lucẽ ab ini/
tio informem quarto deinde die uirtutem omnem accepiſſe Baſilius di
ci lucem & tenebras non per motum ſed p̃ excitationem/remiſſionẽq;
luminis Q uam ſententiam hoc ferme modo confutat Auguſtinus nul
la inq̃t huiuſcemodi luminis excitandi aut remittendi uiciſſitudo erat quum hoies, quum

hoies & animalia:quorum uſibus hoc ſeruit non aderant Preterea hoc corporis lucidũ/
natura nequaꝗ̃ habet ut pſens & incolume lumen remittat niſi forte prodigioſe ſed i hoc
initio miraculum non queritur/potius autem ut natura ſuos habeat effectus Auguſtino
reſpondet Aquinas Quẽadmodũ duplex eſt motus uni cœlo toti cõmunis: qui diẽ no/
ctemq; facit & is prima uidetur die inſtitutus Alter uero die quarto longe proprior ac
diſtinctior quia dicitur ſint in tempora dies & annos Auguſtinus igitur ut paulo ſupra
memorauit Lucem hanc/angelicam fuiſſe naturam exiſtimat in gratia tantũ non adhuc
in gloria conditam A tenebris autẽ hoc eſt ab altera creatura informi diuiſam Quod ſi
oĩno abſoluta creatura ſimul condita fuit a tenebris ſpiritalibus facta tunc diuiſio intelli/
gitur/nõ q̃ tũc eẽnt qum diabolus nequaquã malus ſit editus ſed q̃s deꝰ futuras eẽ puidit

De Firmamento. L.

f IRMAMENTVM Alii cœlum ſidereum dicũt Quod ſi de natura quat
tuor elementorum ut Platoni placuit exiſtimant:pari ratiõe & aquæ ſupra
cœlos exiſtunt eiuſdem cũ elementis naturæ credi poterunt Si minus cœlũ
dicetur quod ſupra ſidereũ ob puritatem & tenuitatẽ Aqueum ſiue cryſtal/
linum appellatur.Siue igitur hoc ſidereum : ſeu media regione ubi nubes
gignuntur quemadmodum placet Auguſtino firmamentum dicatur/congrue ſatis dici
tur Diuidat aquas ab aquis/ut per aquam materia informis ex Auguſtini opinione ſi/
gnificetur/uel ut omnia corpora diaphana ſub uno aquarum nomine comprehendant/
Sidereum namq; cœlum corpora diaphana a reliquis diſtinguit Aer uero nubilus ſupe
riorem aeris partem ĩ qua pluuiæ generantur a reliquo inferiore aere diuidit Si uero de
ſidereo loquimur Aquæ ſuperioribus eiuſdem cũ inferioribus ſpeciei nequaꝗ̃ exiſtunt.
Si autem de nubileo:tunc eiuſdem ſunt ambo ſpeciei ac duo loca tunc aquis non eadem
ratione conſtituuntur quod locus ſuperior ſit aquarum generationis inferior uero quie
tis earum.Cõmunis theologorum ſchola Cœlos tris omnino ponit Empyreum locum
beatorum:Aqueum ſeu primum mobile Tertium ſidereum in ſphæris ſeptem diuiſum
Vbi autem de lucifero dicitur Aſcendã in cœlum de cœlo Trinitatis metaphorice dicũt
intelligi.Chryſoſtomus omne quod ſupra terrã & aquam aſſurgit unum tantum cœlũ
eſſe uoluit.Vocari autem pluraliter cœlos quod linguæ ſeruiat hebraicæ ſic uocantis uo
ce magiſquã re diſtinctos In eadem ſententia & Baſilius & Damaſcenus reperiuntur.

De opere tertii diei. LI.

d IE Tertia ad formam reducitur terra Prius enim iuiſibilis & inanis quod
aquis operta eſſet Deinde uacua & incompoſita quod nullo plãtarum de/
core ueſtita fuerit/nunc uero remediũ affertur Primo quod aquæ in unum
locum congregentur/& appareat arida:poſt modo producat terra herbam
uirentem Auguſtinus uero in hoc loco quemadmodũ & in reliquis huius
principii locis ab aliis diſſentiens ait Non actu herbarũ ſpecies ſed cauſa & origine tan/
tum productas:eſſe namq; & aliorũ dierũ opera a quibus requieuit Qui tamen poſtmo
do ſecundum rerum conditarum adminiſtrationem per opus propagationis uſq; mo
do operatur.Vita namq; in plantis occulta eſt quia motu ad locum & ſenſu carent. qui/
bus animatum abinanimato maxime diſtinguitur Quamobrem in his omnibus in q̃
aliam alia forma non temporis duratione ſed origine pro ſua quælibet dignitate præ/
ceſſit.Vnde ut in primæ formæ imperfectæ ſic in alterius iperfectioris conſtitutione ſpi
ritalem creaturam:æquum præponere corporeæ fuit Eo quod dicitur facta eſt lux Secun
do autem loco ac die ſuperiorum corporum quod nobilitate inferioribus preſtent oſtẽ
ditur formatio ubi dicitur fiat firmamentum: Tertio demum loco formarum ele/

mentarium in materiam inferiorem impreſſio non tempore ſed origine ſicut in cæteras præcedens ponitur:ubi ait Congregentur aquæ & appareat arrida ut autem reliquis placet doctoribus.In his operibus etiam durationis ordo conſideràdus ut informis materia ab initio creata formatam deinde die primo:temporis duratione precelſerit/nec tamen omnino informem intelligebant.qum hec tria nominata cœlum terra & aqua tanquam ſenſu perceptibilia eſſent Conſumatæ tamen comparatione pulchritudinis informes dicerentur.Ad cœlum ergo ſuperius tenebrarũ informitas pertinet/quod inde ſit luminis origo Aquæ item non abſoluta conditio abyſſi nomine ſignificatur qui inordinatam quandam aquarũ multitudinẽ notat ut ait Auguſtinus Informitas uero terræ ex eo quod dicitur Erat inanis uacuaq; & aquis opta Ex eiuſdẽ uero doctoris ſententia Aquæ non prius terram operiebãt & Deinde congregatæ fuere ſed ilico & in momento cõgregatæ ſimul & ¦editæ.

De reliquis diebus. LII.

i GITVR Perfecti ſunt cœli & terra & omnis ornatus eorum. Ex his uerbis ſi quis recte conſiderat:totum hoc Hexameron triplici ordine procedere uidebit.Creatione/diſtinctione/ſiue perfectione/ornatu Ornatus enim a perfectione differt/quod cœli & terræ perfectio ad ea pertinere uidentur/q̃ cœlo & terræ ſunt intrinſecus.Ornatus uero ad ea quæ & a cœlo & a terra diſtincta ſunt.Q uemadmodum homo per proprias partes & formas abſoluitur:per ueſtes autem & aliquo huiuſcemodi ornatur Mentio namq; ab initio de tribus, ſit informibus creatis cœlo terra & aqua.Hæc etiam tria per opus diſtinctionis trium dierum perficiuntur atq; formantur.Primo die cœlum Secundo diſtinguntur aquæ Tertio terra & mare ſimiliter & in opere ornatus Die primo qui eſt quartus lumina creantur Sequenti qui eſt quintus aues & piſces ad elementi medii ornatum: Q uod in aere & in aqua uiuant & pro uno accipiuntur Tertio die qui ſexto reſpondit Animalia terreſtria : in terraq; motum habentia ad ipſius terræ ornatum Auguſtinus item in luminarium creatione ab aliis minime diſſentit/nam actu non autem potentia & uirtute quemadmodum animalia & plantæ ſicuti ſupradixi creata exiſtimat Preterea qui dicunt cœlum ex quatuor elementis factum ex materia ſubiacente quemadmodum plantæ & animalia facta exiſtimant Q ui uero alterius eſſe ab elementis naturæ & interruptibilia ponunt His dicere opus quod ipſorum ſuſtantia informis quidem creata/nunc uero die quarto in formam demum redactu Q uanta aues cœli & piſces maris creati.Sexta animalia terreſtria ſimul & Honio de quo mox dicam.

De Protoplaſtis ſtatu ſimul & anima Auguſtiniq; & aliorum ſnper his opinio. LIII.

h VNC Itaq; poſtremum uelut Angelum terreſtrem atq; uiſibilẽ creatis omnibus imperantem condidit altiſſimus quemadmodum modo iam conſtructa/& omni ornata ſuppellectile:reliquũ uidetur:ut domius cui hec ſeruiant adſit.Q umq; omnia ſupra infraq; corporea tantum aut incorporea conſiſterent Ex utroq; hic editus ut rerum ſpecies ac diuerſitas mundo clarius apparens auctoris magnificentiam/ac opus magis illuſtraret Deinde qum cætera uni tantum prona uniuſq; ad petentia/dei quoq; conſtitutioni obtemperantia uideantur Is liberi arbitrii dignitate ſolum decoratus inter angelum & ferani/mediam tenuit naturam ut illius cui maxime propenſus eſſet aſſummere:ſummum inſuper bonum intelligendoq; & amando conſequi poſſet Verum qum ab eo per peccatum defeciſſet innumerabilibus ſeſe ac poſteritatem malis inuoluit. Hinc uis morborum peſtes quoq; cor

litus omnes & labor & duris urgens in rebus egeſtas. Vnde nihil eo felicius antea: nihil paulopoſt infelicius ut etiã/homericum illud oſtendit. Nil homine enutrit tellus contra ctius uſquã. Quod ſi digne liceat eius miſeriã declamare/qum id multi fecerint nihil ſa ne dixiſſe uidebuntur. Verũ hoc alterius loci & temporis. Ad primum uenio parentem. (οὐδὲν ἀκιδνό τερον γαῖα τρέ φει ἀνθρώποιο) Huius animam ante corpus una cum angelis creatã fuiſſe Auguſtinus in Geneſim. viii. Eius item corpus in illis ſenis diebus non actu ſed cauſali tantum ratione creatũ exiſti/mat. Vt anima non ſicuti corpus ex materia ulla corporea aut ſpiritali præexiſtente egreſ ſa plane oſtenderetur. Quod qum non aſſeuerando ſed exiſtimando dicere uideatur hoc ſane modo ſuſtineri defendiq; poſſe Aquinas ait Anima humana quẽadmodũ qui dam generis ſimilitudine in intellectuali natura cum angelis conuenit Ita ſex dierũ ope ra & ipſa quoq; præceſſit. Reliqui tamẽ ſancti oẽs animã una cum corpore illis diebus editã fuiſſe affirment nec id quidem ab re Qum enim forma ſit corporis æquũ ut una cum eo ſimul prodierit Ad imaginẽ dei nõ autẽ imãgo qui eſt dei filius appellatus Ad imaginẽ inquã quaſi imperfectam Angelus enim quod deo propior intellectus exiſtat (Auguſtini deſẽſio.) uerius atq; ſimplicius ad imaginem dei dicitur Homo autẽ non omnino ſed qua in eo quædam dei circa animã reperitur imitatio. Nam hec tota in toto corpore & tota ĩ qua libet eius parte. Sic item ſe deus erga mundũ habet ſed in primis intellectus hac ſimilitu dine conſpicitur ſpiritalis immortalis: potentiis multiplex. Vnus autẽ ſuſtantia Quod autem nulli alii præter hominem hoc tributum dicat Auguſtinus de reliquis omnibus infra naturam angelicam intelligendum Ad animi Theologi in ſtatu innocẽtiæ beatio rem faciebant: non quod deum per eſſentiam uideret Nam qui ſic uidetur peccare ne/queunt: Sublimiori tamen modo q̃ nos deum omnino cognoſcebat: Quæ cognitio in ter noſtri ſtatus & patriæ notitiam qua deus per eſſentiam uidetur/media fuerat dei nãq; uiſio duplex Per eſſentiam & creata quanto cum ſublimior aliquis/tanto deo propior/tantoq; clarius ab eo deus conſpicitur Multo igitur eminentius per intelligibiles q̃ ſenſi biles & corporeos effectus uideri poteſt. A conſideratione itaq; lucida plenaq; intelligi/ (Dei uiſio du/plex.) biliũ effectuũ homo qum ſit a ſenſilibus ac phantaſmatis diſtractus facile impeditur ac reicitur. Ex quo ex theologorũ ſententia in paradiſo beatus fuit non illa tamen perfecta inquam transferendus erat quæ in diuinæ eſſentiæ contemplatione conſiſtit Beatam nihi lominus uitam quandam habebat ut Auguſtinus ĩ geneſim. xi. diſſerit Qua & perfectã & naturalem ĩtegritatem retinebat Quamobrem ut magiſter plane teſtatur ſine enigma (De diuerſo ani/mæ ſtatu.) te hoc eſt ſine peccati feditate aut impedimento deum uidebat' non tamen facie ad faciẽ ut dicitur: qua claritate omnia facile generis omnis conſpiciuntur. Sed ulterius res hæc animæ explicanda/ac de ipſa pro diuerſo eius ſtatu iudicandum. Alius enim coniunctæ ſtatus: alius ſeparatæ: alius innocentiæ: alius deniq; poſt lapſum innatum omnino ſemel ei per phantaſmata intelligere Quo ferme modo Tris in ea progreſſus Dionyſius de diuinis noibus facit/cuius rei gratia eam triangulo Plato comparabat Primum exterio/ribus ac ſenſilibus deum cognoſcendo ad ſe ſe reducitur unde ſe pfecte cognoſcit Dein de ad ſeparatarũ ſuſtãtiarũ hoc eſt angelorũ intellectũ ſe dirigit. Qui cũ citra phantaſmata intelligant nõ oino ab aia deprehenditur Sed & multo imperfectior eſt ad dei notitiã p greſſus quẽ nec ipſi cõphendũt angeli. Sic igitur primi parentis aia p ppriã eſſentiã ange los uidere non quidẽ poterat: excellẽtiorẽ tñ cognitiõis modũ q̃ nos de illis habere quod circa intelligibilia pſpicacior longe & erectior exiſteret. Quãobrẽ angelorũ ſpiritibus ut ait Gregorius intererat Rerũ itẽ ſcientiã omniũ ex deo infuſam/nec aliter tñ q̃ ĩ nobis ac qſita exiſtat habuit q̃ ad alios inſtruendos primũ neceſſaria fuit corpus quoq; perfectum atq; itegrũ ad generationẽ ſubito excitandũ uerũ ſucceſſoribus ẽt ſi in innocentiæ ſtatu p manſiſſent idẽ pceſſũ nequaq̃ fuiſſet ſed i rerũ notitiã ceteraſq; uirtutes quẽadmodũ & nos ipſi quoq; paulatim adoleuiſſent. Animi affectus ẽt retiuit: ſed eos tñ q aium minie tur/barẽt pficeret potius ut gaudiũ ſpẽ amorem Dolor aũt & metus & triſtitia oino aberant His quoq; q̃ ualitudini aduerſa fuerãt uacuus Animalibus oibus denoiabat eorũ auxilio

modice utendo. Nec tamen inter omnis æqualitas ſed alius alio ſuperior ſicuti & nobis eueniſ extitiſſet non quidem imperio ſed adminiſtratiõe gubernatione conſilio ingenio Denique in gratia ſicuti & angelus editus fuit Nonnulli tamen innocentiam quidem cõcedunt gratiam negant uerum ſtatim ante peccatũ fuiſſe conceſſam adfirmãt inter quos Scotus magiſter etiã uidetur eſſe qui ait auxiliũ quidẽ illum quo ſtare poterat habuiſſe/ ſed ultra meritis proficere nequaq̃ Aquinas autem contra ſentire omnino eſt illius ſtatũ namque illum innocentiæ quẽ oẽs fatẽtur naturalem quidem nequaq̃ ſed omnino ex gratia fuiſſe dicit ſi enim naturalis etiam poſt peccatũ remanſiſſet Nam & malis angelis naturalis ſcientia erepta nequaq̃ fuit Auguſtinus quoque de ciuitate.xii.idem ſentire apparet ſimul inquit in eis & condens natura & largiens gratia erat Quod autem apoſtolus ad corinthios ait factus eſt Adam in animã uiuentẽ/nouiſſimus in ſpiritũ uiuificantẽ Non Adam in anima ſed tantum corpore ſpiritalẽ eſſe negauit. Nã ut i chriſto corporis uita ſpiritalis:ſic in Adamo animalis initiũ ſumpſit. Præterea quoad corporis dotes ſalubritas in eis perpetua:ſenſuum uigor integerrimus etiã tactus Ita nec igne neque gladio uel re aliqua duriore lædi potuiſſet. Denique imortales extitiſſent non quidẽ ex corporis natura que ſolubilis per ſe quidẽ erat/q̃ ex animi dote atque perfectione. Hanc imortalitatem lignum uitæ faciebat. Auguſtinus.xiiii.de ci. Cibus iquit aderat homini ne eſuriret:potus ne ſitiret/lignũ uitæ ne ſenectus eũ diſſolueret Et in libro de queſtionibus ueteris & noui teſtamenti Vitæ ait arbor medicinæ modo hominũ corruptionẽ proibebat Non omnino tamen imortalitatẽ pollicebatur quod ligni uirtus præſcripta eſſet Semel ſumptum a corruptione uſque ad certum tempus conſeruabat quo termine finito uel ad ſpiritualem uitã homo tranſlatus ſeu certe rurſus ei deguſtare lignum opus fuiſſet. Idem lignum ſcientiæ boni ac mali dicebatur:quod eo deguſtato in quo mala incurrerint & que rurſus bona amiſerint protinus ſciuerint Nam & cibo & potu & coitu ad generationẽ citra tamẽ peccatũ aut libidinẽ uſi fuiſſent quod partes inferiores ſeu inferior appetitus omnino ſuperiori obtẽperaſſent:Quamobrẽ & palã concubuiſſent & nudi in cœli temperie ac loco temperato ſine pudore prorſus degiſſent. DE Paradiſi autẽ loco tris eẽ omnino opiniones Auguſtinus in Geneſim ait Nonnulli corporeum dicunt locum Alii ſpiritalem Quidam utroque modo exiſtimant/quod ei placere magis fatetur. Aquinas autem in oĩbus que ſcriptura hiſtoriæ modo narrat tenendam imprimis hiſtoriæ ueritatẽ/deinde ſuper hac ſpiritales ædificandas expoſitiones eſſe dicit. Eſt igitur Paradiſus ut ait Iſidorus ĩ etymologiis locus in oriente quattuor magnis fluminibus irrigatus:cœli ſalubritate/ac fructuũ magnitudie amœniſſimus. Oriens quod adextra ſit cœli ut in.ii.de cœlo dicitur partibus eſt reliquis nobilior Paradiſus item locus amenitate conſitus conſeptuſque dicit̃ Vnde nomen omne quod ſupra lunæ globum cõſiſtit accepit/ cuius ſimilitudinem hec terreſtris adſumpſit locus inquã ut ait Auguſtinus ab hoium cogitatione remotiſſimus.

De paradiſo

Quomodo deus die ſeptimo quieuit. LIIII

q VIES Enim huiuſcemodi illi nequaqu ãpugnare uidetur Pater meus operatur & ego operor Nouam enim conſtituere creaturam deſiit unde quieſcere uiſus in ea tamen conſeruanda adminiſtrandaque continuo operatur Nam ſi bene conſideras nihil poſtea noui uidebis quod aliquatenus in ſeñis illis diebus non præceſſerit Quedam namque per materiam preuenerũt ut qum de adami coſta mulier produit/ Nonnulla non ſolum per materiam ſed per cauſam & ſemina ut indiuidua quæ nunc generantur i primis ſuarum ſpeterũ indiuiduis fuerunt:Speties enim nouæ ſi quæ appareant in actiuis uirtutibus quibuſdam ac ſeminibus illorum dierum fuere Quemadmodum quod animalia quedam ex tabefactione ob ſiderũ & elementorum uirtutem gignantur: Noua etiam aliquando animalium ſpeties exanimalium diuerſorũ coitu Quedam inſuper ex ſimilitudine ut animæ que nũc

creantur.Item quod uerbum carnem adſumpſerit:quia ut ad Philippenſes dicitur Filius dei eſt in ſimilitudinem hominum factus Gloria deniq; ſpiritalis ex ſimilitudine ui angelis præceſſit.Corporea uero natura i cœlo precipue empyreo ordinata. Vnde recte dicitur Nihil ſub ſole nouum Iam enim a ſeculis præceſſerunt quæ fuerunt ante nos.

¶ Quomodo ſeptem hi dies intelliguntur. uLV.

a VGVSTINVS In Geneſim.ii.& de Ciuitate.xi.Itemq; ad oroſium uult omnes hos dies in unum eſſe ſeptempliciter rebus configuratos. Per diem inquit mentis angelicæ cognitio intelligitur Ita ut primus prima diuini operis cognitio ſit.Secunda ſecundi cognitio Et ſic deinceps ſingulis diebus ſingula opera facta feruntur Quia nihil in rerum natura deus creauit qnod menti angelicæ non impreſſerit.Sic igitur dies ex ordine rerũ cognitarum non ex ſucceſſione rerum creationis diſtinguitur Angelica namq; cognitio proprie uereq; dies uocari poteſt quod lux que diei cauſa eſt ut ipſe ait in ſpiritalibus ꝓprie reperitur. Reliquis uero theologis per hos dies & temporis & rerum procreationis ſucceſſio oſtenditur.Ita ut poſt cuiuſlibet creationem aliquod temporis interuallnm intercederet:quo lux non eēt ſed poſt hanc & firmamentum & aqua & tellus.& luminaria ex ſucceſſione conſtituta. Que omnia Auguſtino abſq; ullo tempore ſed momento ſubitoq; ſunt condita.Eidem quoq; per terram & aquam materia prima informis intelligitur Per firmamẽtũ poſtmodo & congregationem aquarum in formam redacta corpoream Alii terræ & aquæ nomine ipſa mundi elementa omnia actu creata/per ſequentia uero opera diſtinctionẽ aliquam & perfectionem additam exiſtimant Poſtremo differunt quod hi actu etiã animalia & plantas Ille uero tantum potentia & uirtute edita fuiſſe adfirmant Hos demum aquinas non ualde inter ſe diſſentire conatur.

¶ De mundi æternitate topica diſputatio ac primũ cur indemonſtrabilis exiſtat. LVI.

q VONIAM Vero res hæc anxios plurimũ ueterũ animos tenuit de hac ex auctorũ preſertim Ariſtotelis libris de cœlo ac phyſica auditione . Item ex Aquinatis cõmentariis diuerſis quidem ex locis in epitomen fere diſputationem redigemus Rerum namq; principia ut ipſam Trinitatem ſimul & mundi exordia indemonſtrabilia humanæ conditioni exiſtentia fide tantũ depꝛhendi eſt opus Enimuero cepiſſe mundũ fidei uidetur articulus:quod opere pretiũ noſſe proculdubio fuerit/nequis ea ignoratione teneatur ut id humanis argumẽtis ꝓbare poſſe ſe putet/ridiculoſq; aduerſarius nos propterea præbeamus Ex ipſius namq; mundi parte probari nequaq̃ poteſt qum demonſtrationis principium:quod quid eſt exiſtat. Quodlibet enim ſue ratione ſpeciei abhic & tunc abſtrahi palam eſt Quapropter ubiq; ac ſemper uninerſalia dicuntur eſſe.Homo namq; cœlum lapis quod ſemper non extiterunt demonſtrari quidem non poſſunt Similiter & exagentis cauſæ parte q̃ uoluntate quidem agit Dei ſummi erga creata uoluntatem quis unqnam depꝛhendit:Ex quo diuinitus mundo patefieri ac fide accipere fuit opus.Quamobrem moſes uaticinium ĩ hoc loco de præterito edidiſſe Grægorio in homeliis eſt uiſus.

¶ Varie de ipſa æternitate opiniones quomodoue ſimul & æternus & creatus & ex nihilo conuenire poſſint. LVII

q Vidam igitur mundum æternum tantum poſuere ut Ariſtoteles omnium primus in hac ſententia Nonnulli mundi materiam tantum ex quo ipſe mundus quandoq; cepit ſiue caſu ut Democritus ſeu ex intellectu aliquo ut Plato /uel ex

amore & lite ut Pythagoras exiſtimauere. Plato namq; factum una cum tempore mun
dum/neq; tamen deſiturum ponit Ex quo acriter in libro de cœlo confutatur, ubi dicitur
generabile & corrupubile ſicut item contraria ingenerabile incorrupubileq; omnino cō
uerti Verum in hoc genere quantum hi plane duo differant philoſophi alus mihi tracta
tibus enarratur. Auguſtinus in.xi.de ciuitate Ponentium inquit mundi æternitatem du/
plex quidem opinio fuit Q uidā mundi ſuſtantiam ex deo nō eſſe quæ reliquorū ēt ſen
tentia phorꝝ exploſa eſt Alii uero mundū æternū qdē & ex deo factū non tēporis ſed crea
tionis initiū habere uoluerunt/ut ſemp quodāmodo ſit factus. Id autem quomodo itel/
ligantur idem in.x.eiuſdē libri cōmemorat Si enim inquit pes ab æterno in puluere fuiſ
ſet/ab æterno etiā ſemper ſubeſſe ueſtigium a calcante factū nemo dubitaret Sic itē mun
dus ſemp exiſtente qui fecit ſemper extitit. Nam quāquā agens omne actiōis principiū
exiſtit: ſi tamen inſtans & non ſucceſſiua ſit actio: perfecto ut faciēs facto prius duratiōe
exiſtat/ nequaquā neceſſe fuerit Q uemadmodū hic ſane conſpicitur. mundi enim crea/
tio minime quidem ſucceſſiua uidetur Tales item mundū ex nihilo ſactum & ipſi ad/
firmare ualent/non quod poſt nihilum chriſtianorū modo factum exiſtat ſed quod de
aliquo ſactum non ſit ut plane Auicenna in ſua medicina oſtendere uidetur.

¶ Ad ſeuerantium ſimul & confutantium alternæ rationes. L.

NTE Omnia qui adſeuerant id oppugnantibus obicere ſolent cur mun/
dus motuſue nunc cepit & non prius inter hos Ariſtoteles primū Deinde
a Cicero de natura deorū cur inquit tot ſecula uacauerūt. Cur deus hac uo/
luptate tamdiu carere potuit? An ut Aedilis cœlū ſideribus ornare uoluit?
Hoc itaq; ſciſcitando ad temporis infinitatem concedendam protinus de/
ducuntur: Q uod omnino falſum/qum ante creationem nec tempus neq; duratio niſi ip
ſius dei quæ integra & indiuiſa omnino eſt nuſquam ponatur. Particularia namq; corpo
ra qum & loco & tempore certo procreentur/nec extra locum ullum habeant/ cur i hoc
loco aut tempore fiant recte admodum q̄ri pōt contra uero in toto cœlo: extra quod mi
nime locus eſt & cum quo tanq̄ uniuerſali locus omnis generatur cur hic aut ibi conſti
tuatur minime ratio ueſtiganda. Q uod multi non ſatis animaduertentes in eum incide
runt errorē ut infinitum in corporibus ponerent. Q uærendū igitur his potius fuerat cur
non ſemper: aut cur poſt non eſſe: ſeu demū cur ex aliquo principio mundus? His itaq;
enarratis ad eorum ueniam argumenta. Duabus enim ad probationem ex parte dei &
creatorum ingrediuntur uiis. Primū ad antiqum illud Neceſſitatē ſcilicet/quā in deo ac
in rebus ipſis omnino conſtituunt protinus currunt. Huic quoq; facile uti ſupra reſpōde/
mus Neceſſitas quidē in rebus creatis abſoluta/nequaq̄ ex ordine ad principium primū
ac neceſſariū quod eſt ipſe deus ſed ad alias omnino cauſas quæ p ſe neceſſariæ nō exi/
ſtunt intelligitur. Ordinis namq; neceſſitas ad id puod per ſe minime neceſſe eſt nō idē
ſemper fuiſſe cogit uerbi gratia ſi aliquid currit/neceſſe moueatur Non attamen quod
eſt motum/ut ſemper fuerit eſt neceſſe. Currere namq; non ſemper neceſſarium. Creata
ergo ſemper fuiſſe nihil cogit. R urſus aiunt Si deus æternus & rerum cauſa æterno agit:
quod effectū: cauſæ ſimilem eſſe oporteat ut in agente naturali cōſpicimus/cuius poſita
cauſa ſtatim ſequitur effectus ſed & hinc quoq; reſpondetur quemadmodū niſi tali cau/
ſæ uirtus non deficeret: ut ſi calidū non forte caleſaceret: effectus quidē a cauſa alienus mi
nime ponitur Sic in uoluntate diuerſa ratio cuius effectus is eſt quem ea uult Q uēad/
modū igitur hoc tale uult: ſic item & hoc eſſe tunc Voluntas enim non ex eē ſuo ſed ꝯſui
propoſiti modo agit Q uāobrē ſicuti agentis naturalis effectus ipſius eſſe ſi ſit idoneum
ſequitur ſic & effectus ex uoluntate agentis: propoſiti modū oīno conſectat̄: Ex his itaq;
palā eſt quod diuinæ uoluntatis effectus quāuis non dico ſemper eueniat nō propterea
morā habere dicetur Q um & pariter conueniat ut nō ſolū eius exiſtat effectus ſed ēt tūc

quum uoluerit exiſtat Hoc enim quod mundum eſſe uoluit nullo modo eius uoluntas
moram eſt paſſa:quia tunc omnino eſſe ceperit qum ab initio diſpoſuit Sicut igiẽ p in/
tellectũ & uoluntatẽ rerũ procreatio & quodcunq; aliud conſtituitur ita & ei tempus præ
ſcribitur Enimuero medicus non ſolum ut potio detur ſed tunc qum uoluerit omnino
detur decernit. Vnde qum ad poſtremum datur:de nouo effectus ex antiqua uoluntate
nulla actione de nouo exiſtente conſequitur. Non ergo pugnans fuerit Dei ab æterno
actionem:effectum uero non ab æterno ſed tunc demũ qum ab æterno diſpoſuit dicere
fuiſſe. Et de his quidẽ q̃ exagentis parte differere ſolent hactenus. Nũc uero de his q̃ ex
creatis obiciunt Duo tantum adferemus Primũ ex forma ſecundũ ex tẽpore Quedã in/
quiunt creata ea ſcilicet q̃ ad nõ eſſe potentia carent impoſſibile non eſſe Hec intellectua
les ſuſtantiæ corporaq; ſunt cœleſtia:quod hec materia ꝯtrarietati ſubiecta:illæ uero ma/
teria omnino careant Potentia namq; adeſſe & non eſſe ut ad formã & priuationẽ potẽ/
tia taxatur/quarũ ſubiectum eſt omnino materia. Quedam ergo creata ĩpoſſibile non
eſſe:ergo neceſſe ſemper eſſe. Cui facile reſpondemus conſequens non recte procedere
licet enim cœli ſuſtantia ad non eſſe potentia caret:non adeſſe propterea cogitur Non
enim impoſſibile cœlum nõ eſſe ſi eius ſuſtantiæ creatio tantum conſideratur/ quanq̃ ſe
mel ſemel creatum nunq̃ deſiturum uidetur. Altera uero ratio talis eſt. qua tẽpus æternũ
eſſe probant. De quolibet enim eſt negatio/uel adfirmatio Nam ſi tempus non ſemper
fuit/non eſſe ipſius q̃ eſſe tẽpore prius eſt. Similiter etiã ſi non ſemp fit futurũ:oportet qđ
non eſſe ipſius adeſſe poſterius exiſtat. Prius autẽ & poſterius ſecundũ durationẽ niſi tẽ/
pus extet eſſe nequeunt. Prioris enim ac poſterioris numerus tempus eſſe noſcitur. Sic
itaq; tempus anteq̃ incipiat extet & factum eſſe poſtquam deſinat oportet. Ergo tempus
æternũ Hoc rurſus ut accidens eſſe i ſubiecto eſt opus:Id autẽ deus qum ſupra omne ſit
tempus ac omnino imobilis eſſe non poteſt. Relinquitur:cœli ſuſtantiã creatã eſſe æter/
nam. Hoc rurſus refellitur. Prius namq̃ non eſſe temporis q̃ eſſe poſitũ:ſi tẽpus incipit:nequaquã nos dicere cogit Quod ſi tempus eſſe ponitur:nõ eſſe ponatur. Nã prius quod
dicimus anteq̃ tempus eſſet:partẽ in re tẽporis nullã ſed in imaginatiõe tñ ponit. Qum
enim tempus dicimus habet eſſe poſt non eſſe eo fero ine modo intelligimus quod ꝑs
aliqua tẽporis ante hoc nunc ſignificatũ nequaq̃ fuerit. Queadmodũ enim quod ſupra
cœlũ nihil eſt dicere ſolemus non ſane intelligendo quod locus a cœlo reliquis ſed qđ
locus eo ſuperior nõ exiſtat utrobiq; menſuram rei exiſtentis aliquã adpoſitã imaginari
eſt opus ratione cuius ſicuti quantitatis menſura tꝑis nullo modo ponẽda eſt ut i tertio
de Phy. dicitur Sic neq; tempus æternũ. CONFVTATIS Aduerſariorũ ratiõibus no/
ſtras qualeſcunq; ſimul cum illorũ confutationibus mox adducere conabor. Inprimis
deũ eſſe rerũ omniũ cauſam:ſupra ſatis demonſtraui cauſam uero ea que per cauſam fi/ I
unt:duratione præcedere oportet cui reſpondent quod paulo ſupra rurſus cõmemoraui
Queadmodũ agens quidẽ effectũ in his tantũ ꝓcedere neceſſe in quibus per motũ aliqd
agitur qum effectus in motus tantũ termino conſiſtat Agens uero etiã qum motus inci/
pit neceſſe eſt eſſe. In his autẽ que dico agunt ut ſol quãprimũ inorrẽte apparet ſimul no
ſtrũ inluſtrat hemiſperium:hoc minime neceſſe. Itẽ Anaxagoras noſtræ adſertor cauſæ
dicit Omne quod agit per intellectũ:ex aliquo agit principio Mundus autẽ qui eius eſt II
effectus non ſemp fuiſſe apparet. Cui ẽt reſpondent quod hoc intellectui tantũ humano
q dubitando quid agendũ ueſtigat:diuino aũt nequaq̃ ſolet euenire. Propterea regiones
q̃dam de nouo habitari ceptæ mundũ non ſemp fuiſſe oſtendere ſatis ualent. Ipſi uero III
diuerſas aiunt regiones ob uarias rerũ corruptiões millies ex inhabitabili i habitabilem
fuiſſe uiciſſim mutatas unde Ariſtoteles in meteoris Ridiculũ inquit ex huiuſcemodi
particularibus defectibus de uniuerſi uirtute opinionẽ ſũmere. Itẽ in cauſis agentibus in IIII
infinitũ pregredi liceret mundo ſemper exiſtente Nam filii cauſa eſt pater & huius alius
ſicq; in infinitũ. Confutatur aũt quod in cauſis p ſe ſimulq; agentibus hoc ſolet euenire/
quoꝝ effectus exactionibus ſimul infinitis dependere ſoleat/ut lapis abaculo:hic uero a

manu mouetur Sicq; ex ordine in infinitū.Exaccidente uero ac ſimul inter ſe cauſas or/
dinē minime tenentes in infinitū progredi nequaq̄ impoſſibile ut Socratis patri quod ſit
alterius filius uel non filius accidit.Faber quoq; multis agit malleri alio poſt alium Sic
V item homini generanti ut ſit ex alio genitus accidere ſolet:Q ua enim homo non qua fi
lius generat.Item certum eſt nihil æquari deo poſſe Sed ſi mundus æternus ei omnino
æquaretur Cui p Boetiū de cōſolatione reſpondetur Q uod non propterea par deo æter
VI nitate foret:qum eſſe diuinū totū ſimulq; ac citra ſucceſſionē exiſtat / nō itē ſi uel æternus
eſſet mundus.Poſt hec dies infiniti hunc diem præteriſſent Sed infinita non eſt pertran/
ſire:nunq̄ ergo ad hunc diem peruentū eſſet Q uod ēt reiciunt . Infinitū inquiunt ſi non
actu:ex ſucceſſione ſaltē eſſe facile pōt Sic enim quodlibet finitū infinitū uidebitur Q ue
libet igitur finita dies precedentē tranſire poteſt ſimul autē acceptus omnibus ſi mundus
ſemper extitiſſet:primū nequaq̄ eſſet accipere/nec ideo tranſitū: quod extrema omnino
VII duo requirit.Item ſi uera æternitatis propoſitio:ad dies præteritos de nouo continuo ad
dēdo in infinitū fieri augumentū uidetur:Nec ſatis hoc probat Ex eo enim quod tēpore
æternū ponitur:antea infinitū:ſed poſtea finitum ſignificat nam præſens ꝑteritū eſt termi/
VIII nus deniq; infiniti mortales preceſſiſſent/qumq; anima humana ſit immortalis infinitæ
actu extarent animæ.Q uæ quidē ratio quanq̄ & ipſa minime cogit:eſt tamen ſupradictis
oībus longe difficilior.Sed ab his primū redarguitur qui incongruum non exiſtimant
ut ſicuti paulo ſupra cōmemoraui q̄ ordinē inter ſe non habent infinita conſiſtere ualeāt
Q uidā ēt ex his qui æternitatē ponunt animas poſt corpus ſubſiſtere nequaq̄ putant Nō
nulli uero ex animabus intellectum tantū ſeparatū/uel agentem ſeu potentem ſecundū
alios remanere Aliqui demū animarū circulū ad corpora reuertentiū poſuere Sed oīum
efficaciſſima promptiſſimaq; ratio ex diuinæ uoluntatis fine accipitur qui in rebus creā
dis eius eſt bonitas q̄ ex hoc potiſſimū conſpiciatur quod rei aliē ꝑter ipſum non ſemp
fuere/ut non ex naturæ neceſſitate ſed uoluntate ac ſponte agere uideatur. Q uāobrē di/
uinæ congruū bonitatis ſimul & potentiæ ut durationis exordiū rebus creatis tribueret.

¶ De mundi unitate diſputatio. LIX.

Is igitur explicatis non ab re an mundi ſint plures conſiderandum. Dei
namq; ſummi potentia nequaq̄ ꝑſcripta taxataq; ad hunc tantū edendū uide
h ri poteſt. Deinde naturæ imprimis cura ſemp agere in rebus potiora: plu/
ra namq; bona paucioribus ꝑſtant.Preterea omne quod in materia formā
habet ſpecie quidē unica/numero augeri Q uod ex materia multiplicatio
I ueniat facile poteſt.Q uēadmodū ergo homo ex materia formā ſic etiā mundus ſignifi/
cat qum uero hic homo & hic mundus dicitur non quidē ex materia ſed in materia for
ma oſtenditur.Q uibus ſane locis ex eiſdē auctoribus unde ſupradicta ſumpſimus ſic
breuiter reſpondetur.Primū nullum agens plura:quod hec infinitū tendant nullūq; ſibi
terminū conſtituunt uti finem ſpectare ſolet.Infinitū namq; finis rationi eſt maxime ad/
uerſum.Plures itaq; conſtituere mundos ut rem potiorē melioreue mens agentis omni
no refugit Nam & hac plane ratione ſi due fuiſſent dici poſſet Tris eſſe præſtare & ſic
II pene infinitū.Deinde mundum ex tota conſtare materia dicunt/nec aliā q̄ quæ adſpiciē
terrā inueniri oīo poſſe:quod ad hoc firmamenti mediū ſicubi eſſet ex natura ſuo ꝓcul/
dubio tenderet:aliorū item corporū que mundi ſunt partes eadē quoq; ratio Q uāobrē
III hi facile plures conſtituunt mundos qui prouidentiam omnino negauerunt:nec ulla ra
tione ſed tantū caſu res conſtare ut Democritus putauere.Igitur magnopere congruum
unum eſſe tantum in quo ſimul ad unū & ordine uno cuncta ſint ꝓbe diſpoſita Ex quo
IIII In.xii.metaphyſicæ Dei gubernantis unitatē.Ex ordinis in rebus exiſtentis unitate / rur/
ſuſq; ex unitate archetypa ſiue exemplari.mundi apographi ſiue exēplari unitatem pro/
bare Ariſtoteles nititur.Sed his omnibus potior Ioannis auctoritas qui in mundo ingr
eat & mundus per ipſam factus eſt.

Quod deus creata perpetuo conſeruet. LX.

ſ EMEL Autem editũ mundũ ſimul cum partibus eius perpetuo deus eſſẽtia præſentia potentia conſeruat ut apud Eccleſiaſticũ dicitur. Omnia que fecit deus perſeuerant in æternũ Eo namq̧ ſe parum p̄ ſubtraente ad nihilũ cuncta proculdubio redigerentur. Vnde Hieremias Dñe ĩquit corripe me in iudicio/& non in furore tuo ne forte ad nihilũ redigas me. Creata nãq̧ oĩa aut citra materiã ſunt & ſic eis potentia ad no eſſe nulla eſt/aut certe cũ materia conſtituta Vnde quanquã corruptione deficere uidentur:non uſq̧ tñ ad materiã primã reſolui. ſed in materia compoſitoq̧ ut corruptionis generationiſq̧ ſubiecto remanere ſunt ſolita Formæ uero & accidentia quanq̃ ex ſe minime ſubſiſtunt/ac in eſſentia non conſpiciunẽ abſoluta eo tñ modo/quo ſunt non oĩo in nihilũ & ipſa rediguntur/ nõ quod eorũ pars aliqua remaneat ſed in materiæ uel ſubiecti potentia remaneat. Negat inſuper Aquinas rem ſemel corruptã eandẽ numero amplius redire poſſe. Neq̧ eadem oĩno corpora nr̃a rurſus in uitã reditura niſi pars animæ ſupſtes foret. Is uero qui eius reliqua ſolet accuſare iono adſeuerat. tantũ dictitans deũ omnia poſſe facere.

❡DE INSTITVTIONE CHRISTIANA. LIBER SECVNDVS.

❡In naturam Angelicam. Procemium. primum.

q VONIAM Vero libro ſuperiore poſt ipſius in creatæ naturæ cõtemplationẽ creaturã breuiter atq̧ in uniuerſum naturã attigimus ordo iam rerũ ſimul & legentiũ utilitas expoſcere uidetur ex his nõnulla que potiora ſunt uiſa diligentius enarrare/quando per hæc ad ipſius ſupremæ cauſæ cognitionẽ facile pueniinus Dequibus aliter phs atq̧ theologus ſentire proculdubio uidentur. Illæ p̄ hec in diuinitatis diuinitatẽ traitur. Hic uero ex diuinitate q̃ ſi dei ſacriſq̧ litteris rectius tenet cetera luculentius noſcit illã oino imitando. q̄ ſeſe contuens oĩa cõtuetur quanq̃ & ĩterdũ diuina ſapientia i oĩum pene doctrinarũ demonſtrationibus humanæ ac primæ phiæ utitur principiis Preterea in rerũ conſideratione aliter proprias earũ cauſas adſummere/naturaſq̧ proprias explicare contendit:ut quẽadmodũ leue ſurſum & graue deorſum tendet. cœlum quoq̧ & q̄ ſub eo continetur quid ſint quomodo conſtent ex q̄bus cõd ita xp̄ianus uero ut diuinitus & ex pria cauſa procedentia/deo depiq̧ ſubiecta & illius magnitudinẽ pariter & bonitatẽ oſtendẽtia. Operepretiũ p̄fecto illa meditari Ad conditores quoq̧ amore maxime facit ut ait p̄pheta Mirabilia opera tua nimis mirabilis eſt ſcientia tua confortata eſt ex me & nõ potero ad eam. Delectaſti me dñe in factura tua & in op̄a manuũ tuarũ meditabar. Ex hac itaq̧ tam clara & ſalutifera cognitione gentiũ ſup̄ſtitiones facile refelluntur:partim ſculptilia:partim ſiderũ aliquod adorantiũ nõnullorũ itẽ aſtrorũ uiribus ſe ſubigẽtiũ/ qum haberi & lõge illis præſtantiores exiſtant quãobrẽ hii dicit̃ qm̄ nõ intellexerunt op̄a dei. Et opera manuũ tuarũ deſtrues illis. Igitur qum partim ſcientia partim rerũ experientia in hanc ueniamus ampliſſime meditationẽ:utilis admodũ & ſcientia rerũ & experiẽtia fuerit. His preſertim qui non ea felicitate ingenii ſimul & ſpiritus exiſtant ut per ſe diuinitꝰ edocti ſecũ uel in tenebris & ſolitudine diuinas deguſtent delitias magna ſane pars per uarios caſus & exercitatiões & ruinas proficiũt ut rebus admodũ ſatiati humanis qum oĩa uana eſſe ad poſtremũ uideant/oculos ſuos in mõtes adtollũt. Hi ſunt quos ait Apoſtolus exercitatos ad diſcretionẽ boni ac mali ſenſus habere.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

☙ De ſuſtantiis que intellectus rationiſue participes exiſtunt. II.

GITVR Inter creata illa q̄ intellectu ſeu ratiōe ſunt predita primum pro culdubio locum obtinent angeli ſcilicet & Animæ humanæ Horū itaq̨ in/ daganda origo Quæ ſane res ſcriptorū ſimul & contemplantium mentes exercuit Senſibus enim preſentia q̄uis occulta ratione conſtantia ad metā iudicii facile deducuntur. Omnino autem remota & tantum cogitatione in telligibilia ut recte intelligantur non ſolū natura perſpicaci ſed diuina gratia & inſtinctu cœleſti eſt opus/quam quiſq̨ uel idiota ſenſibus quamuis obtuſis p̄fidē facile deprēdet/ ueriuſq̨ de his q̄ nobiles philoſophi & loquetur & ſentiet qui quāuis de his multa ſcrip/ ſere/uel inter eos pugnantia ſepe dicunt/uel quod aſſeuerant nō recte probant ut de his demum non una opinione exiſtentes uacillare potiuſq̄ rectum aliquid adfidē faciens ad ſerere uideantur Qum itaq̨ creatorū initium angelus fuerit Homo autem poſtremus nobis quoq̨ in enarrando eodem ordine procedendum.

☙ Angeli quomodo aut ubi creati:quidue ſint. III.

REGORIVS Nazianzenus ſummus ac plane ſanctus Theologus ait an te omnia deum Angelicas ac cœleſtes excogitaſſe uirtutes:quod ob eius ui
g ri auctoritatē credere nefas non admodum fuerit. Attamen ex reliqu. rum doctorū ſenatuſconſulto una cum corporea natura ab initio ſunt editi Nam qum uniuerſi pars exiſtant non uerïſimile ut deus/cuius perfecta ſunt ope/ ra angelicam naturam ſeparatum creauerit quod uero Auguſtinus ait i ſuperiore aeris parte hoc creatos non ab re exiſtimandum quod ſuperiores angeli uniuerſalē ac plane altiorem ſupra corpora uirtutem habentes in ſublimiori ſunt loco q̄ corpora creata Alii uirtute magis particulari ſpiritus inferioribus tantum corporibus editi idē in Geneſim informes eos ab initia cœli nomine creatos ut ſupra narrauimus dicit Poſtmodo uero formatos & lucem appellatam Vnde quicquid condidit deus in eorum cognitione cō/ didit quā matutinam & ueſpertinam ſacra uolumina nuncupat. Dum enim diuinā in ſe ſimilitudinem intuentur ueſpera nominatur/matutinæ ac plane clariores comparatiōe quæ fit dum ex propria eſſentia diuinā conſpiciunt quēadmodū enim mane diei princi/ piū ueſper autē terminus. Ita primordialis rerum cognitio matutina dicitur Et hæc quidē ut i uerbo exiſtit ipſius uero rei creatæ cognitio ut i ꝓpria natura ꝯſiſtit ueſpertina nūcu/ patur Nam & rerum eſſentia ex uerbo uelut a quodā principio pluit Vtraq̨ igitur cogni tio ad angelicam plane lucē pertinet quæ a tenebris hoc eſt malignis angelis diſtincta ē boni namq̨ res creatas animaduertentes non ex ea ſignificatiōe quod eſſet tenebreſcere/ ac noctem fieri/Sed hec ipſa ad dei laudem referunt in quo ſicut in principio cuncta co/ gnoſcunt ideoq̨ poſt ueſperam nox minime ponitur ſed mane ita quod mane finis diei precedentis operis & initium ſubſequentis exiſtat/qua angeli precedentis operis cogni/ tionem diuinæ tribuunt gloriæ. Eorū quoq̨ natura ſubſtantiaq̨ incorporea perpetua in/ tellectiua Puritas & in his & ſuſtantiæ ſimplicitas non attamen æqua deo compoſitū & ipſi eo ferme modo quo rei omni creatæ euenire ſolet ut eſſe non idem cum eſſentia re/ tineat nec horum eſſentia eſt actio q̄ uirtus eſt intellectiua nam ut Dionyſius de cœleſti
Saduceorū opi nio. hierarchia teſtatur angeli in ſubſtantiā & uirtutē perſpectiuā diuiduntur aliud eſt ergo in
tellectus ab eſſentia Ex his igitur Saduceorū reicitur opinio qui ſpirituū non eſſe dictita/
Origenes bant & nonnullorum antiquorū/nullam eſſe incorpoream ſuſtantiā adfirmantiū deniq̨
περὶ ἀρχῶν Origenis περὶ ἀρχῶν qui nullam ſubſtantiam præter deū ſine corpore poſſe diu ſub ſiſtere adſciebat.

☙ De Angelorum ſubſtantia diuerſæ auctorum ſententiæ. IIII.

m ODO Rurſus alio ipſorum explicare ſubſtantiam aggrediar Hanc nõ nulli ex materia & forma conſtituunt inter quos Anicebron in libro fon/tiſuitæ quecunq; inquit ex intellectu & in rebus quoq; diſtinguntur ſubſtantia namq; intellectus in corporea aliquid per quod a corporea deducit ſubſtantia comprehẽdit:quam loco formæ in eo ponit aliquid uero quod cum eo conuenit/ac formæ ſubditur/quaſi cõe diſtinguit/eiuſq; materiã nominat. Ex quo materiam eandem ſpiritaliũ & corporeorũ uniuerſalem eſſe adfirmat ut in corporeæ ſuſtantiæ forma ſic materia ſpiritaliũ ueluti quãtitatis formas corporeorũ impreſſa materiæ in/telligatur. Cuĩ ab Aquinate libro primo. q. l. in hunc fere modum reſpondetur utrũq; inprimis in una parte materiæ recipi non poſſe quod res corporea ſimul & ſpiritalis una eademq; numero foret ſi uero pars una corpoream:pars altera ſpiritalem recipiat mate/ria diuideretur:que niſi tantũ in ſubiecto intellectu nullo modo poteſt. Subiecto namq; ſublato:ſubſtantiam indiuiſibilẽ remanere ſecundus de Phyſica auditione liber teſtatur Preterea rei cuiuſcunq; actio ex modo ſuæ ſubſtantiæ fit oportet. Intelligere namq; actionẽ eſſe citra omnino materiã argumento eſt obiectum a quo actus quilibet ſpeciem ac rationem recipit Ex quo ſubſtantiã ſpiritalem qualicunq; carere materia protinus appa/ret Nec item neceſſe ut ea que ſecundũ intellectum diſtinguantur etiã in rebus nõ enim illarum modo ſed ſuo res intellectus dep̃hendit Vnde res corporeas que infra itellectũ p̃culdubio ſunt noſtrum/modo longe ſimpliciore in eo q̃ in ſeipſis eẽ quis ignorat? Sed & in angelis qui res in ſeipſis intuentur multo ſimplicius quod ſi aliter eſſet in Empedoclis opinionem prorſus incidere licebit qui terram terra ignis ignem Aer aerem tantum intelligeret exiſtimauit Non igitur in intellectu materia:ſed ex materia ſubſtantia accipitur imaterialis Eſt attamen in angelo ſicut & in anima ex actu & potentia cõpoſitio qđ uel ex rebus corporeis ſatis apparet in quibus compoſitio duplex omnino cognoſcitur Ex materia primum & forma quibus aliqua ſane conſtituitur natura quæ quidem ſic cõpoſita natura/adeſſe ſuum ut adactum potentia comparatur. Forma itaq; ſubtracta ma/teria:ſi per ſe forte conſiſtere ualeret/alterã nihilominus actus & potentiæ compoſitionẽ recipit. & hec intellectuali precipue ſubſtantiæ conuenit. Quæ quidẽ ex quo tantũ & qđ eſt uel ex eſſe & quod eſt ſecundum Boetium dicitur. Nam quod eſt in ipſa eſt forma ſubſiſtens ipſum uero eſſe:id quo ſubſtantia eſt. Quemadmodũ curſus quo currens currit exiſtit. Auctor idem compoſitionem huiuſcemodi proprioribus uocabulis participatum & participans eſſe appellare uidetur Per primum potentiam ipſam per alterum uero ipſius actum ſignificando Corporea namq; ex materiæ parte infinita ſunt quidem ex parte autem formæ que per materiam præſcribitur nequaq̃ contra uero incorporea ſecũdum eſſe ſuum preſcripta quidem ut autem eorũ eſſe in alio recipitur omnino infinita ueluti ſi albedinem ſeparata infinitã quod in aliquo ſubiecto non contraitur eſſe dixeri/mus. Qua uero in natura cogitur aliqua ſpetiali:proculdubio finita Ex quo in libro de cauſis dicitur intelligentiam ſuperius quidem:qua ſcilicet eſſe a ſuo recipit ſuperiore finitam. Inferius uero qua ni aliqua non recipitur natura infinitam quoq; & ipſam apparere. Quod autem Scotus aduerſus Aquinatem ſuper compoſitis exactu a potentia ſentire uideatur:alio mihi poſtremo in loco tractatu memorabitur.

Anicebron.

Eadem ſpirita/liũ & corporearũ materia.

Empedoclis opinio.

Duplex in re/bus corporeis compoſitio.

Scotus Aquinas

¶ Quomodo Angelus in loco ſit/& ad locum tp̃e ac media pertranſiens moueat̃. V.

q VOD Angelus in loco ſit pſalmus plane indicare uidetur. Et angeli tui ſãcti habitent in ea. Is enim homoq; ac deus equiuoce in loco dicuntur De finitione tantum primus. Alius definitione circunſcriptioneq;: Vbiq; tertius Definitione namq; in corporea eſt omnis in loco ſubſtantia ut etiam in corporc anima: hoc eſt ita ut non alibi. Non magnitudine aut quantitate uelut corpus circunſcripta ſed terminata. Nec a corpore comprehenſa ſed compre/hendens exiſtit. Ambroſius in libro de ſpiritu ſancto Quæ. Iam inquit licet locis corpo/

reis non continentur/circunſcriptione tamen ſuæ ſuſtantiæ non carent. Q uaobrẽ ſpatiũ
non occupat inq; diuiſibili pariter & indiuiſibili conſiſtere ſatis ualet/corpus uero con/
gruũ propriæ magnitudine locum expetere neceſſe Preterea ad locum uelut anima ſo/
luta mouetur cuius teſtẽm Chriſti animã ad inferos deſcendentẽ habemus corpori au/
tem cõiuncta ad intelligendũ tantum moueri/nec tam loco adplicari q̃ ſibi locũ adpli/
care uidetur angelus uero non ut intelligat ſed agat/iuuetq; homines dei iuſſu non ſolũ
mouetur ſed ex aere condenſato quandoq; corpus adſumit quod attamẽ officia reliqua
uiuentium ꝑter illa q̃ inanimatis etiã ſunt cõmunia ut uocem ſonitũq; emittere:non exer
cet. In ſuper non ilico ſed tempore/non quidẽ eo tẽporis genere quo coelum mouetur
Nam coelo quod omnia metitur corpora:nequaq̃ ſubigitur. Enimuero mutationes q̃
ilico fiunt termini motus continui ſunt ut generationi alterationis materiæ terminus An
gelicus uero motus non alicuius alterius motus terminus ſed ex ſe tantum pendet Ex
quo duo nunc extrema requirit. V bi uero prius & poſterius tempus quoq; neceſſe inter
cedat. Sed & per medium tranſire dicitur Q uod ſane hoc modo probãt ſi de uno i aliũ
locum mutatur in termino q̃dẽ ad quẽ minime mouetur:ſed mutatum ẽ:Ante uero mu
tatũ/mutari eſt. At in termino a quo nequaq̃ mouebatur/ergo dum erat in medio Et ſic
opus mediũ pertranſire Et hoc quidẽ in motu continuo ubi in.yi.de phyſica auditione
dicitur duo eſſe prioris & poſterioris extrema & ad medium priuſq̃ ad extremũ uenire
oportere. In medio uero loca ſunt potentia multa ſiue diuiſibilia ſeu indiuiſibilia quod
inter quelibet punta:qum nulla duo ſe inuicem contingant:infinita quoq; alia intercede
re facile poſſint. In motu autem non continuo loca media non potẽtia ſed actu ſunt V n
de mutatum eſſe non terminus ut incontinuo ſed pars uelut in numeris unitas Ex quo
diuerſorum ſucceſſionem locorum abſq; medii tranſitu/tali fieri motus facile poterit. Ip
ſam uero motus continuationem ex temporis deprendi continuatione quartus de Phy.
liber oſtendit V trunq; autem in angelo fieri poſſe proculdubio ferunt.

De angelorum numero. VI.

VMERVM Certum præter Albertum nemo quem ſciam adſerre uidetur
is enim ex legitimæ legionis menſura ultimũ conſtare chorum uoluit cæte
n ros uero ex ordine duplicato continuo nũero uſq; ad ſupremos excreſcere
V nde uero id habuerit/aut quantum ei credendũ uiderint alii numeroſos
alioquin eſſe ex ordinibus primũ cœleſtibus intelligimus quorũ quilibet
ſicuti poſtea narrabimus ab aliquo regitur intellectu Ariſtoteles tot eſſe dicit/quot ſphæ
rarũ motus Rabi Moſes angelorum numerum qui in ſacris ponitur uoluminibus non
ſubſtantiarũ ſeparatarũ numerum eſſe ſed uirtutum in his inferioribus exiſtimauit uer/
bi gratia uis concupiſcentiæ ſpiritus concupiſcentiæ dicatur. At contra ſermo loquitur
diuinus Danielis.yii.millia millium adminiſtrabant ei & decies centena millia adſiſte/
bant ei Dionyſius item.xiiii.de coeleſti hierarchia numerũ adfirmat illarũ ſubſtantiarũ
omnem materialem multitudinem excedere Nam rerum materialium ſpecies non ob
materiam ſed ob formam numero facilius augentur. Formæ namq; q̃ extra materiam
ſubſiſtunt exiſtentiam longe perfectiorem/ac uniuerſaliorem/q̃ formæ in materia conſi/
ſtentes retinent. Non igitur ſuſtantiæ ſeparatæ quæ procul a materia ſunt rerum natura/
lium ſpeciebus numero inferiores erunt Nec propterea dicimus/quod ſuſtantiæ ſepara
Contra ideas tæ horũ ſenſiliũ ſint ſpecies quemadmodum Platonici ſenſerunt qui qum ad predictarũ
ſubſtantiarum notitiam niſi ex ſenſilibus peruenire non potuiſſent illas ſuſtantias eiuſdẽ
ſpeciei cũ his iferioribus uel potius harũ ſuſtãtias dixerũt quẽadmodũ ſiqs ſolẽ & alia ſi/
dera nõ uideret/audiretq; q̃dã eẽ corpora icorruptibilia/ca ꝑunus eiuſdẽ ſpeciei ac ſimili
tudinis cũ his corruptibilibus corporibus exiſtimans horũ nõibus appellaret nos aũt nõ
hoc modo has ꝑfitemur eẽ ſuſtãtias ſed longe his inferioribus nobiliores:quãto purũ no
bilius mixto Præterea ratio eſt alia cur eiuſdem pluresquam rerũ materialium ſpecies
eſſe oporteat:quod ex intelligibili exiſtentia magis aliquid q̃ ex materiali creſcat. Multa

enim mente que in natura eſſe nequeunt deprehēdimus Nam & corporibus. ac figuris mathematica ratione non autem naturali infinita addere ualemus.

¶ An angeli ſint ſpeties. aduerſæ ſententiæ. VII.

i Llud etiam quanq̄ aliter quibuſdam uidetur: ex Aquinatis ſentētia ſciendū ſpecies hos eſſe ac ſpecie inter ſe haud aliterq̄ corpora cœleſtia differre quorū quodlibet indiuiduū ob eius nobilitatē ac perfectionē ſpeciē facit Et qd ex tota materia ſuæ ſpeciei quodlibet conſtet. Vt cœlum ſolem lunā & aſtra reliqua Sic item inter angelos nec indiuidua plura nec Duo æquales ex ordine reperiuntur/ſed quilibet altero ſuperior Ea enim q̄ ſpecie conueniunt: numero autē differunt: in forma quidē non in materia tantū conueniunt: Si ergo angeli ex materia & forma nō ſunt ſic impoſſibile duos ſub una eſſe ſpecie: ut albedines plures ſeparatas aut humanitates q̄ niſi in pluribus eſſe ſuſtantiis nequnt. Materia igitur & ſpetiei & generis tm̄ diuerſitatē facit. Scotus autē tot ſpecies quot hierarchias uel ſaltē ordines putauit adſereus quanto perfectius aliquid/tanto multiplicari ex numero magis debere primæ ſententiæ adſertores reſpondent/qum ſecundū numerū multiplicatio in infinitū progredi ualeat: ab agente minie intendit: ſecundū uero ſpetiē lōge pfectior. Vnde Origenis dānata opinio qum ait Omnis ſuſtantias ſpiritales ab initio æquales fuiſſe conditas inter quas etiam animas cōmemorat: Diuerſitatem eis tantū pro meritis eueniſſe ut quædam uincta corpori: quædam ſoluta alia ſublimior: alia inferior exiſtat.

¶ De angelorum cognitione/quomodo intelligant/an habitu etiam: & potētia Et quomodo uirtutis infinite poni apud Ariſtotelem uidentur. VIII.

P ERSPECTIVA Igitur uirtus angelorū propria. Triplex omnino cognitio prima p eſſentiā propriā: quēadmodū ſi lux in oculo ipſo uideatur que tantū dei eſt ultima eſt hominū in hac uita qui rei ſimilitudinē non ſtatum ex ipſa recognita ſed ex re alia in qua illa cōparet/ueluti qum hominē i ſpeculo intuemur ſic nunc deū per ſpeculū in enigmate conſpicimus Harum media eſt angelorū qui deū p ſpetiem ſtatim ex eo acceptā uident quod imago & ſimilitudo dei longe proprior q̄ nos exiſtat/eius tamen eſſenuam nec ipſe nec ullum creatum omnino cōprehēdit. Res iſuper corporeas nō noſtro ſed ſuo modo a materia abſtracto ut ait Dionyſius intelligit: qum omnia qdē corporea ſimplicius ac purius in eis q̄ in rebus ipſius/multiplicius autē ac iperfectus q̄ in deo oino exiſtant. Quicquid enim in aliquo eſt: p modo eſt eius. Angeli uero qum natura itellectuali exiſtant ſimplicius oia q̄ nos cōprehendunt. Intelligunt & ſingularia ut fides docet catholica/non enim curæ delegarentur/nō itē orbes mouerēt Nullus namq̄ alicuius curam gerere niſi ſingularē eius habeat notitiā recte ualet. Preterea abſq̄ loco & tēpore intelligunt/ quod actu itelligibilia his careant Nā tēpus motū localē conſequitur unde tantū ea q̄ aliquatenus in loco ſunt metitur Noſter aūt intellectus quod a phantaſmatis regatur in cōpoſitione ac diuiſione pſcriptū recipit tēpus/non autē quod quid eſt intelligendo A materia nāq̄ ſtatim & abſq̄ interuallo trait ſi ergo ſuſtantiæ ſeparatæ ſupra tēpus oē ſunt & in actu continno neceſſe ut ſint. Nā quod in actu quandoq̄: interdū uero i potētia eſt: tēpus metitur. Itē ſi tā ex philoſophorū q̄ theologorū ſententia mouent orbes & horū motus continuus appareat. cōtinuo itē & ipſas eſt opus intelligere in actu inquā: nequaq̄ in potētia ſunt Vt enim i tertio de aia &. viii. de phy. dicitur: duplici modo in potētia nr̄ noſcitur eſſe intellectus Primo anteq̄ ſcientiæ habitū retineat Deinde dū poſt habitū nō conſiderat Primo namq̄ modo intellectus angelicus in eorum potentia adque eius naturalis cognitio ſe extendere pōt nunquam eſt quemadmodum enim corpora cœleſtia ad ea quæ per actum abſoluta ſunt exiſtendi potentiam minime habent ſic cœleſtes intellectus aliquam intelligibilem potentiā q̄ p ſpeties intelligibiles naturales non ſit expleta nequaq̄ habent. Verū quo ad

ea q̄ diuinitus eis palam fiunt/eorū intellectus eſſe in potentia ſacile poterit Nam & cor
pora cœleſtia ſic quoq; in potentia exiſtunt ut a ſole quandoq; inluſtrentur/Ad ea tamen
que in uerbo uident/nunq̄ in potentia ſunt:alioquin beati non eſſent.Beatitudo enim in
actu non in habitu ut in primo dicitur ethicorū/conſiſtit:quanquā abſq; habitu nō oīno
Maximus Simplicius reperiuntur.Maximus enim & ſimplicius græci ac plane chriſtiani philoſophi in pdica/
mentorū enarratione Habitum eius generis qui eſt in nobis negant in angelis omnino
eſſe.Sapientia inquit in anima eſt habitus in intellectu uero ſuſtantia. Subiectū habitus
eſt ens in potentia tantū Angeli autem qum ſint a materia procul in materiæ potentia nō
exiſtunt ſed eorū uirtus eſſentialis tantū Eſt attamen nōnulla potētia qua ab actu puro q
eſt ipſe deus diſtare uidetur Quaobrē quantū de potētia tantū de habitu in eis reperitur
Quoniā uero materiæ potentia ab intellectualis ſuſtantiæ potentia diſtat eadē rōne &
habitus utriuſq; inter ſe differentes erūt:ut in eodē libro ſimplicius narrat Humanus eni
intellectus qum in ordine intellectualiū ſit intelligibiliū oīum cōparatione poſtremus: i
potentia quēadmodū materia prima ad oīs ſeu ſimiles formas exiſtit.Quaobrē ad oīa i
telligenda aliquo indiget habitu Angelicus uero non ſicuti pura potentia ſed ut actus q
dā non attamen purus quod is dei tantū exiſtat.Verū nōnulla mixtus potentia ſe habet:
tantoq; minus q̄to ſuperior ſuerit Qua enim eſt actu per eſſentiā propriā poterit ſeſe &
alia pro ſuſtantiæ ſuæ modo tanto perfectius quanto ipſe pfectior intelligere:ut in libro
de cauſis dicitur.Verū quia cuncta creata infra dei pfectionē exiſtunt ut ei propinquent
habitibus indigent quibuſdā tanq̄ illius puri actus cōparatione in potentia exiſtens quā
obrē Dionyſius eorū habitus formas eſſe dicit:quibus ſcilicet deum in ſe formant.Habi
tus autē quoad eſſentiā naturalēq; diſpoſitionē i angelis qum abſq; materia ſint nequaq̄
inueniuntur.Ideo nec in eis hi eſſentiæ ſed potentiæ ſunt partes qua & ipſorū intellectus
per plures pficitur ſpecies & uoluntas ad plura ſe habet.ITEM multa ſimul facile cōpre
hendu at.ut Auguſtinus in Geneſim ait Ratio quia multa ut diſtincta ſimul intelligi niſi
ex ſucceſſione per ſpecies diuerſas nequeunt.Vt ſi forte in uno intelligibili tanquā ptes i
toto cōprehēdātur Vnica tantū ſpetie intelliguntur Angeli igitur ea cognitione qna res p
uerbum cognoſcuntur una itelligibili ſpecie q̄ eſt eſſentia diuina omnia intelligūt/quod
& nos in patria/ad quā utinā tēdere liceat/dei benignitate adſequemur nō ex alus i alias
cogitationes tranſeūdo/ſed ut Auguſtinus in.xv.de ci.ait omnē ſcientiā uno ſemel cōſpe/
cto uidendo.Nec mirum qum & in hac uita rei huinſcemodi exēplū & deguſtationem
aliquam habere poſſumus.Intellectus namq; humanus in una ſpetie intelligibili multa
ſimul intelligibilia intueri facile pōt:quēadmodū unū corpus per unam figurā multis po
terit ad ſimilari corporibus.Sed & nō ſolū multa ſimul uerū ēt ſubito intelligunt.Angeli
enim illum gradū in ſuſtantiis ſpiritalibus quē corpora cœleſtia in corporeis retinent.
Nam & cœleſtes mentes Dionyſio dicuntur.Hoc enim inter cœleſtia & inferiora cor/
pora diſtat:quod hæc pmutationē & motū ſuū perficiunt ſtatū. Cœleſtia uero ex natura
ipſa ilico perfecta ſunt.Sic itaq; inferiores mentes q̄ ſunt animæ noſtræ pmotū quendā
diſcurſumq; rationis ac intellectus ad ueri perueniunt cognitionē dū ex una in aliam de
ducuntur intelligentiā.Angeli uero ſtatim in illis q̄ primo naturaliter cognoſcunt/oīa q̄
in his cognoſci poſſunt facile reſpiciunt:Quaobrē intellectuales dicuntur.'Nam apud
nos ea q̄ ſtatim naturaliter adprehenduntur intelligi dicuntur unde intellectus:principio
rū dicuntur habitus Animæ uero humanæ q̄ per quendā diſcurſum atq; interuallū ueri
notitiam cōprehēdunt Rationales ſeu rationis participes potius dicuntur Quod quidē
ex luminis debilitate cōtingit Si enim æque atq; angeli capaces eſſent/ilico primo princi
piorū cōſpectu oē facile uerū adſequerēt.Angelus nihilominus cōpoſitionē diuiſionēq;
ac enuntiationē:denique omnem ſyllogiſmorū rationē cōprehendit.Nam & cōpoſita ſim
pliciter & mobilia immobiliter & corporea citra corpus clare intelligit. Poſtremo non
ignorandum:quod Aquinate teſte intelligentias omnes apud Ariſtotelē Scotus cōtra aq
natē uirtutis īfinitæ & excōſequētī deos quoſdā pōi appet.Negat aūt Scotꝰ atq; hūc libro.

xii.metaphy. Vnū uniuerſi principium eſſe tm̄ oſtendere: In octauo quoq; de auditione
phy. pbare queadmodū mouēs infinitæ potentiæ: cœlū ilico/& nullo medio mouere nō
poſſit. Neceſſe ergo ut per potentiā finitā: quam intelligentiā eſſe omnino apparet

¶ Quomodo inter ſe loquantur & intelligant. IX.

I Ea que per ſe intelligibilia ſunt intelligunt queadmodū oſtendimus (per
ſe autē intelligibilia ſuſtantiæ ſunt ſeparatæ quod imunitas amatoria aliqd
g intelligibile reddat) oportet ut obiecta propria ſuſtantias ipſas ſeparatas in
telligant Vnaquæq; igitur & ſeſe & alias cognoſcet Se inquam aliter q̄ intel
lectus potens ſeipſum qui qum in potentia intelligendi ſit per ſpetiem intel
ligibilem quemadmodū materia prima in ſuſtantia ſenſibili per formā naturalē fit actu
Intellectus itaq; potens ſeſe per ſpeciē intelligibilē quæ idem eſt actu cū eo tantū itelligit.
Suſtantia uero ſeparata rei alterius ſpetie minime indiget ſed propria tantum utitur Nā
& in libro de cauſis cuius auctorē ferunt Ariſtotelem dicitur queadmodū intelligentia
quod infra ſupraq; ſe inuenitur propriæ modo ſuſtantiæ noſcit quod alia ſit alterius cau
ſa. Preterea ut ex Pauli uerbis deprendimus inter ſe locuntur. Si linguis inquit loquar
hominum & angelorū. Ipſa namq; interior mentis cogitatio uerbum dicitur/quam an/
geli dum aliis per uoluntatem indicant adloqui dicuntur Ad quam rurſus exprimendā
uoce quidem homini eſt opus Angelo autem minime. Hāc demū locutionem nulla in/
ter eos diſtantia/aut abſentia impedire poterit Quod ut melius intelligatur rationū or/
dinum inter eos deinceps adferam.

¶ Ratio diſtinctionis ordinum. X.

IERARCHIAS Ideſt ſacros principatus tris oino in cœlo Dionyſius &
Grægorius poſuere Vnde imitatione quoq; Hierarchia militantis ſumpſit
h ecclelīæ in tris ordines diducta Diaconum ut purgatam Præſbyterū ut inlu
ſtratū Epm̄ ut perfectum Angelus item quilibet queadmodum Dionyſius
docet purgat inluſtrat & perficit/uerum alius alio excellētius. Inferior nāq;
angelus: noſtræ hierarchiæ homine quāuis maximo ſuperior ex euangelio Mathei ſatis
apparet Qui minor eſt inquit in regno cœlorū/maior eſt illo ideſt Ioanne Baptiſta quo
nullus maior inter natos mulierū ſurrexit. Quælibet autem hierarchia tris ordines ſiue
choros tribus diſtinctos gradibus ſummo medio & infimo; habet in ordine uero quo/
libet Angeli plures ut ex eo dicto deprehendimus duo Seraphim clamabant alter ad al
terum Quilibet autē longe magiſq̄ ſtella quelibet ꝓpriū habet officiū. Verū nos latet ut
de cœleſti hierarchia Dionyſius ait/non aliter q̄ qui res naturales iperfecte quidē noſcit/
tantūq; in uniuerſali diſtinguit. Qui aūt pfecto: diſtinctus ac clarius oia Sic itē in uniuer
ſum ordines omnis in ſupremum: medium & infimum diuidimus. Officia uero ſepa/
ratim ignoramus. In prima igitur hierarchia Cherubim & Seraphin & Throni ſunt. In
ſecunda Dominationes Virtutes & poteſtates. In Tertia Principatus Archangeli Ange/
li Horum ratio/quod prima ac plane altiſſima in ipſo deo rerū accipit cauſas. Secunda i
cauſis uniuerſalibus Tertia ut ad ſpiritales effectus illæ referuntur Quoniam uero de/
us non ſolum Angelorum ſed totius creaturæ finis eſt Ad primā hierarchiā finis cōſide
ratio pertinet Ad mediā uniuerſalis agendorum diſpoſitio Ad ultimam diſpoſitiōis ad
effectum & operis exſecutionem adplicatio. Nomina uero non ab re indita Dionyſius
conſiderauit. In prima hierarchia eos ait collocatos qui ex ipſa appellatione deo conue/
nirent ut Caritas & Scientia & Thronus/Seraphin caritate in deum flagrātes faciē eius
beatam continuo proximoq; adſpiciūt. Secundi rationē ordinis prouidentiæ in ipſa diui
na forma pfecte cognoſcūt Cherubin appellati hoc eſt Scientiæ plenitudo. Tertii ipſam

Diuinorum diſpoſitionem iuditiorum in ſe conſiderantur Q ui Throni dicuntur. per
Thronos eni Iudiciaria indicatur poteſtas in media uero hierarchia Poteſtates Virtu/
tes & Dominationes conſiſtunt. Poteſtates enim uniuerſalia ſuperiorum: & inferiorum
particularia ſimul uident atq; attingunt: peculiaremq; quãdam omni uirtuti & ſubiectio
ni ſuperiorem habent diſpoſitionem. Poſt hos uirtutes dicti quod cœleſtium corporum
motus ex his ueniat Vnde illi uelut a cauſis quibuſdam uniuerſalibus particulares ĩ na/
tura ueniunt effectus Q uamobrem in Euangelio dicetur Virtutes cœlorũ mouebũtur.
Ad eos quoq; diuinorum operum executio qui præter naturæ ordinem fiunt pertinere
dicuntur. Virtutes Gregorius inquit illi dicuntur ſpiritus per quos ſigna frequentius fiũt
Poteſtatem uero nomen quandam beneordinatam & inconfuſam circa diuinas ſuſce/
ptiones diſpoſitionem ſignificat Q uamobrem Gregorius ad hunc ordinem contrarias
eicere poteſtates pertinere dicit. Infimi autem inter ſuſtantias ſuperiores hi ſunt qui or/
dinem prouidentiæ in cauſis particularibus deꝑhenſibilem diuinitus accipiunt & ut ait
Dionyſius rebus præficiuntur humanis Inter hos ordo triplex Principes qui ſuper gen/
tes & regna & imperia principatum habent/eaq; & mutandi & uana reddendi quemad
modum uidemus retinent iura His itaq; & principes & reges & præſides ſubduntur Sũt
item Archangeli quaſi principes Angeli Q ui non in unius tantum ſed multorum utili/
tate uerſantur Nam q̃cunq; ad fidem cultũq; diuinum pertinent Q ue deniq; credenda
ſunt rite mortales inſtruunt Q uamobrem his ſacroſanctæ eccleſiæ iura delegantur An
geli uero ut ait Gregorius infima nunciant Vnde & hominum cuſtodes eſſe dicuntur; &
in pſalmo Angelis ſuis mandauit de te. Archangeli rurſus inter principes & angelos me
dii cum primis cõmune habent quod angelis inferioribus dicuntur preſtare cum ange
lis uero quod eis nuntiant ac mandant omnia quibus illi ſingulos homines iuuent / ac
tueantur Gregorius uero aliter a Dionyſio Principatus intermedios poſt dominatiões
connumerat & uirtutes loco principum Q uod ex Pauli uerbis idem fere uidetur con/
ſtituit inquit illum a dextris in cœleſtibus ſuper principes & poteſtates & uirtutes & do/
minationes Et alibi ſiue throni ſiue dominationes ſiue principatus ſeu poteſtates Horũ
igitur propria nomina eorum proprietates ut ſupra meminimus pulchre oſtendunt. Re
bus enim cunctis ordinatis tripliciter aliquid euenit Proprietate Exceſſu Participatione.
Proprie namq; aliquid in aliquo fuerit qum naturæ opus æquatur Vt ſi quis hominem
nominare uelit/eum ſuſtantiam rationalem non intellectualem quod angeli eſt propriũ
appellauerit Simpliciter enim ac proprie intelligentia angelo. Homini uero participatio
conuenit Particeps enim quis eſſe dicitur quod ſibi non omnino ſed aliqua ex parte cõ
uenit Q uemadmodum ſancti homines dii dicuntur Non item homo ſuſtantia ſenſibi
lis proprie ſed per exceſſum dicetur: quod eſt bruti proprium/minus autem q̄ ad homi/
nis dignitatem pertineat Eſt enim exceſſus quando aliquid alicui ĩfra ipſius dignitatem
tribuitur ut eſt quicquid nominum diuinitati adtribuitur. Similiter & in angelorum or/
dinibus conſiderandum Omnes enim ſpiritales uirtutes angelis ſunt omnibus cõmu/
nes Omnes attamen copioſius uberiuſq; in ſuperioribus q̄ inferioribus extant Nam qđ
his proprie ac perfecte datur inferiores ex parte retinent. Rurſus poſtremis motus ulti/
mus proprie: ſublimioribus excedendo euenit.

Nota rectiꝰ ho
minem rationa
lē q̄ ratiõis aſpi/
pucipē uocari.

ℂ Q uod Angelus ſuperior inferiorem inluſtret. XI.

T Autem res hæc clarius innoteſcat ſic rurſus dicimus Angeli ſuperiores
ut maiore ac propria cognitione præditi inferiores inluſtrãt Nam ut apud
u Dionyſium. xi. de cœleſti hierarchia Et in libro de cauſis dicitur Per ſpecies
uniuerſales magis intelligunt in uniuerſali enim cognoſcere dupliciter qui
dem contingit Ex parte rei cognitæ rei cognitæ ſi rei naturam uniuerſalem
tantum depræhendimus: non omnino ac penitus cognoſcimus Ex parte uero modi co

gnoſcendi longe perfectius intellectus enim qui ſingula per unum tantum medium in
telligere poterit longe preſtat Deus in primis eſſentia tantum ſua unicoq; actu uniuerſa
comprehendit. Quanto itaq; angelus ſuperior & ei propinquior fuerit/tanto per ſpecies
pauciores intelligibilium uniuerſitatem comprehendet Quemadmodū enim quidam
qui ob ingenii debilitatem ueritatis ſenſum capere non facile poſſunt/niſi ſingula minu
tatim explicentur alii uero quidam perſpicaciores ex paucis multa facile capient Itaq; i
viii.de cœleſti hierarchia Dionyſius ſecundæ inqt hierarchie angeli per angelos primæ
purgantur inluſtrantur perficiuntur Alterū enim alterum inluſtrare dicit:qua ei uerum ſi
bi motū tribuit Qum enim ad intellectum duo concurrant uirtus intellectiua & rei in
tellectæ ſimilitudo/recte alter alteri rem claram reddet/eius primum corroborando uir
tutem Quemadmodum enim pars corporis alteram deficientem preſentia adminicu/
loq; fouet ac tuetur ita inferioris angeli mens e ſuperioris cōuerſione fouetur. Secūdo
aūt per diſtinctione & partes dicetur/quo ea que a ſuperiore uniuerſaliter intelligūtur fa
cile deprendat Quemadmodum & apud nos doctores quod quando in ſumma capi
unt/ aliis multiplicius ac diſtinctius eorū ingenii debilitaticonſulentes oſtendūt. Qd
enim adſeueramus ex Dionyſio totum. Sic.n.ille in.xv.unaquæq; ſubſtantia intellectu
alii alatam ſibi a dei amore uniformem intelligentiā prouida uirtute diuidit ac ſenſuum
in inferiores ductricē diſtribuit proportionē.Hæc attamen illuſtratio/monſtratioq; ne qs
erret: lumē ſiue gratiæ ſiue gloriæ ſeu naturæ nullo modo creat ſeu traducit.Sed hec om
nia ad ueritatem deprehendendā inferiores excitat atq; roborat Mens enim rationis par
ticeps a deo tantum uelut exemplari /imago qum uera eius imago ſit naturæ ac gloriæ
uirtutem ſūmit Ex quo ſemper informis quodāmodo niſi primæ adhereat ueritati exiſti
matur Reliquæ illuſtrationes que uel ab homine uel ab angelo proueniunt quædā qua
ſi ad ultimam formam diſpoſitiones ac fomenta exiſtunt ſuperiores inſuper qui ad hie/
rarchiam Seraphinorū pertinent minime ſicut inferiores miniſtrant : nuncii mittuntur:
Sed deo continuo adſiſtunt/multaq; his uſq; ad diem iudicii ex his præſertim que ad mū
di prouidentiam & electorū ſalutem pertinent/manifeſta diuinitus redduntur.

¶ Quod angeli nec futura neq; cordium cogitationes neq; gratie myſteria uideāt. XII.

ED Qum tanta cognoſcant angeli quanta ſupra. narrauī:futura tamen
ac mentium archana minime uident.Futura duobus omnino dicūtur mo
dis aut in cauſis ſuis tripliciter Nam aut neceſſario eueniunt & hec certa
ſcientia preuidentur ut ſolē cras oriri:Aut plerumq; & ſic cōiectura quadā
ut medicus ægri ſanitatem pronoſticatur ſeu raro eueniunt & hec quidem
nobis omnino ignota ut fortuita ſunt angelis tamen eo magis cognita quo rerum cau/
ſas uniuerſalius ac perfectius cognoſcūt quemadmodū medici qui quo rectius cauſas
uident/melius de futuro morbi ſtatu uaticinantur. Alio modo futura in ſeipſis cognoſcū
tur:quod eſt dei ſolius.Huius enim futura cognoſcere non ſolum que neceſſario uel ple
rūq; eueniunt ſed etiā fortuita in æternitate eſſentiaq; ſua qum ſimplex exiſtat/ toto ſimul
tempore & ubiq; cuncta facile contuetur.Similiter & humani cordis cogitationem non
penetrat angelus Scribitur enim:ſcrutans corda & renes deus Ex eius tamen effectu ali/
qua ex parte deprehendere ualebit quo ferme modo & homo Quāplura enim p actus
exteriores utriq; innoteſcunt:Facilius tamen angelo:quo perſpicacius huiuſcemodi oc/
cultas corporis mutationes perpendit. Vnde Auguſtinus in libro de diuinatione Dæ/
mones ait aliquando hominum diſpoſitiones non ſolum manifeſtās uerūetiam cogita
tiones & arcana qum ſigna quædam ex animo exprimantur:multa facultate perdiſcunt
Quāuis in libro retractationū/hoc dicat non adſerendum quomodo fiat cogitationes
alioquin ut in intellectu & affectus ut in uoluntate exiſtunt cognoſcere ſolius eſt dei : q
hominum corda ſolus nouit. Tertium poſtremo rem angeli minime norunt gratiæ chri

ſtianæ myſteria in his enim cognitio duplex una naturalis qua pro eſſentiam propriam
& ſpecies innatas intelligunt ſic myſteria predicta quod ex dei pendent uoluntate perci/
pere nequaꝗ ualent quomodo enim dei ſi hominum nequeunt archana ? Ex quo recte
ait Apoſtolus que ſunt hominis nemo nouit niſi ſpiritus eius qui in ipſo ē ita & que dei
ſunt nemo intelligit niſi dei ſpiritus. Eſt & alia angelorū cognitio quæ ipſos beatos red/
dere uidetur/quum uerbum & res in uerbo uident/ubi gratiæ myſteria nō tamen omnia/
nec ſane omnes intueri ualent. Ita quod angeli ſuperiores perſpicacius diuinam ſapien
tiam contemplantes plura myſteria per manus inferioribus cōmunicant Et horū quidē
nōnulla ab initio creationis ſuæ: quædam uero poſtea ut propriis congruit officiis didi
cerunt. Inquit enim in Geneſim Auguſtinus quod myſterium huiuſcemodi ſic in deo
abſconditum fuit ut tamen Principibus & Poteſtatibus cœleſtibus innoteſceret quod q/
dem intelligi ſic poteſt. De Chriſti myſterio ſi generatum loquimur omnibus quidē an
gelis ꝗprimum creatus palam fuit Ratio. quod adminiſtratoru ſunt ſpiritus/adminiſtrā/
dumq; miſſi/officium quoq; in dominici corporis adſumptione obiuerunt. Vnde hoc
plane myſterium fuit opus omnino eos ab initio edoceri. Alio modo uerbi myſterium
corpus aſſumentis ſpiritaliter intelligimus ſic enim non oēs omnia ſunt edocti. Q uin
ſuperiores angeli ut plane Dionyſius teſtatur quedā de nouo tunc didicere Angeli eni
beati licet diuinam iugiter contemplantur ſapientiam non attamē eam comprehendunt
quamobrem non opus omnia que in ea ſunt uideāt. Q uicquid enim prophetæ de gra/
tiæ myſteriis nouerunt nulli eſt angelorum patefactum Q uedam etiam ſeparatum A po
ſtoli cognouerunt ex his ꝗ ad humani generis ſalutem pertinent que prophetæ quibus
generatum res eſt patefacta non intellexerunt/ut illud ad Epheſios indicat. Poteſtis legen
tes intelligere prudentiam in miniſterio chriſti quod aliis generationibus non eſt agni/
tum/nobis autem reuelatum Poſt ipſos quoq; apoſtolos & prophetas Nonnulla & ſuc
cedentes que illi ignorauere comꝓhenderunt. ut plane Pſalmus oſtendit. Super ſenes in
tellexi Deniq; diuinæ cognitionis augumentum ut ait Grægorius pro temporum ſuc/
ceſſione continuo creuit.

ℂ Q uod Angeli liberi ſint arbitrii. XIII.

d EINCEPS Q ue ad Angelorum pertinent uoluntatem. Primum quidem
liberi ſunt arbitrii/nec beati ab initio ſed tantum in gratia cōditi indiuiſo ſūt
qui cum lucifero conſenſerunt. Initium agendi triplex quedam ex arbitrio
non agunt ſed quaſi ab aliis acta & mota ut ſagitta a iaculante aſſinem mo
uetur quedam quodam agunt arbitrio ſed non libero ut bruta Ouis enim
lupum iudicio quodam naturali quo noxium exiſtimat fugit uerum hoc potius a natu
ra īditū ōe ꝗ ex electione ſumptū ſola itaq; intellectum habentia liberi ſunt arbitrii quo
uniuerſalem boni rationem deprendunt Hoc in angelis multo excellentius ꝗ in homi/
nibus inuenitur quanto enim ſanctior quiſq; ac deo propior tanto magis ſibi dominat
ſuiq; imperium habet/tanto etiam plus arbitrii adeptionem ſimulq; executionem retinet
bonorum Q uo autem quis adeo remotior eo & inquinatior & minus de libertate ar/
bitrii poſſidet a deo ut etiam inueteratis longo tempore peccatorum ſordibus iam pene
quidam contaminata peſſundante conſcientia illud penitus amiſerint & ex baratro peſſi
mæ conſuetudinis in ſublime tendere cupientes nequeunt.

ℂ Q uod beati ab initio creati non ſint. XIIII.

b EATI Ab initio creati nequaꝗ fuere quodlibet enim propriam cupit naturali/
ter perfectionem/ac eamq; omni ſtudio contendit intellectualis namq; naturæ
perfectio duplex una quidem quam naturæ propriæ uirtute aſſequi omnino

poteſt unde in.x.ethicorū Hominis felicitas in contemplando deo/quod eſt optimū intelligibile ponitur qua felicitate angelus ſtatim ornatus quod homo uix longo diſcurſu ille unico actu ob naturæ dignitatem aſſequitur Sed eſt altera ſuper hanc maior in futurum nobis ſperata qua deum eo quo eſt modo contemplari licebit/omnem intellectus naturam excedens Hanc itaq; angeli ab initio non habuere/quod hec quidem naturæ aliquid non ſit ſed naturæ finis angelus enim uti ſupra narraui Duplicē uerbi cogitationē omnino habet:naturalem & gloriæ.Primū qua uerbum per eius ſimilitudinē in ſua natura refulgentem cognoſcit & hanc quidem ab exordio creationis imperfectā habuit alteram uero gloriæ cognitionem qua uerbum per ſuam eſſentiam intelligitur admodū abſolutam/tunc demum aſſecuti fuere quum per boni optionem confirmationemq; beati ſunt facti quæ quidem cognitio proprie matutina dici poteſt gratiam nihilominus gratum facientem habuerunt Nam ut Auguſtinus ait in.xii.de ciuitate ſicuti corporibus ſeminum & oium naturalium effectuum rationes ab initio ſunt inſitæ ſic ſtatim angeli fuit in gratia condit gratia namq; inter naturam & gloriam media eam poſſidentem minime cogit quin per peccatum amittere ſi cupiat uelit.

Q uomodo in Angelis amor & cur deum ſupra omnia diligant. XV.

i

N His etiam quemadmodū & in hominibus dilectio duplex Naturalis & optatiua ſiue electiua prima ſecundæ principiū nam & in re qualibet natura principiū tenet/quod ſane in humano conſpicitur intellectu Ex naturali namq; principiorum notitia ſymparaſmatū ſcientia non per naturam ſed p artem atq; doctrinam prouenit Eodem item modo uoluntati ſolet euenire ut in tertio de phyſica auditione dicitur.Ad boni hec appetentiā ut adfinem ultimū naturaliter tendit/reliqua uero ob finem optantur Hæc tamen inter has duas differētia/quod rationis diſcurſus ad intelligendū in homine/ac ſtatim rem comprendendam nō admodum ſuppeditare uidetur.At uoluntatis actus omnino perfectus ut aliqua affinem/non nulla ob finem naturaliter appetat.Q uoniam igitur in angelis abſolutus inuenitur itellectus ſola in eis cognitio naturalis non autem ratiocinatiua conſiſtit amor nihilominus & naturalis & optatiuus omnino reperitur quo ſane & ſe & deū ſupra ſe naturaliter diligunt.Ratio.quod deus uniuerſale bonum ſub quo & angelus & homo & omnia creata continentur exiſtat.Nam omnia que ſunt:dei ſunt.quod ſi ſe pluſq̄ deum diligerēt ordo retrogradus & peruerſus eſſet pars enim quælibet magis totum q̄ ſe diligere uidetur uerbi gratia manus ſe corporis uulneribus ad id conſeruandum ſubito ac ſine conſultatione opponit.Item quodlibet e ſingulis:ſpeciei bonum pluſquam proprium diligit deus autem non ſolum unus ſpeciei ſed uniuerſale abſolutumq; bonum exiſtens unde uera eſt felicitas quodam caritatis ſupra naturam amore diligitur.In angelis itaq; naturalis eſt dilectio quemadmodum & cognitio ut ait in.xiiii.de trinitate Auguſtinus prior enim natura q̄ intellectus quia rei cuiuſq; natura eius eſt eſſentia unde id quod eſt naturæ etiam in his q̄ intellectum habent dicitur ante omnia ſeruari.Cōmune autem naturæ omni hoc eſt ut ad rem ſit aliquam propenſa Hic enim appetitus & amor naturalis i naturis quidem diuerſis uariis modis reperitur in intellectuali uoluntas in ſenſitiua appetitus ſenſitiuus in inanimatis:ad aliquid pronitas eſt itaq; in angeli uoluntate ut intellectu præditi amor quidam conſtans perpetuoq; bonus quemadmodum & cognitio uera ſiquis autem hanc ab auctore naturæ inſitam rebus pronitatem rectam negauerit/naturæ actum neget oportet alia tamen & longe preſtantior ea quæ ſupra naturam eſt amoris perfectio qui ex caritate & ratione prouenit quemadmodum cognitionis infuſæ uel acquiſitæ ueritas longe a naturali eſt alia ex quo inuicem ſe perficere & alteram ab altera commendari pronius apparet.

Q uomodo pſ q̄libet magis totū q̄ ſe dilıt.

ℭ De Angelorum erga res humanas poteſtate & cura Et de ſub ſtantiis incorporeis antiquorum opinio. XVI.

RES Etiam non ſolum humanas ſed corporeas omnis angeli ut adminiſtra
torii ſpiritus ac miniſtri diſpenſant atq; regunt Gregorius in libro moraliū
tertio in hunc ait mundum uiſibilem nihil niſi per creaturam inuiſibilem
diſponi poteſt Et Auguſtinus in libro tertio de Trinitate Omnia corpora
inquit per ſpiritum aliquem rationis participem reguntur in rebus namq;
humani ac naturalibus poteſtas particularis ab uniuerſali gubernatur quēadmodum &
Prætoris poteſtas a regia ducitur & ſuperiores angeli uniuerſales inferioribus minus
uniuerſalibus præſident Sic & omnia corporea per angelos adminiſtrantur quod non
ſolum ſanctorum eſt doctorū ſed philoſophorū omniū ſententia.uerū id diuerſis contin
gere modis.Plato ſuſtantias incorporeas ſenſibilium corporum ſpeties eſſe & illis eas
præſidere citra ullum medium dixit.Ariſtoteles eas non ſenſibiliū ſpeties ſed aliquid al
tius ac uniuerſalius putauit.Ex quo non ſingularibus ſtatim corporibus ſed uniuerſali/
bus agentibus que corpora ſunt cœleſtia eaſdem tot numero quot ſpherarū eſſent mo/
tus preeſſe exiſtimauit.Auicenna mediā horū ſecutus uiam cum Platone quidē aliquam
ſpiritalem ſubſtantiam his inferioribus hoc eſt agentium & patientium ſphæræ præſide/
re ex putauit.Hoc tantum abeo diſſentiens quod non plures ſed unam tantum ſubſtan/
tiam ſpiritalem omnibus adeſſe inferioribus corporibus quam intellectum uocat agen
tem dixit.Doctores etiam orthodoxi una cū Platonicis diuerſis rebus corporeis diuer/
ſas ſpiritales ſubſtantias eſſe aſſeuerant.Auguſtinus libro.lxxxiii.queſtionū quelibet in/
quit res uiſibilis in hoc mundo angelicam habet ſibi præpoſitam poteſtatem Origenes
in illud Numerorū.xxii.Quum angelum aſina opus inquit in mundo eſt angelis qui &
beſtiis & animalibus & uirgultorum & plantarū generationi:deniq; reliquis rebus iani
matis præ ſunt Quāuis enim angelus uel minimus altiorem ac plane uniuerſaliore m q̄
genus aliquod corporeorū uirtutem omnino habet.ordo tamen diuinæ ſapientiæ d uer
ſis eos rebus rectores præfecit. ℭ Angeli tantum inferiores ut miniſtri mittentur ſingu/
lis ab ipſo natali die hominibus ſtatim deputati duplex namq; hominis eſt cuſtodia par
ticularis quæ ad hos pertinet minimos quorū ut ait Gregorius eſt minima nuntiare ſingu
loſq; homines curare.Altera uniuerſalis que ad ſuperiores pertinet Angelos ut ad Princi
patuū ordinē uel forte ad archangelos qui principes angeli dicuntur.Vnde Michael quē
archangelum nominamus unus e principibus Danieli in.x.dicitur.Inſuper omniū que
fiunt.corporeorū cuſtodiā uirtutes habent Dæmonibus uero & iniuſti hominibus po/
teſtates dominantur ut ait Gregorius nam & iniquis & praſcitus & fide carentibus dei
iuſſu ac benignitate angelicū præſidiū ob naturalis rationis auxiliū toti naturæ ſemel cō/
ceſſum non deeſt.per quod & ſi ad ea perficienda que ad uitam æternam conſequendā
faciunt non iuuantur/a nonnullis tamē malis quibus & ſibi & aliis facile nocere poſſent
quandoq; retrahuntur.Nam & ipſi Dæmones per bonos angelos ne qiantū uelint no
ceant prohibentur mittuntur nihilominus angeli ad eos potiſſimū que & inſtrui & in uia
dei proficere & hereditatem aſſequi cupiunt cæteri uero & ſi non ut corrigantur ſaltem
ut a malis multis abſcedant.Ob peccata inſuper hominum atq; ignauiam minime do/
lent quod bonis dolor minime eueniat uerū quēadmodū ille qui merces ob tempeſta/
tem in altum proicit in uniuerſali iacturam minime quidem optat priuatim tamen hāc
ad paruulum uitandum potiorem ducit.Quod autem ratio ſuadet particularis id dei
mū uoluntarium ut in tertio dicitur ethicorum Sic itaq; angeli peccata pœnaſq; homi/
num in uniuerſum ac ſimpliciter nolunt ut ordo tamen diuinæ circa hoc iuſtitiæ ſeruē
uolunt:per quem nonnulli peccare permittuntur ut pœnis poſtea iuſtius luant Illud au/
tem quod Origenes ait quemadmodum angeli in iudicium trahuntur ut palam ſit non
ex ipſorum ſed ex ſua potius homines negligentia fuiſſe lapſos:ita demum intelligēdū
ut non quaſi rei ſed teſtes ad deprehendendam hominum ignauiam adducantur.

De ſubſtantiis incorporeis an tiquorū opinio

De ipſorum in hoīes cura.

¶ De Angelis aſſiſtentibus: ac miniſtrantibus. XVII.

u T Autem res hoc magis liqueat rurſus ex auctoritate doctorū ſic dicimus Ex angelis quidam diuinæ maieſtati aſſiſtunt/nonnulli ut miniſtri ad ho/mines imperio ſummi dei mittuntur. Quattuor enim ſuperiores ordines ut maiore prædıti dignitate deo aſſiſtunt Quinq; uero inferiores nuntiorū miniſtrorumue officio funguntur. Dominationes e ſecunda hierarchia mi nime inter hos/quod ut ait Dionyſius ex etymo.ſui nominis ſunt omni dominatione maiores. Gręgorius.yu.moraliū plures eſſe dicit qui miniſtrant q̄ qui aſſiſtūt: quod ex eo deprehendere licet ubi dicitur millia milliū miniſtrabant ei & decies centena millia aſſiſtebant ei. Aſſiſtentium uero numerū finitū quum dicitur decies centena millia Et hoc quidem e ſententia Platonicorum rationem ſummere uidetur qui aſſerebant quanto ali qua ſunt.yiu.principio propinquiora/tanto minori ſunt multitudie & qui numerus uni ta i propior eo multitudine minor ratio tamen huic aduerſa ex altera parte adduci pōt exemplo corporū ſuperiorū q̄ numero ac multitudine inferiora ſuperant Sic & ſuperio res naturæ incorporeæ naturas omnis corporeas tranſcendunt:quia potiora melioraq; a deo primū & diliguntur & augentur Ergo aſſiſtētes quum ſuperiores ꝑſtantioreſq; ſint/ plures omnino miniſtrantibus & inferioribus eſſent. Illud ſane in uniuerſum conſtat ut Dionyſius in.xiiii.hierarchiæ teſtatur quod angelorum numerus omnem materiā cor/ poream excedit Quod per augmentum maximorum ut denarii & centenarii & mille narii ſicuti ſupra narraui ſatis oſtenditur.

¶ Quod inter ſanctos Angelos pugna quandoq; uidetur. XVIII.

i N Ipſa hominum cuſtodia diſcordiam inter ſanctos angelos uerſari quis crederet? Dicitur enim apud Danielis.x. Daniel princeps regni perſarum cuſtodiæ datus ducibus Is enim princeps angelus erat regno Perſarū cuſto diæ datus de quo Hieronymus ſic ait princeps regni Perſarū angelus ē qui ſeſe liberationi regni Iſraelitici oppoſuit pro quo Gabriel iugiter orabat in eadem fere ſententia Gregorius libro moraliū.xxiiii.uidetur. Quomodo autē fiat poſt/ ea declarans diuina inquit iudicia in diuerſis & hominibus & regnis per angelos uariis exercentur modis:tantumq; ſummi dei iuſſu/ordinationeq; coercentur Euenit autē hinc inde diuerſa eſſe hominū merita ex quo neceſſe illis uerus alteri ſubdatur ac preſideat. Quid autem ſuper hoc diuinæ ordo ſapientiæ decreuerit cognoſcere ſatis niſi deo mon ſtrante nequeunt Vnde neceſſe illos dei ſapientiam conſulere. Sic itaq; demeritis contra/ riis ac inuicem pugnantibus dei ſciſcitando uoluntatem reſiſtere inter ſe ac certare dicū/ tur/non quod uere diſſideant quum ad unum dei imperium ex ſequendum omnino cō/ ueniant ſed quoniam de quibus conſulunt pugnantia diſſidentiaq; ſunt.

¶ An Angeli prodigia edant. XIX

q VI Demonibus præſident angeli ad Poteſtatum ordinem pertinent ut ait Gręgorius quemadmodū & rebus corporeis ordo uirtutum per quos & prodigia quandoq; fieri ſolent adeſſe creditur prodigia namq; ſeu miracula ex ſe nequaq̄ angeli edunt/quod dei tātum id exiſtat qui facit mirabilia ma gna ſolus ut ait pſalmus Deinde prodigiū non preter alicuius tantum reī ſed totius naturæ ordinem fit Verbi gratia ſurſum lapidē proicere preter naturam quidē lapidis ſed non illum proicientis uerum quicquid angelus uel alia natura propria uirt/ tute agit ex ordine creatæ fit naturæ Quamobrem mirum non erit Facere tamen mira ſeu prodigia dicuntur uel quia ad eorum uota ſicuti & ſanctorum uirorum deus

illa oſtendit/ſeu certe miniſteriũ aliquod aut operam in eis patrandis exibent. Dæmo/
nes etiam uirtuti propria & naturali non ſimpliciter ſed quoad nos prodigia ſolent ede
re quod per uirtutem aliquam ignotam aliquid preter naturæ nobis notæ ordinem fiat.

ℭ Quod Angeli hominis imaginationem mutare ualeant. XX.

n ATVRAE Propriæ uirtute angeli tam boni ꝙ mali hominis imaginatio
nem mutare ualent Natura enim corporea angelo admotum localem ob/
temperat apparitiones imaginarie nobis ex loci mutatiõe ſpirituum & hu/
m rum corporis procreantur. Vnde Ariſtoteles in libro de ſomno & uigi
lia ſonniorum cauſam adducit dormiente inquit animali plurimoq; adpri
cipium ſenſuum aſcendente ſanguine:ſimul & impreſſiones que in memoria ſeruãtur
ſenſum mouent ita quod apparitio fiat ac ſi tunc principium ſenſitiuum rebus ipſis exte
rioribus moueretur Et ita ſpirituum ac humorum cõmotio poteſt ut apparitiones huiu
ſcemodi uigilantibus etiam interdum eueniunt quemadmodum phreneticis ſicut itaq;
hoc ex naturali humorum motu:quandoq; etiam ex hominis cogitatione qui quod pri
us ſenſerat imaginatur ita & per angeli ſiue boni ſeu mali uirtutem facile poterit eueni/
re quandoq; per alienationem a corporeis ſenſibus:interdum citra alienationem inſup
animaduertendum quemadmodum angelus quandoq; intellectum ad deprehenden/
da in huiuſcemodi imaginationis uirtutem ſignificationemq; illuſtrat Tunc uero nulla
de ceptio ſepe etiam indeclaratam homini oſtendit/nec tunc quoq; decipimur quemad/
modum nec chriſtus decepiſſe dicitur quod multa turbis in parabolis propoſuit.que ta
men expoſuit.

i uſa ſonnioꝝ

ℭ De malis angelis qui partim in inferno partim in aere uiuunt. XXI.

p LATONICI Quoq; & Dæmones poſuere a quo Auguſtinus minime
diſſentire uidetur ait enim in Geneſim.iiii. Aer hic caliginoſus dæmonum
quaſi carcer uſq; ad iudiciũ tempus eſt. Dei namq; prouidentia hominum ſa
lutem ac bona continuo procurat Primum quidem rite atq; ordine per an/
gelos bonos quum ad officiũ deducit/retrahitq; a malo alio uero modo non
rite aut ordiñe dũ ad exercendã hoĩs uirtutem per malos cum angelos in uitio tentat / ac
uexat/ne illi poſt peccatum a naturalis ordinis utilitate exciderent. Angelorum namq;
utriũq; officiũ erat:quod iter deũ & homines hi medii exiſtãt ſic itaq; dæmonibus duplex
pœnæ debetur locus unuſquidem eius culpæ ratione qui eſt infernus alter humanæ ra/
tione tentationis qui caliginoſus eſt aer in quo æquum uſq; in diem iudicii perſiſtere/qđ
uſq; in tempus illud deo ſalus humana per huiuſcemodi tentationem eſt curæ. Sunt ta/
men in inferno nonnulli continuo tanꝙ dei miniſtri ad eos apprecandũ induxere cruci
andos. Quemadmodum angeli quidam boni hominibus continuo aſſiſtunt/nonnulli
uero cum ſanctis omnibus uerſantur in cœlo Datum nihilominus eis diuinitus ut ob
hominum procurationẽ cœleſtis gloria loci & cõmuni beatitudine non priuentur. ſicu/
ti & præſidis dignitas quod in throno ſeu cathedra continuo non ſedeat / nihil omnino
inferior uidetur. Eadem & dæmones ratione/ignis inferni pœnas quocunq; ierint aut
ubicunq; moram fecerint ſecum ferunt:quod ſciant illi perpetuo ſe deberi Poſt diem ue
ro iudicii omnes mali & angeli & homines in inferno erunt:boni uero in cœlo Quam
obrem non ab re apud Lucam.viii. dominum rogauere ne expulſi in abyſſum mitteren
tur quaſi poenam exaggerari exiſtimantes ſi a loco ubi hominibus nocere poſſent exclu/
derentur Et rurſus apud Matheum.xv. Dñm ne extra regionẽ expellerentur rogabant.

ℭ Quomodo tentent ac decipiant demones. XXII.

MIRACVLA Sæpe dicimus ea que humanam facultatem cōſiderationēq; cedunt/quum potius phantaſmata uiſum decipientia quibus nos dæmones quandoq; deludunt exiſtant. Sunt tamen interdū res ueræ ſicuti magi Pharaonis dæmonum uirtute ueros ſerpentes ac ranas fecere/& quando ignis de cœlo cecidit familiam Iob cum gregibus pecorum uno impetu abſumens.& turbo dæmonum irruens eius occidit filios Item Antichriſtus alia forte prodigia editurus que quanq̄ uera nec phantaſmata ſint ad mendacium tamen & ad homines credulos decipiendos ut ait Auguſtinus.xx.de Ci.tendere uidētur Præterea materia corporea angelis nec bonis neq; malis nullo modo obtemperat quamobrem de forma in formam aliam dæmoni materiam tranſmutare non licebit/ſeminibus attamen elementorum quibuſdam ad huiuſcemodi uti effectus ut Auguſtinus in tertio de Trinitate ſcribit uerbi gratia quum res aliqua in ranas/uel ſerpentes conuertitur que facile per tabefactionem generari poſſunt Illa uero q̄ naturæ uirtute nullo modo mutari ualent quemadmodum humanum corpus extinctum ut reminiſcat & homo in beſtiam conuertatur nequaq̄ ullius facultas eſt angeli. Et ſi quandoq; opera dæmonū talia fieri uideantur non admodū uera ſunt ſed apparent quod duobus euenire poterit modis. Primo intrinſecus quum dæmon hominis phantaſiam & ſenſus corporeos e ſtatu dimouere ac mutare omnino ualent. Idq; ſepe rerum naturalium ac corporearum uirtute alio modo extrinſecus Nam quum ipſe cuiuſcunq; figuræ corpus ex aere aſſumēdo uiſibilis apparere poſſit:poterit item eadem ratione rei cuiuſcunq; corporeæ quam maluerit faciē ſeu formam addere ita ut alia omnino uideatur Quamobrem Auguſtius.xix.de Ciuitate. Hominis inquit phantaſia que cogitando ſiue ſomniando per rerum genera innumerabilium uariat uelut in alicuius animalis effigie configurata ſenſibus interdum apparet alienis Quod non ita intelligendum ut ipſa uis hominis phantaſtica aut eius ſpecies eadem numero configurata:alterius ſenſibus oſtendatur ſed quia dæmon in unius hominis phantaſia aliquam ſpetiem format ipſe quoq; ſimilem ſpeciē alterius ſenſibus offerre poterit. Inſuniuma talia magi qualia ſancti ut libro.lxxxiii.queſtionum ait Auguſtinus diuerſo tamen fine ac iure faciunt Hi enim propriam illi dei quærunt gloriam Hi deniq; per quedā priuata cōmertia hec gerunt:illi adminiſtratione publica & dei iuſſu:cui omnia creata ſubduntur. His cognitis uidendum quomodo tentent Sic enim theologis placet ut tentando forte ſuperatus ob oppugnatione aliquandiu deſiſtat:ſicuti ex euāgelio deprehendimus. Tunc eum reliquit diabolus Huius cauſa duplex Primū diuina clementia quod ut in Matheum Chryſoſtomus ait Non homines diabolus q̄tum cupit ſed quantū ſinit deus tentando perſequitur ne ob infirmam illius naturam plerumq; potiatur ut ait apoſtolus. Fidelis eſt deus qui non permittet uos tentari ultra id quod poteſtis Deinde diaboli uerecundia qui triumphari frequenter timet:deludi & ſperni non diu patitur:Quaobrem perſequi non auſcultantem non facile pergit:ad tempus deſerit. Quod autem redeat & ſolitis aggrediatur quandoq; artibus illud Mathei.xii.indicat. Reuertar in domū meam unde exiui. Sed & illud omnino animaduertendum quod non ab illis culpæ inſtigatio tantum nobis:uerum a proprio quoq; appetitu ꝓpria cuiuſlibet negligentia partim prouenit ut canonica plane oſtendit epiſtola unuſquiſq; a propria concupiſcentia diſtractus atq; illectus tentatur:& ut ait Origenes etiam ſi nuſq̄ Dæmon eſſet homines tamen & cibi & uenereorum appetentiam niſi a ratione compeſcerentur haberent.

¶ Inter Dæmones etiam ordo. XXIII.

QVEMADMODVM Et i cœleſtibus ſic iter hos ordiēs reperiūt ut alter alteri dominetur non ex gratia tamen ſed ex natura quam minime unquā amiſerunt Bonum namq; citra malum reperitur malum uero nunquam niſi in bono/quamobrem priſtina retinent nomia quod ex omnibus plane ordinibus ceciderit/Ex quo Paulus Nō ē inqt colluctatio nobis aduerſus carnē & ſanguinē ſed aduerſus Pricipes & Poteſtates:aduerſus mūdi rectores tenebraꝝ ha

Magica Pharaonis uera.

Cherubim inter eos primus qui ſcientiam continet Seraphim nequaquam: quia carita/ te omnino careant nec item Throni obdurinam habitudinem ac dignitatem nomē quo q̧ Dominationum libertatem quandam præſeferre uidetur Deniq̧ ſciendum quod bo ni malis dominantur ut ait Gregorius Poteſtates inquit angeli ſunt quorum ditioni Vir tutes aduerſæ ſubduntur. Auguſtinus item libro tertio de Trinitate Omnia ſic inquit or dine prouidentia diſpoſuit ut res quecunq̧ a ſuperioribus regantur Angeli primū ab ip/ ſo deo cœleſtia corpora ab ipſis angelis inferiora corpora a cœleſtibus. Spiritus uitæ de ſertor ac peccator a ſpiritu uitæ pro ac iuſto Preterea bonus angelus alioquin naturæ or dine inferior Demonibus quis natura ſuperioribus præſidet/ Quia diuinæ iuſtitiæ uir/ tus cui boni addicti ſunt ſpiritus potior eſt longeq̧ naturalis angelorum uirtus Vnde & homo ſpiritalis iudicare omnia dicitur in ſecunda ad Corinthios: & in libris Ethicorū homo ſtudioſus ac uirtute præditus omnium humanorūm actuum regula quædam ac menſura ponitur.

De Dæmonum cognitione ac præſagio. XXIIII.

d AEMONES In ueri cognitionem ipſius iure naturæ ſepe ueniunt p quā ſcientiam quanq̄ exciderunt non amiſerunt quamobrem nonnulla & præ/ noſcere & uerius ac notius q̄ homines non ex rebus ipſis ſed ex rerum cau ſis prædicere omnino ualent quanto potiores ſcientia naturaq̧ preſtātiores exiſtunt Nam ex aſtrorū ſignificatione multa preuident qum ex illis hec in feriora modo quo poſtea dicemus diſponantur. Eaq̧ non more predicunt diuio ut mē tem illuſtrent/ ſed ut a uero mortales auertant/ aut in imaginatione nocturna per ſomnū ſeu etiam uigilando ſicuti phreneticis euenit futura quedam interdum prædicēbus. Sæ pe item per exteriora quedam inditia ut per motus & garritus auium & animalium ex/ ta & in punctis quibuſdam deſcriptis & his ſimilibus que forte quadam fieri uidentur ali quando clare apparendo ſermoneq̧ manifeſto futura prenuntiando que ſi quis aſtris re ferat prorſus errat qum ab intellectu aliquo neceſſe originem omnino ducat bono qui/ doq̧ nam multa in ſomnis diuinitus indicantur ut Pharaoni & Nabucdonoſori & ſor/ tes quæ in ſinu & urna mittuntur/ interdum etiam a domino temperantur ut ait Salomō attamen ex malignis ſpiritibus ut ſancti affirmant doctores plerumq̧ oriuntur qu imob rem in lege ueteri omnia pariter cum idolatria prohibebantur: Gentilium infideliumq̧ huiuſcemodi ſunt obſeruationes nam & auguriorum & ſomniorum ſimilium ſtudia ua lerius maximus ad religionem uerius autem ad ſuperſtitionem pertinere teſtatur. Igitur dei gratia ad hos cognoſcendos ſpiritus eſt opus & illud apoſtolicum conſiderare dili/ genter preceptum nolite credere omni ſpiritui ſed probate ſpiritus an ex deo ſint.

DE INSTITVTIONE CHRISTIANA LIBER TERTIVS.

De Anima humana Ariſtotelis doctrina. I

EM Angelorum breuiter abſolui / reliqua perſcrutari diligentius uolentes ad auctores qui de his ampliſſime ſcripſere relegamus. Dyo nyſium præſertum is enim mundo prius hanc ſcientiam oſtendit e Pau li ſacropectore uti exiſtimatur excipiens qum in eam ille regionem ra ptus omnia luſtraſſe ueriſimile ſit. Deinceps animarum illis origo cō/ ſanguinea conſideranda. Hæc coniuncta & ſeparata ueſtigatur: coniun ctum Ariſtoteles tribus libris perſequitur ſubſtantiā eam puta t incorpo ream ſeparatamq̧ ac minime mixtam quam paulopoſt clarius defini e uidetur. Per animæ poteſtates eius maxime uim atq̧ uirtutem deprehendi dicat

quarum intellectiuæ tantum ut ipſe in libro de ſonno & uigilia ait qum ſine organo exi
ſtãt corporeo i aia tanq̃ in ſubiecto ſunt reliquæ uero ut ſentire uegetare nec corpis neq̃
animæ propriæ ſed animæ cum corpore coniunctæ animam inſuper incognoſcendo:
rerum ſpecies non res ipſas retinere/nullus enim in anima lapis aut homo ſed lapidis
aut hominis intellecti ſpecies. Deinde ueterum de anima opiniones reccuſet q̃ his uerſi
bus claudi poſſunt Democritus cõſtare animam decreuerat igne Pythagoras athomes
ſimul & Leucippus eandem Ponit Anaxagoras intellectum & elementa Empedocles
Platoq̃ ſimul numeros & Ideas. At motum Thales animam dicebat & inde eſt Quod
ferrum moueant lapides eſſent animati. Aëra Diogenes Heraclitus eſſe uaporem. com
parat Alcmeon hanc cœli motibus ex quo perpetuam putat ac cœli ratione teneri. Hypo
crates lympham facit: humentem ob genituram. Sanguine ſed critias illam conſtare uo/
lebat. In tris igitur opiniones cuncta de hac dicta deducit, nonnulli mobile ſpectauere.
Quidam ſenſile. Incorporeum alii quorum ſententias partim recipit: partim reicit quod
moueat anima concedit quod autem mouens ſe moueat nunime concedit in qua opi/
nione Pythagoras & Plato fuere. Mouens enim inquit/moueri & ipſum niſi ex acciden
te aut ex parte neceſſe quidem non eſt: quemadmodum ſupra ubi ex motu diuinitatem
probaui ſatis oſtendi quod autem dicebant per iram & alias animi perturbationes palã
animam moueri hoc ait non animæ tantum ſed animæ incorpore motus eſſe/ quod ex
illis corpus magnopere mutetur: Animam uero ex ſe integram in hac parte immotamq̃
manere quemadmodum in ſenecta aut in morbo aliquo deliratio ex affectis organis
non ex affecta anima prouenire uidetur. Secũdo quod ſentiat anima admittit: quod au/
tem ſimile ſibi ſentiat non admittit nam qum Pythagorei & Platonici ex elementis eam
conſtare dixerint/uoluere quod per ceterorum compoſitorum ſimilitudinem cũcta ſen
tiret qum innumerabilia ſint quod omnino falſum. Tertio quod incorporea ſit aſſentu/
tur: quod uero incorporeum huiuſcemodi tenuiſſimum eſſe corpus dicant: non aſſen
titur Democritus enim qum animæ intellectiuum ſimul & motiuum ob motus ueloci
tatem conſpiceret: igneum ſimulq̃ ſphæricam eſſe dixit quod hec nobiliſſima figurarum
in aere per omnis latebras penetrando facile uerteretur. Quamobrem ex atomorum cõ
greſſu que ni ſole minutatim cernuntur quod hec forma ſint eadem/ omnino exiſtima/
uit quem Pythagoras & leucippus in atomorum opinione ſunt poſtea ſecuti. Sed Plato
numeros extollens triangularem eam fecit quod his plane cuncta ex elementis compo
ſita ob trinam dimenſionem longitudinem latitudinem & altitudinem conſtarent Item
alia quidem intellectu: alia ſcientia: alia denique opinione ſenſuq̃ iudicari quamobrẽ nu
meros entium ſpecies ac principia dictitabant. Thales autem putans motu animam cõ
ſtare: uſq̃ ſaxa dicere animata non dubitauit qum magnetem ferrum traentem uideret
Suam ad extremum afferẽs opinionem Entelechiam uocat actumq̃ primum corpo ris
phyſici organici potentia uitam habentis. Eſt enim entelechia quam greci enarratores
εντελῶσ ἔχειν perfecti quaſi habitionem ſunt interpretati primam dixit uelut id po
tentia & habitu ſcientiæ non autem ſecundum quod in actione meditationeq̃ ſit ſic i ſon ἐντελέχει
no & quiete uacare quandoq̃ animam contingit / nihilo tamẽ minus hominem anima
tum putamus. Organici proterea non lapidei phyſici non mathematici aut ex arte facti.
In homine igitur forma duplex eſſentialis una: corporis ratiõe compoſiti/ qum corpus
omne ex materia conſtet & forma altera magis propria: animæ ratione. Duo in his non
dum manifeſta dicit an anima ſit a corpore ſeparabilis nam quaſdam partes que corpo
reas habent ſedes omnino inſeparabilis eſſe probat: nõnullas uero nullius eſſe corporis
ut intellectus qui ſeparari contingit uelut a corruptibili perpetuum. Alterum an anima
entelechia ſit corporis ſicuti nauta nauis quinq̃ inſuper ei partes tribuit uegetandi ſen/
tiendi appetendi: ſecundũ locũ mouendi: intelligendi: q̃ ſubiecto eædẽ oino ſunt/diſti
ctæ uero rõne uegetãdi rurſus ptes gignere/nutrire augere. Augendi uero retinere con/
coquere expellere. quinq̃ ſenſus interiores ſenſus phantaſia memoratiua imaginatiua extu/

Inter ſenſum & phantaſiam. Inter phantaſiā & memoratiuā differentia.

matiua quæ in homine cogitatiua dicitur. Eodem & ipſæ ſubiecto ratione ac officiis di/
uiſæ que ad tria tantum prima reduci ſolēt ſenſum ideo cōem dictū quod oium exterio
rū ſenſuū iudiciū ſummat. Phantaſia uel abſentiū. Ille autem uigilantiū: hæc etiam dormi
entium. Ille rurſus in noſtra poteſtate nō eſt abſentibus rebus hæc uero ſemper: ſine qua
nec menti quicq̄ eſt percipere Differt autem a memoratiua/quod ex facta ſepius phan/
taſia memoria gignitur Nam illa ut animal pictum contemplatur tantum/nec ultra pro
ſpicit. Memoria uero ut Leoni aut alterius animalis imaginem contuetur nam ſi ſolum
imaginem conſideremus/nihil abſentiū recordaremur Memoria igitur per ſeſe in ſenſo
rio: ex accidente uero in ratione ſita eſt/quod ſine magnitudine & tempore nihil ſane re/
cordari ualeamus memoriæ rurſus ſiccitatem attribuunt in occipitio/ſicuti ſenſui cōmu
ni humorem ubi ſinciput: quapropter ſenibus aut pueris deeſſe plerūq; conſpicimus qđ
his nimio humore tanq̄ in aqua typus non figitur: illis uero nimia ſiccitate ueluti in ue/
teri ædificio tabeſcit. Idem & morbo affecti euenire ſolet. Affecta enim memoria / ratio
funditus perit His addit quam uocat reminiſcentiam ideſt ἀνάμνησιν que prioris me
moriæ poſt obliuionem eſt reuocatio non autem penitus quoniam hæc ſciētiæ ac diſci
plinæ foret ſed quaſi per nebulam quæ ſolius eſt hominis: quoniam rationis cuiuſdam/
& perſcrutationes adminiculo uidetur uelle in memoriā per ſigna aut typos ſimiles uel
contrarios ſeu proximos redire: Et uelle tantum hominis. Igitur recordari ſeu reminiſci
tantum hominis fuerit. SED de ſenſu ſenſatione ſenſorio & ſenſibili breuiter dicendum
que greci αἰσθηναι ἀισθημα αἰσθητήριον ἀσθητικόν uocant. Eſt enim ſenſus potētia
& actu ut uiſus & uiſio in actu quam ſenſationem nuncupant quo ferme modo ſciētia/
niſi quod ſenſus actus extrinſecus: ſcientia uero ītra hominem actus: Et hec uniuerſaliū:
ille ſingularium ex potentia igitur in actum non agendo ſed patiendo cōmigrat. Senſus
enim a ſenſili non ad corruptionē ſed perfectionem patitur Hi omnino quinque uiſus
auditus guſtus olfactus tactus qui ad unum directi tantum/ad contraria quemadmodū
intellectus minime ualent. Senſus item uirtus duplex longe deinde critice ſentire in hac
ultima pſtamus quam abellius in altera ſuperemur. Senſilia propria que ſingula ſingulis
opponuntur. Cōmunia uero uocat Ariſtoteles quietem motum numerū figurā magni/
tudinem Ex his duo tantū ultima tactui & guſtui eſſe cōmunia cōmētator aut cōtra Themiſtiū q̄ cōmunes poſuit omnis ſenſoria: ipſa ſunt organa quibus ſentimus eodē cū po/
tentiis ſubiecto potentiæ namq; ſenſoriū uirtutes exiſtunt Hec Ariſtoteles elementis acco
modat uiſum aquæ auditum aer.: Olfactum igni guſtum tactumq; terræ Actus & obie/
cta nobis potentiis notiora: potioraq; quod harum ſunt termini potentiæ namq; ad actū
ordinem ac relationem referunt nam per actus obiectio diſtinguntur.

De uiſu deq; colore ac diaphano. II

i

NTER Senſus exteriores uiſus nobilitate præſtat hūc empedocles & Pla
to in Timæo igni accomodant refellente Ariſtotele ac dicēte quod eo mo
do uidendi actus ſicuti e lucis ſplendore egrediens uel in tenebris uideret.
Non enim uerisimile in tenebris lucem extingui ſed potius in humore: Ve
rum hoc minime contingit: quare falſa eorū opinio. Humor itaq; cōcretus
ex humida parte cerebri profluens intrinſecus deinde aer extrinſecus tanq̄ duo diapha/
na: uidendi ſunt cauſa illud quoq; non paruum iudicium aquæ quod oculis corruptus
humor profluit & lachryma. Viſus omnino triplex directus refractus & reflexus de qui
bus Euclidis optica & cato catoptica Nec ſubſtantiam ſed colorem cernit ac figurā alioꝗ
quin noctu quoq; ipſam cerneret ſuſtantiam namq; ſola mēs nouit/uiſus igitur propriū
obiectū color qui & ipſe in luce cōſpicitur lux enim entelechia diaphani qua diaphanū
cui rei eſt inditio: admotus prope oculus: color minimum uidebitur ſed color quidem

diaphanũ hoc eſt aerem mouet Nec bene Democritus putat ſi uacuũ eſſet Q uod ĩ me/
dio eſt adſpici poſſe/uel ſi formica in cœlo foret Hoc enim ne fieri nequaq̃ poteſt : quia
ſenſorio patiente uel ab ipſo colore uiſo uel certe abeo quod eſt in medio neceſſe eſt ui/ cõtra Democritum.
dere:Sed ex colore quidem non poteſt:quod is quemadmodũ dixi oculis prope admo
tus non adſpicitur: relinquitur ut ſenſorium ex eo quod eſt in medio pati.Ita neceſſe fue
rit aliquid in medio interuenire ut color adſpiciatur:Viſus itaq; hoc modo non agit ſed
ex obiecto patitur.Q uoniam lux ſolis uel ignis:hoc eſt diaphani actus ſenſorium niſi
forte morbo aut uiſibiles hyperbole corruptum fuerit per aera medium mouet. Sed de
colore ac Diaphano rurſus paucis diſſerendũ.Aer enim & aqua diaphana non ſunt niſi
actu hoc eſt luce adueniente:ſiue luce uero:potentia tantum diaphana dicentur. Lux ue/
ro ipſa ex accidente:diaphani color eſt:nec certo circunſcriptoue loco ſed tota in toto ful
get lux itaq; & tenebræ in diaphano uelut in ſubiecto exiſtunt / cuius potentia tenebræ/
actus uero lux.color diaphanum mouet diaphanum uero uiſum . Corporis extrema
color & ſuperficies ſimul:qua corpus:ſuperficies:qua uero diaphanũ.color quoniã om/
ne corpus diaphanum aut terminatum ut aqua & aer:aut indeterminatum propria ſup/
ficie hoc eſt ꝓprio caret colore ſed externum colorem ſicuti & figuram recipit color igit̃
tantum terminati eſt diaphani quapropter ut aeris colores lux & tenebræ quamuis non
proprie dicuntur:eodem modo incorporibus media extremis certa proportione concor
dantia uiſuum oblectant.Sunt purpureus miluinus puniceus luteus glaucus ceruleus ful/
uus flauus pallidus uiridis uenetus:omnes ſane medii inter album & atrum colores.

De reliquis ſenſibus exterioribus. III.

VDITVS Vero aeris eſt & ſonus aer Q uod enim actu ſenſile/hoc poten
tia ſenſorium fuerit.Aer enim non ſolũ auditus ſed & uiſus & olfactus dia
a criticus eſt Differt autem a uiſu auditus quod uiſus ilico ac citra temporis
interuallũ obiecto cum ſenſu coniuncto creatur.Auditus ſæpe per interual
la quod ob aurium inuolucra que in noxiorũ tutelã natura tribuit/ tardius
ad ſenſorium ingrediatur Altera deinde cauſa quod ſonus non omnem ſtatim penetret
aerem ſed primo propinquum/deinceps alium ex alio tranſmittit ac per ſucceſſiões quo
dãmodo aſſenſus peruenit Aer enim proprio quodãmodo ĩ aere mouetur ut ſoni diffe/
rentias tanq̃ in ſeceſſu iudicet inditio eſt immiſſo digito aurem ſemper ſonare quod in/
corrupti ſenſus eſt admodũ ſignum Ex quo & ſub aqua audire contingit quod ab aurũ
uolucris aqua repulſa aerem intra genitum corrumpere nequaquã ualet Sonitus autem
non una in re fit ſed expulſante pulſatoq; corpore ac ſemꝑ refractus ſicuti & lux:ſitq; quã
quã non clare:ſemꝑ Echo:clarius enim in cameris & uallibus:tanq̃ pila muro repcuſſa Echo
reddetur Aeris præterea reſpiratione natura ad res ꝑcipue duas utitur:ad uocem Deide
ad interiorem uiſcerum refrigerationem.Olfactus ignis ſenſoriũ eſt quod odor fumea
quedam euaporatio ſicut in libro de ſenſu dicitur in libro autem de anima eundẽ aquæ
aut aeri tribuit ignem uero aut nullius eẽ aut omnibus cõem/nullũ enim ſine calore ſen
ſorium dicit.Terram item aut nullius eſſe aut in tactu guſtuue maxime miſceri Ex quo
ſequitur nullum extra aerem & aquã ſenſoriũ eſſe. Odor guſtui maxime cõſanguineus De odore & guſtu.
quod eius extremæ qualitates dulce & amarum intermediæ item acutũ pingue auſterũ
uehemẽs guſtui quoq; ſunt cões Præterea conueniũt quod ea que ſine odore plerunq;
ſine ſapore ſint ut elementa oia differunt aũt quod horũ alterũ peſſimũ q̃ cæteris eueniat
animalibus habemus guſtũ uero ac tactũ ob eius tenuitatẽ longe ſupra.Odorantur & ex
ſanguia inditio eſt quod uehementi odore corrumpuntur Sed dubium ſi reſpirãdo odo
rantur.Animalia uero ſpirantia ſub aqua minime odorant̃ Pythagorei quedam aialia
dicunt ex odore uiuere quod minime ꝓbat Ariſtoteles dictitans cõpoſitũ eſſe quod nu/
tri oportere ex quo cibi excrementa etiam in planeis fiunt ut lachryma reſinagumini q̃

Theophraſtus uis in quibuſdam minime fiant ut in cicadis quod ſine membris exiſtant & digeſtū accí
piunt ex terra nutrimentū quantū ſat eſt. His quoq; theophraſti ſententiā addam dicentis
calidū & igneū odoris eſſe cauſam:ſupfluum humorem tanq̃ rem putridam ex ſiccans
Q uamobre loca in orbe calidiora ut Aethiopia frutices odoratos gignunt. Plutarchus
quoq; ut ait magni Alexandri carnem odoratam ob uehementē in eo calorē extitiſſe te/
De guſtu & ta/ctu ſtatur. guſtus tactuſq; propriores terræ ſenſus quorū ſenſoria alteri caro:alteri lingua ſen
ſile uero ſapor in guſtu. Eius etiā qualitates ut in olſactu ſuperius enarraui apparent fit
enim eſicco terreo ni aqua diluto Non enim aqua ſaporum materia qum odore ſapo/
req; omnino careat ſed ni aqua ueluti colores fiunt. T actus ſenſoriū caro:& in ſanguine
carentibus proportione carnis. Q uidam tamen cor potius putauere carnem uero medi
am ut in reliquis ſenſilibus aerem:quod item Ariſtoteles minime probat / qum alioqui
id ſenſuū omniū receptaculū ac primū & cōmune ſenſoriū ponat. Senſilia tactus molle
duruq; potiſſima Sed & calidū & frigidū & ſiccū & humidū. Q uare addubitauere quidā
an unū tactus antitypū ſeu plura ob ſenſiliū uarietatē exiſtāt ſed & idē & uiſui & olfactui
uidemus euenire/multiplices ſcilicet odores:tum colores eſſe tactus item ac guſtus hoc
diſtant/quod reliqui ſenſus non materiā ſed formam ſenſilibus accipiunt ut uiſus nō al/
bū ſed albi rationē ſummit/nec albus dicitur uiſus. At in guſtu tactuq; dulcis ob ſaporē
lingua & calida ob tactū:frigidaue caro efficitur Præterea cæteri ſenſus ad id potiſſimū
conſtituti ut bene animalibus ſit hoc tātū uti ſint Et alii hyperoche ſenſiliū corrumpunt/
hoc autem uno corrupto:animal eſſe definit. Cur autem longinquitate ſentiendi a cæte/
ris animalibus ſuperamur:qum ſenſus iudicio & acuitate preſtemus in libris de anima
lium generatione cauſa adducitur. Q uemadmodū meatus longinquior qui tanq̃ fiſtu/
la ſenſibilia excipit cauſa longe ſentiendi exiſtit:qua ferme re præſtant belluæ Nam pro
ductioribus pleræq; ſunt auribus ut canes præſertim laconici Et oculi quo magis ī receſ
ſu cauo fuerint:procul magis adſpiciunt inditio eſt Manus frōti oppoſita qum remotius
quid proſpectamus. Acuitatem uero & iudicium/membranæ tenuitas facit: qua p̄cellūt
homines:quibus autem tenerior cutis hi critici maxime Poſtremo in libro de ſenſu qua
litates ſenſilis eſſe in infinitū diuiſibiles ſi & corpora:qum incorporibus illæ ſint affirmat
Contra uero ſentientes confutat. Libro autem tertio de anima circa finem de parte diſſe
ritur q̃ ſecundum locū mouetur/cuius cauſam appetitū & intellectū practicū ſiue phanta
ſiam eſſe dicit Nam multa quidē appetunt que minime mouentur. Omnia namq; ani/
malia que cæteris carent ſenſibus tactum habent ex quo & phantaſiam habere & appeti/
ζωόφιτα tum & dolere & delectari pariter eſt neceſſe ut ſunt conchæ marinæ que ζωόφιτα
uocātur/mediamq; inter animalia & plantas tenent naturam Sed ante hanc eam animi
partem q̃ rationis eſt particeps attingit:quam in opinionem Dianoeam & mentem diui
dit. Opinionem poſſe decipi dicit quia in pleriſq; cognitio quedā non quid ſint ſed quo
modo ſint (nam de ente ſcientia tantum) ſed non ſint/aut quomodo non ſint: Q uapro/
pter opinio dicetur habitus intelligendi ratiocinatiuus circa ea que ſe poſſunt aliter ha/
beri. Dionoeam uero definit Rationis diſcurſum ſyllogiſticū aduerū eſſe ſymperaſma:q̃
quidem uera per ſe ſit/ex accidente uero quandoq; falſa ob errorem ī cauſis quas ad ip
ſam nequaq̃ indagare pertinet:ſed qualeſcunq; accipiat/ueras per illam inducens illatio
nes Nam de ipſis tantum pricipiis ſcientia que nam ſint:uera/an falſa:media uel nō me
διάνοια dia:ſi demonſtrari uel non demonſtrari queant ſolum querit Q uare apud latinos ad/
huc nomen non inuenit niſi forte Ratiocinationem interpretari uelimus nam Dianoeā
quam Rhetorici ſententiam dicunt alia eſt Noſtri autem theologi hanc partem intelle
ctum diuidentem & componente appellant. Mēs uero entelechia & perfectio quaſi ani/
mæ ipſius ſicut Anima corporis ponitur. Animam namq; mediam corporis & mentis
νοῦσ eius ſapere partem cui propenſa fuerit uoluere Hanc greci νοῦσ noſtri doctores intel/
lectum ſimplicem uocant. Hic quoq; multifariam ſecundum multiplex eius officiū &
poteſtatem deducitur Practicus theoriticus agens: potens:inhabitu in actu quapropter

modis eum conſiderant modis Primo ut uacuam tabellam anteq̃ ſit ſpetie rerum ulla
occupata:apta nihilominus apprehendere .Secundo quum diuerſa rerum ſpetie & cogni
tione illuſtrata uacat. Tertio quum non uacat ſed meditatur atq; intelligit Poſtremo quum
circa ſuum intellectile iugiter uerſatur/quam poſt mortem Chriſtiani in æterna patria ſe
conſecuturos ſperant .

Platonis de anima opinio in uniuerſum. IIII/

ACTENVS Ex Ariſtotele magna ex parte Platonis deinceps opinio re/
cenſenda is enim in Timæo animam non entelechiam ut ille ſed elemen
tis & rerum omnium initiis per ideas que ſunt formæ rerum ſubſiſtentes
eductam ac propterea æternam eſſe arbitratur Pythagoreū ſecutus dogma
Similia non niſi a ſuis ſimilibus comprehendi. Quod etiam Empedocles
ſentiens in ſuis ait carminibus. Terram terreno comprehēdimus:æthera planis.Humo/
rem liquido noſtro ſpirabile flatu Pacem tranquillo litem quoq; litigioſo. Nam & his il
le initiis quum cætera omnia:tum animæ ſubſtantiam conſtare cenſebat ideoq; penes eam
rerum omnium ſcientiam ſumus ſeu ſimilitudinem habentia comprehendentē intelle/
ctum eius inſuper numeris eo modo quo ſupra narraui referebat. Trium omnino ge/
nerum animas facit mundi prius uniuerſi nam animal intellectuale mundum eſſe affir
mat Quod & Virgilius in ſexto ſatis iudicare uidetur principio cœlū ac terras cāpoſq;
liquentes.Lucentemq; globum lunæ Titaniaq; aſtra ſpiritus unus alit Deinde ſpherarū
aſtrorumq; omnium & hec trium uerſus generum. Dæmonum aeriorū qui inter deos
hominesq; ſunt.Secundæ hominum q̃ inter dæmones beſtiaſq; conſiſtunt Tertiæ bellua
rum citra rationem.Igitur hominum animas non ſolum perpetuas ſed æternas ab ini/
tio deus ætheris inuoluit corporibus aliis alias aſtris accōmodatas : deinde incorpora
demerſit Ex quo non ſcire ſed præteritorum reminiſci putabat Partes quoq; tris incorpo
re Rationalem in capite. Iraſcibilem in corde/ut uiua ratione emendentur.Concupiſci/
bilem in epate procul a ratione/quod minus hoc uitiū rationi obtemperet. Tribuit item
cuiq; animæ mentem aliquam cuſtodiæ gratia que ad uirtutem eam adhortaretur Præ/
terea in Philebo & Phedone uiri probi animam ad dei factam ſimilitudinē dicit Quæ
enim in terris ſenſus perturbationem ſugerent ad ſtellas ſuas reuolarent que autem ferī
nis cogitationibus ſuperarentur/poſt mortem in alia tranſirent ut corpora pro criminū
qualitate ſuſcepta / & ambitu quodam quaſi bruta per errarent/donec mente perturba/
tiones/ac uitia ſuperante purgatæ ad ſtellam ſuam reuerterentur apud inferos purgatio
nes eſſe dicit in ſtyge Phlegetonte & Cocyto magna uero ſcelera perpetrantes ac tyran/
nos ad Tartara funditus mitti ubi perpetuo crucientur Locum hoc modo medium eſt
noſtro dogmate ponere uidetur.Immortalitatem uero ipſius ex motu potiſſimum pro
bat ſe namq; mouere ipſam dicit Quod autem continuo mouetur immortale eſt Nam
omne mouens moueri probat Et quoniam infinitum non proceditur:primum mouēs
in unoquoq; ordine ſeſe mouere Ex quo facile ſequebatur ut inter animalia mouens pri
mum eſſet anima que ſeſe item moueret:Vnde & brutorum animas etiam immortales
putauit.Hec ſane ratione duplici refellit aquinas Prima quod iam alibi probatum quē/
admodum omne quod mouetur eſt ex ſe corpus Anima uero quum ſit incorporea/quo
modo moueri niſi ex accidente poterit:Deinde mouens qua actu & motum qua potē/
tia in eodem ſecundum idem eſſe nequit:ſed opus ſi aliquid ſeſe mouere dicitur ut pars
eius altera ſit mouens:altera uero ſit mota quo ferme modo animal ſeſe mouere dicit/
Hoc eſt anima mouens & corpus motum.Sed quoniam Plato corpus animam non po
nebat non de hoc motu proprie dicto ſed de qualibet motiōe dicere uidebatur. Quem/
admodum & Ariſtoteles libro de anima tertio ſentire & intelligere motus quoſdam eē
ponit quo ſane modo motus non in potentia ſed in actu eſt abſoluto Ex quo animas

ſe mouere citra corporis adminiculum agere dictitabat quod i cæteris quidem formis
minime ſolet euenire que citra materiam non agunt Non enim calor ſeparatim ſed ca/
lidum calefacit. Igitur quod per ſe agit per ſe itum ſubſiſtere poſſe palam affirmabat. Ve
rum confutata omnia. In brutis enim ueram principii motus rationem anima non ha/
bet ſed inſtrumenti ab ipſa natura impulſi/haud aliterq̃ elementares qualitates i ſuis age
re motibus unde animæ brutalis motus qui ſentire eſt:citra corpus fieri nequit: quod &
in appetitu qum corporis fiat aliqua mutatione clare apparet. Aeternas iſuper poſuit ani/
mas nonnulli uero alii unum tantum intellectum æternum putaueri ſiue hic agens ut
placuit alexandro ſiue potens ut cōmentatori fuerit. Quidam uero catho'icam profiten/
Origēis opinio tes fidem Platonicorum doctrinis imbuti mediam uiam tenuere Humanas animas nō
quidem æternas ſed eas cum mundo ſiue ante mundum creatas putauere cottidie nihi/
lominus de nouo alias creari ſed editas antea corporibus quidem loco pœnarum con/
iungi nam ante corpora peccaſſe illas exiſtimant pro quæ culpæ modo corporibus no/
bilibus aut ignobilibus:quibuſdam quaſi in oleſtis carceribus coniunctas fuiſſe Mani/
Manicheorum opinio. chei una cum platone ſentire eas æternas ac de corpore ad corpus tranſire uidentur obi
ciunt & ſacros libros dictitantes Requieuit die ſeptimo/quod de ſpeciebus catholici nō
indiuiduis uti ſupradiximus omnino intelligūt obiciunt & Ariſtotelē falſo tamē qum
Ariſtoteles ppa tuá nō æternam dixit animam i tellectilem. ille intellectum non æternum ſed perpetuum ab aliis dixerit ſeparari partibus Et in.xii.
metaphyſicæ qum animam intellectiuam ab aliarum formarum conditione exceperit
non ait:quemadmodum forma huiuſcemodi ante materiam fuerit quod Plato de Ideis
affirmabat:ſed tantum ait manere poſt corpus. Corrupubile namq; & incorrupubile di/
uerſi generis eſſe in.x.tractatus eiuſdem ſatis oſtenditur.

Quemadmodum anima immortalis. V.

MMORTALITATEM Ipſius multis argumentis deprehendere uale/
mus interque aquinati ſunt hæc. Nulla forma niſi actione contrarii corrū/
pitur ſicuti calor ob frigidum/uel ſubiecti corruptione ut uiſus oculo deſti
tuto:ſeu cauſæ defectu ut aeris lumen ſole deficiente at intellectui contrari/
um nihil:qum omniū plane cōtrariorum ſit capax non ſubiecti corruptio
qum e corpore minime pendeat/neu cauſæ defectus quam nullam aliam q̃ æternam ha
bere poteſt uti poſtea dicetur. Item ſi anima una cum corpore deficit/opus ut ex eius de/
bilitate ipſa quoq; debilitetur ipſi namq; ſenſus a ſummis ſenſilibus atteruntur intellectus
uero a ſummo intelligibili perficitur. Item quo magis conſeneſcit homo bene alioquin
a natura inſtitutus eo magis & intelligit & cognoſcit interdum laborante corpore & ip/
ſa laborat/non ſui ratione ſed illius cuius & inſtrumentis & uiribus indiget Deinde q&
ſeſe uideat/quoniam ea que intelliguntur a materia ſeparata ſunt & ipſe intellectus ſpe/
ciei receptor exiſtit:& id quod ſcitur ipſa eſt ſcientia/id deniq; quod intelligitur:ipſe intel
lectus. Ariſtoteles de ipſius immortalitate recte quidem ſentire quanq̃ non apud omnis
uidetur/duobus preſertim in locis in primo de anima ubi perpetuum a corruptibili di
uidi dicit & in.xii.metaphyſicæ ubi ait formas reperiri eſſentiales quę corrupto corpore
uiuant:exemplum animæ intellectiuæ allegando. Sed contra in libro ethicorum aliqui
offerre nobis uidetur quod locum poſtmortem felicitati negauerit. Ex quo loco Alexan
der Aphrodiſeus eum clare animam poſuiſſe mortalem fatetur ſimiliter & Gregorius
Nyſenus formam minime ſubſiſtentem putauiſſe teſtatur. Et commentator unicum in
cunctis intellectum eſſe ex eius affirmat dictis falſo quidem omnes ut ait Aquinas quis
pro Ariſtotele magnopere inſtat ut in ſequentiū progreſſu commemorabo Nos igitur
in edocti diuinitus ſumus ut corpus primum in utero anima plantæ ac plane uegetabi
li uiuere incipiat:mox ſenſili ex ipſa natura Poſtremo intellectuali cœlitus demiſſa Eius
diuinitatem quanq̃ ex humanis rationibus predictis deprehendere poſſumus duoū

reſtant loci qui ad mores æquumq; pertinent primum congruū conſentaneūq; ſane eius iuſtitiæ pariterq; bonitati qui omnia ſumma regit æquitate uidetur/quod qum in hac uita indiſcreta omnia uideamus:examen quandoq; malorum honorumq; futurum ac cuiq; pro meritis ex illius iudicio tribuēdum Deinde ut ait Cicero philoſophi omnes quorū uita moreſq; probati ut Socrates & ſocratici fuere:immortalem animam dixere at hi qui cum uoluptate fediſſime uixerunt contra ſunt opinati Non ergo uerisimile ut de rebus animæ uerius homo uoluptarius aut ebrius qui ex propriis moribus finem iudicat ꝗ ſobrius ac caſtus exiſtimet.

¶ Quemadmodum ſuſtantia intellectualis ſimplex & incorruptibilis. VI.

ſ I Animæ ſimplicitatem uideas:incorrupubilitatem fateberis una enim excepta diuina ſimplicitate/cui nihil eſt omniuo compoſiti humāo pariter & angelico intellectu nihil purius Forma eſt citra materiam ſubſiſtens: cui tātum dico nihilominus inueniuntur:Ipſius eſſentia ꝗ cōmunis eſt admodū/& ipſius eſſe:quod eius eſſentia non eſt Potentia ſcilicet & actus aut quod eſt & quo eſt.Inſubſtantiis enim intellectualibus forma ſubſiſtens eſt Forma uero eſt id quod exiſtit.Ipſe namq; actus quo eſt dicitur.qum per actum quodlibet eſſe cenſeatur. Inſubſtantiis omnino corporeis duplex compoſitio prima quidem ipſius ſubſtantiæ ꝗ ex materia conſtat & forma altera uero ex ipſa ſubſtantia iam cōpoſita & eſſe: quod rurſus dici poteſt quod eſt & eſſe.Sic igitur palam quod actus & potentiæ compoſitio longe magiſq; ꝗ illa ꝗ ex materia & forma conſtat extenditur forma namq; ac materia ſubſtantiam tantum materialem potentia uero & actus ens cōmune omnino diuidunt.His itaq; conſideratis eius incorruptionem deprehendere facile poſſumus qum omnis corruptio per formæ ſeparationem a materia fiat:ſimplex quidem per ſubſtātialis formæ ſecundum uero quid per accidentalis formæ ſeparationem:Demonſtratum iam quemadmodum nulla ſubſtantia intellectualis ex materiæ forma conſtat/nulla ergo corruptibilis.Item natura nihil fruſtra quodlibet intelligens non ſolum ſpetie ſed etiam numero perpetuum eſſe deſiderat Entia namq; omnia natura eſſe cupiunt corruptioniq; quoad liceat reſiſtere uidentur.Sed que ſunt rationis experua tantum preſens & tempus & deſiderium reſpiciunt:perpetuum uero ac futurum minime:quanq̄ ſpecie prorogari uelle uidentur/abſq; tamen iudicio & ſponte naturæ improuiſo ac temere feruntur. At itellectus perpetuum & reſpicit & cupit & prouidet.

¶ Quod anima humana non autem pecudis ſubſtantia ſit contra Platonem. VII.

u T Autem hæc animæ res ab omni procul materia clarius uideatur contra Platonem Pythagoramq; & eius ſectæ homines rurſus ſpecula dirigenda Is enim inter intellectum & ſenſum nullum diſcrimen poſuit:utrunq; e corpore pendere exiſtimans quod ſicut intelligere ſic ſentire animæ cōueniret Ex quo brutorum animas ſubſiſtentes etiam ponebat cætero autem intellectum a ſenſibus diſtinxit. At Ariſtoteles eum citra corporeum omnino putauit organū Ratio.quod rerum naturas omnium depræhendere ualeat. Opus namq; ut aliquid cognoſcens nihil eorum quæ noſcit naturæ propriæ inſitum habeat/ quod reliquorum facile cognitionem impediret.Verbi gratia lingua egrotantes qum humoribus ſit infecta: humorum ſaporumq; recte aliquid deguſtare minime poterit ſed æque omnia uidebūtur amara.Si quis item alium ederit:alterum deguſtantem minime ſentiet.Sic itaq; intellectus ſiquid alicuius corporis in ſe gereret Reliqua noſſe corpora nunꝗ ualeret corpus namq; omne materiam preſcriptam retinet aliquā Nequit ergo intellectus eſſe corpus. Similiter autem & per organum corporeum deprehendere non ualet quod illius natura organi terminum habens/reliquorum item corporum notitiam auferat quemadmodum ſi certus color non ſolum in pupilla ſed etiam in uitreo conſiſtat uaſe : liquor omnis infuſus eiuſdem protinus coloris apparet.Mens itaq; ipſa per ſeſe agere abſq; corporis cōmunicatione poterit quod autem per ſe agere:per ſe item ſubſiſtere ualebit agere

Anima ſoluta ſuppoſitū etiam magiſtro appellatur.

namq; entis eſt actus:quamobrem non calor ſed calidum calefacit.Reliquum ergo quod
anima humana que intellectus ſeu mens appellatur aliquid incorporeum ſubſtantiuūq;
exiſtat:minimeq; obſtare uidetur ut organo corporeo tanq̄ obiecto utatur nam phantaſia
i'telectui ſicuti color uiſui comparatur.Sic enim & pecus ſubſiſtens aliquid nequaq̄ eēt/
quum exterioribus ſenſilibus ad ſentiendum indigeat.Neq; item illud nos oppugnat q̄d
anima hoc aliquid non exiſtat neq; propterea hypoſtaſis ſiue ſuppoſitum:qum pars tan/
tum compoſiti aquinati contra tamen magiſtri auctoritatem uideatur Biſariam enim ei
hoc aliquid accipitur.Primo modo pro ſubſiſtentia qualicunq;:ſunt & anima dici poteſt
Alio modo pro ſubſiſtente abſoluto in alicuius natura ſpeciei ut anima corpori coniun/
cta ſimul hoc aliquid ſeu hypoſtaſis ſiue ſuppoſitum dicetur : quibus etiam argumentis
ſenſum minime ſubſiſtere apparet/qum e corpore pendeat/ac ad unū tantum directus/
intellectus uero etiam ad contraria/nec ſe ut ille uidet Poſtremo a ſummo ſenſibili cor/
rumpitur ſicut ille a ſummo intelligibili perficitur.

¶ Quemadmodum intellectus ſit forma corporis contra multorū opinionem. VIII.

INTELLECTVS Item ſubſtantia iuncta corpori ut forma non ut motor
aut nauta naui quemadmodum Plato poſuit:nec ei per phantaſmata conti/
nuata ut cōmentator/neq; in humana natura præparatio ut Alexander/Nō
complexio ut Galenus non harmonia ut Empedocles non corpus aut ſen/
ſus ſeu imaginatiua ut antiquorū quidam dixere.Non deniq; mixta corpo
ri neq; omnino ſeparata/ſed ipſi tantum ut eius forma coniuncta.ex decreto atq; auctori
tate catholicæ eccleſiæ:ſimulq; Pariſiæ ſcholæ affirmatur Dionyſius in.x.de diuinis no
minibus diuinam ait ſapientiam ſuperiorum fines inferiorū principiis coniunxiſſe cor
pus enim humanum in corporum inferiorum genere ſupremū animæ humanæ omni
bus intellectualibus ſubſtantiis coelitus prouenientibus inferiori cōiungitur Exquo ori
zon ipſa quidem corporeorum & incorporeorum recte dicitur:qua eſt incorporea ſub
ſtantia/corporis tamen forma quemadmodum ad conchæ mediam inter plantas & ani
malia retinent naturam.Sed cōmentori primum reſpondendum is enim ſuam pertina/
citer opinionem ex Ariſtotelis tuetur auctoritate dicentis intellectum potentem ſubſtan
tiam eſſe in mixtam ac plane ſeparatam Nos enim ex eodem inſtabimus ac facile refel
lemus ſcribitur enim in libro de phyſica auditione quemadmodum in motibus & mo
tis nō in infinitum progredimur qum neceſſe ad primum uenire ſit motum qui uel ab
componi mouente & moto. Omne igitur huiuſcemodi eſt animatum Nam pri/
immobili moueatur / uel ſeſe moueat Si ſe mouet / e duabus oportet partibus
mū mobile ideſt coelum Ariſtoteli in.ii.de coelo eſt animatum ſed qua ſit anima uidea/
mus Ait enim in libro metaphy.xi.quod in coeli motu aliquid mouens omnino immo
tum conſiderandum aliquid uero mouens ac motum Primum intellectuale quidē eſt:
ac illi quod mouetur intellectuali quodam deſiderio deſiderabile.Igitur quod mouetur
coelum eſt deſiderans:intelligenſq; modo quidem nobiliore q̄ noſtro ut i libro.ii.de ani
ma oſtendit ubi ait Quibuſdam eſt intellectus ut hominibus & ſiquid eſt honorabilius
hoc eſt coelum.Palam eſt igitur quemadmodū ex eius ſententia coelum anima ſenſibili
careat / aliter enim diuerſa retineret organa quæ coeli ſimplicitati minime conueniunt:
quod ut clarius idem oſtendat/addit quemadmodum nonnullis de numero corruptibi
lium intellectus adeſt adſunt & aliæ potentiæ ut plane ſignificare uideatur quod alia re/
periantur incorruptibilia que cæteris animæ potentiis carēt ut coeleſtia ſunt corpora Nō
igitur ex Ariſtotele quod intellectus corporibus coeleſtibus per phantaſmata continuet
ſed quod eis ſicuti forma ſit innatus probari poterit:Sic itē & humano corpori inter hec
inferiora nobiliſſimo & coelo ab omni cōtrario abſoluto qualitate propriæ habitudinis
ſimillimo.Quod autem de coelo animato diximus nihil ex dogmate noſtro aſſeuerare
licet/qum nihil affidem.Vnde Auguſtinus in Enchiridio. Nec illud inquit exploratum
habemus an ad angelorum ſocietatem ſol & luna/reliquaq; ſidera pertineant Nam luci

tida corpora non ſenſibilia aut intelligibilia quibuſdam ſunt uiſa Plato eadem non ſolū animata ſed animalia dixit.

¶ Quod intellectus potens ſubſtantia ſeparata non ſit. IX

u ERBA Itaq; Ariſtotelica commentator uafre perperamq; interpretans hanc omnino alienam externamq; & a nobis ſeparatam exiſtimat. Si enim inq; intellectus ſeparatus puruſq; ac nullo modo mixtus nō eſſet rerum ſenſiliū ſpecies excipere non poſſet/non aliter q̄ oculus qui omnium colorum ſpecies recipit Si non omni careret colore/non omnem prorſus capere poſſet ſed eum tantum quo ipſe infectus eſſet Similiter & ſi forma intellectus : de materia hoc eſt de corpore eſſet ut aliquid ſummeret foret opus:qum forma & materia unum exiſtabit. Item in corpore uirtus nequit eſſe infinita ut in. vi. de phyſica dicetur auditione At intellectus potens eius eſt naturæ ut per eum res iudicemus infinitas Nō ergo intellectus uirtus in corpore. Sed quoniam ex his rationibus nihil ad nos pertinere uideretur/neq; ſane per ipſum aliquid intelligere niſi nobiſcum aliquo modo cōiungeretur ualeremus modum decernit quo nobis omnino coniungitur. Species inquit actu intellecta intellectus potentis eſt forma/quemadmodum uiſibile actu ipſius potētiæ uiſiue forma eſt Ex quo ex intellectu & forma actu intellecta fit unum cuicunq; igitur forma coniungitur ipſa & intellectus item iungitur autem per phantaſmata/quod ipſius formæ intellectæ ſubiectum que profecto uana eſſe faciliaq; repulſu apparent. Omne namq; cognoſces per uirtutem perſpectiuam obiecto coniungitur/nec contra/ſicuti & agens per uirtutem actiuam actioni coniungitur. Homo per intellectum ueluti per uirtutem intellectiuam intelligit:non ergo per formam intelligibilem perſpectiua uirtus intellectus ſed magis per intellectū intelligibili agglutinatur Item intellectus actu & rurſus actu intelligibile : ſicuti ſenſus ac ſenſibile unum ſunt. Non autem intellectus potentia & item potentia intelligibile Species itaq; rei ut eſt in phantaſmate/nequaquam eſt actu intelligibile Nec enim ſic eſt unum actu in intellectu ſed ut eſt a phātaſmate abſtracta quemadmodum nec coloris ſpecies quod in lapide ſed tantum quod in oculo ſit eſt actu ſenſibilis. Ad latā uero ſupra de oculi coloribus ſimilitudinem non quidem negamus:ſed ad probandum intellectum omnis eſſe materiæ ex partem non autem omnino ſeparatum facere tantum dicimus. Qua ferme ratione res infinitas quoq; facile iudicare itellectus poteſt: Quod ſecundo contra nos loco adductum fuit. Sed hec in ſequentibus mox omnia clarius.

¶ Quomodo abrutis non per intellectum practicum ſed potentem differt. X.

i Dem uero quando intellectum ſemel euertere & ab homine alienum dicere cepit/ne ipſum omnino inhoneſtet/tantum intellectu quem Ariſtoteles in tertio de anima & ſeptimo ethicorum practicum appellat a cæteris animalibus diſtare dicit Is enim cogitatiua uis eſt in medio ſita capite loco cuius extimatiuam cætera retinent animalia:Hec particularia iudicat comparat cognoſcit/eo ferme modo quo potens intellectus uniuerſalia Per huius uirtutem potentiæ homo homini preſtat ingenio:per huius habitus acquirit. Is deniq; cum puero naſcitur: Hoc ille antequam actu intelligat abrutis differt. Vocatur autem intellectus nomine:qd̄ per hanc uirtutem ſimul cū imaginatiua & memoratiua phantaſmata præparantur ut ea ab intellectu agente/actu quidem intelligibilia fiant. Veluti quædam exiſtunt artes que artifici materiam præparant. Huic itaq; falſæ omnino opinioni Aquinas ut hanc fere ſententiam reſpondet Omne ſeſe mouens ex mouente & moto componitur In hoie itaq; qui ſeſe ſicuti cætera animalia intellectus primum eſt mouens Nam & uoluntatem ipſe mouet Nec dici poteſt quod ſolus practicus quia is particularium qum in mouendo etiam uniuerſale accipiatur/quod potens reſpicit intellectus Ergo & is pars eſt in homine precipua qua ab ipſis primum beſtiis differimus. Item qum puer potētia ſaltem quāuis non actu intelligat opus ut in eo potentia ſit aliqua qua intelligere ualeat Hec potēs eſt intellectus. Opus itaq; ut hic ei tanq̄ pars eius tanq̄ intelligat coniuncta ſit Non ergo

De cogitatiua

eſt huius intellectus continuatio per phantaſmata Huic rationi Cõmentator ſic aduerſus inſtat puer potentia intelligens duplici quidem ratione dici poteſt prima qua phátaſmata que in eo exiſtunt potentia intelligibilia ſunt altera/quia intellectus potens cũ ipſo eſt aptus continuare/non autem quia ei iam coniunctus exiſtat Rurſus aquinas illi. Alia ẽ inquit potentia qua agens agere & alia qua patiens pati poteſt. Poſſe namq; itelligere pati eſt poſſe/qum intelligere ut in tertio de anima dicitur pati ſit quoddã. Non ergo poſſe puer intelligere ex eo dicitur quod phantaſmata in eo poſſint actu itellecta/qum ad agere poſſe pertineat Phantaſmata namq; intellectum potentem mouent Item aliquis potes agere uel pati non dicitur anteq̃ actiua uel paſſiua potentia adſit. Non ergo de puero iure dicetur/quemadmodum intelligere potens exiſtat anteq̃ intellectus potens qui eſt intelligendi potentia ſit ei coniunctus. Item aliter aliquis agere dicitur potens anteq̃ naturã qua agat habeat:& aliter poſtq̃ iam naturam habuerit ſed ex accidente in actione impeditur Quemadmodum aliter corpus ſurſum ferri dicitur anteq̃ leue ſit & aliter poſtq̃ leue ſit factum ſed in proprio motu impediatur puer enim potentia intelligens eſt non quaſi nondum naturam intelligendi habens ſed impedimentũ ut non intelligat. Ab actu namq; intelligendi ob multimodos in ipſo motus exiſtentes ut in ſexto de Phy. dicitur impeditur. In ſumma non propterea potens intelligere dicetur/quia intellectus potens q eſt intelligendi principium ei continuare ualeat ſed ei iam coniunctus continuanſq;. Verum ab actione propria ob impedimentum proibeatur: Quo deſinente ſtatim itelligit.

¶ Quemadmodum predicta theſis contra Ariſtotelem uideatur. XI.

h ANC Ille inſaniam ex philoſophi ſupradicti auctoritate probare nititur qum omnino contra ille ſentiat. Ait enim in.ii.de anima Eam eſſe actum corporis phyſici organici potentia uitam habentis:minime quidem dubitãdo ut ille ſonniat Deide eſſe partes animæ quaſdam ſeparabiles: Quæ nã fuerint/niſi intellectiuæ? Relinquitur ergo quod hec partes ſint actus corporis Nam quod poſtea ſuddit. De intellectu autem & perſpectiua potentia nihil eſt adhuc manifeſtum:ſed alterum animæ genus uidetur Non enim ex his uerbis intellectũ a cõmuni animæ definitione ſed a propriis partium aliarum naturis alienare uidetur/ſicuti qui dicit uolatile aggreſſibili alterum genus eſſe/cõmunẽ definitionẽ a uolatili non aufert unde ut oſtendat cur alterum dixerit/addit & hoc ſeparari contingit tanq̃ a corruptibili perpetuum. Si autem ut ipſe ait de intellectu & aliis æquiuoce dicitur Primũ æquiuocationem omnino diſtixiſſet/poſtea definiuiſſet ſic enim Ariſtotelis mos/aliter in æquiuoco procederet quod minime in demonſtratiuis ſcientiis decet Item in.ii.de anima intellectum perſpectiuam appellat potentiam/interq; animæ potentias numerat Nõ ergo intellectus extra humanam animam ſed ipſius eſt potentia quedam. Rurſus in tertio de anima De intellectu potente loquens eum animæ partem nominat dicens de parte autem anime/qua anima cognoſcit & ſapit. Clarius autem ipſius declarando naturam ſubdidit dico autem intellectum quo opinatur & intelligit anima Ex quibus ſane hunc aliquid eſſe humanæ naturæ palam ſatis oſtenditur.

¶ Contra intellectus potentis ciuitatem. XII.

ſ VPRADICTIS Igitur de cauſis motus cõmentator unum ac perpetuum omnium potentem intellectum falſo ponit cui noſter Theologus ſimiliter multis reſpondet argumentis Nam & unum huic librum dicauit. Vt enim potentiæ cuilibet actus accõmodatur ſic item una forma unius tantum materiæ forma Nos intellectum formam quandam corpori coniunctam diximus quicquid eſt:ex propria forma eſt:ex quo ſingula multa/diuerſaq; unam tãtum formam habere nequeunt Item ſi unus eſt in omnibus & eternis & hominecſue Peripatetici ferunt ſemper fuerunt ergo ſpecies intelligibiles ab æterno in intellectu extiterunt / non itaq; de nouo recipiuntur Vnde fruſtra ſenſus & phantaſia:ad Platonis opinionem redire licebit ut reminiſcamur tantum non ſciamus inſtat ille ac ſpecies intelligibiles duplex

ait habere ſubiectum/ex altero ſcilicet intellectu potenti æternitatem/ex altero phantaſmate uirtutem non alterq̃ rei uiſibilis duplex item ſubiectum Res extra animam & potentia uiſiua. Sed hec ſtare nequeunt quum actio perfectioq; æterni alicuius ab aliquo tempore facto minime pendere ualeat Species namq; intelligibiles quibus intellectus potens actu fit /a phantaſmatis que de nouo fiunt pendere nequeunt/quemadmodum uiſibiles a rebus que extra ſunt animam Item intellectus potens eſt quo animo intelligit Is autẽ ſi unus eſt & eternus opus quod in eo omnes intelligibiles ſpecies omnium qui unquã aliquid ſciuerunt recepte ſint Quilibet igitur noſtrum ea que ab omnibus itellecta ſunt facile intelliget. Ille rurſus ad hec. Quanuis unus inquit & cõmunis/per eum tamen nõ niſi per phantaſmata intelligimus. Hec uero alius alia ſunt uana omnino reſponſio Hoc ſane uerum ſi non unus ſed proprius cuiq; foret Phantaſmatis profecto indigemus ſed ſi cõmunis & æternus & in eo ſcientiarum omnium ſpecies exiſtant / quid phantaſmate opus? Quum enim per intelligibilem ſpeciem in actum ẽ reductus per ſeſe agere poteſt ut in tertio de anima dicitur Ex quo uidere licet illud quorum ſcientiã ſemel accepimus in noſtra eſſe poteſtate iterũ conſiderare quum placet/nec ob phantaſmata ullo modo impedimur: quum nobis facultas adſit quando uelimus eadem noſtre conſiderationi accõmoda formare/niſi forte organum impeditum ut phreneticis ac letargis euenire ſolet q nec phantaſiæ/nec memoratiuæ uirtutem liberam habent: Vnde in.viii.de phyſica auditione dicitur quod is qui habitum ſcientiæ retinet/quanuis iam potentia cõſiderans exiſtat/motore qui eum de potentia in actum reducit nequaq̃ indiget/ſed ipſa tantum potẽtia in actum prodire dum ei libuerit licebit. Si ergo per hunc cõmunem intellectum ut eſt in actum per intelligibiles ſpecies reductus quilibet intelligit/ poterit & idem omnia noſſe/quecunq; alius omnibus nota ſint unq̃ & omniũ ſanctorũ ſcientia conſiderare Sic ergo nullus doctore indigeret. Nugas ergo.

Alexandri Aphrodiſei de anima opinio. XIII.

LEXANDER In libro quem de anima ſcribit de intellectu male ſentiẽs ſic diſſerit. Potens & agens ita ſe ut materialis & formalis habent Materialis in nobis eſt qui & habitualis dicitur in eo nãq; habitus ab agente fiunt agẽs uero extrinſecus eſt & incorruptibiles uterq; ſeparatus ſimiliter quoq; & intellectiones deforis exiſtunt: quando intelliguntur tantum intellectiones fiunt Itaq; ſpecies intelligibilis agens dicitur intellectus Is cauſa eſt habitus ac per ſe citra materiam ſubſiſtere ualet Nam in re qualibet quod maxime proprium & præcipuum eſt & alius cauſa ut ita ſint Species rerũ intelligibiles perpetuæ ſunt intellectus quoq; illas apprehendens ſimilis eis fit Is ut placet Ariſtoteli foris eſt nobis ingenitus potens uero unacum corpore cuius eſt potentia/ unaq; cum habitu potentia & perfectione ſua interit Que quidem Alexandri ſententia tam de mortalitate potentis q̃ de unitate agentis intellectus a noſtris omnino exploſa.

Contra Alexandri opinionem de Intellectu Aquinatis reſponſio. XIIII.

NTELLECTVM potentem Alexander nõ uirtutem per ſe ſubſiſtentem ſed præparationem quandam in quadam elementorũ mixtione conſiſtentem ac corpori humano diffuſam poſuit/quæ influentiam intellectus agentis recipere potens eſſet Agens uero ſemper in actu eſt ut ipſe ait ſubſtantia quædam ſeparata/ex qua fit actu quis intelligens. De potẽte enim theſis cõtra Ariſtotelem omnino uidetur/quem in tertio de anima corpori minime mixtum eẽ affirmat/quod de aliqua uirtute mixtionem ſequente dici non poteſt: quemadmodum in ſapore / atq; odore plane conſpicimus / nec eundem aliquam ſenſibilem naturam habere ſed potius omnium formarum ſenſibilium receptiuum / iudicatiuumq; dictu/

tauit:quod de præparatione intelligi nequaq̃ poteſt/qum eius preparari magiſq̃ recipere ſit. Intellectus enim poſſibilis dum ſpecies recipit ab intelligibili patitur/eumq; tabulæ raſæ in qua nihil eſt pictum philoſophus comparat quod de preparatione nullo modo dici ualet. Item & agens patiente & faciens facto:& actus potentia nobilior Q uo enim aliquid a materia remotius/eo præſtantius:ex quo effectus ſua cauſa immaterialior non ẽ Q uamobrem in.ii.de anima dicitur. Senſus ſenſibilium ſine materia ſuſceptiuus intellectus uero intelligibilium uterq; abſtrait/alter a ſenſibili tantum rem ſingularem Alter a phantaſmate uniuerſalem itellectus item Ariſtotelis pars anime dicitur. Anima uero preparatio non eſt ſed preparationis actus & ordo potentiæ ad actum.

Contra Galenum de intellectu. XV.

g

ALENVS Medicus fere in eandem cum Alexandro ſententiam de intellectu potente conuenit Q um enim diuerſas in nobis animi perturbationes e diuerſis humoribus & habitibus cauſam traere animaduerteret/ eundem complexionem eſſe putauit atq; appellauit quod ſane eiſdem refellimus rationibus complexio ex qualitatibus elementaribus prouenit unde animæ principium eſſe nequit Actio namq; uegetabilis ſimul & cognitio ſenſitiua/ elementorũ qualitates excedet intellectus uero multo magis Deceptus autem fuiſſe uidetur / quod minime conſiderauerit aliter complexioni:aliter animæ perturbationes attribui complexioni namq; tanq̃ materiæ ut ira feruor ſanguinis Animæ uero tanq̃ principali ac finali cauſæ ut ulciſcendi appetitus.

Contra eos qui ſenſum intellectũ poſuere:& quomodo ſe intellectus intelligat. XVI.

n

ONNVLLI Vero intellectum ac ſenſum idem putauere / quos breuiter noſter Theologus confutat. Cætera nãq; animalia intellectu quidem carere illud imprimis palam oſtendit/quod minime diuerſa & oppoſita ſed ea ad que natura ſunt propria faciant Ex quo in eadem ſpecie/eadem penitus ſtudia eaſdemq; actiones uidere licet. Irundo ſimiliter nidificat Sic item cætera Item ſenſus tantum ſingularia noſſe eſt intellectus uero uniuerſalia. Senſus inſuper cognitio corporeorum tãtum/ſignum quod ſenſibiles qualitates que ſenſuum obiecta: ſũt propria in corporibus tantum exiſtant. Intellectus autem icorporea uniuerſaliaq; ut ſubſtantiam/ueritatem/relationes rerum definitiones & his ſimilia percipit. Q uidam cum imaginationem dixere quam cæteris quidem animalibus cõmunem eſſe id imprimis ſignum quod ſenſibilibus abſentibus & fugiunt & ea perſecuntur. Mõuens ac motum diuerſa ſunt ſed phantaſmata intellectum potentem ſicuti ſenſibilia ſenſum mouent ut Tertius de anima liber plane teſtatur. Poſtremo hic ſeſe minime cognoſcit/ neq; ſe oculus uidet Ille uero ut in eodem dicitur libro ſeſe contuetur/ſe namq; intelligere intelligit uerum id clarius aliquantulum quomodo fiat ex libro Alexandri de anima paucis repetam. Intellectus qum intelligit ex ſe ac proprie ſpeciem intelligibilem ex accidente uero ſeipſum intelligit/ea de cauſa quod intellectui accidat ut qum itelligit illud fiat quod ab ſe intellectum eſt. Antequam igitur actu intellectum intelligat/ipſum intelligere & id qđ intelligitur mutuo referuntur atq; oppoſita inuicem/uelut ea que ſunt ad aliquid habentur Q um uero utraq; in actum prodeunt/& unum fiat/ceſſat oppoſitio. Ideo intellectus actu qui idem cum intellecta ſpecie fit iure ſe intelligere dicitur quoniam idem quod intelligit fiat. Species enim a materia diſiunctas intelligit Non enim ſingulariter apprehẽdit ſed in ſingulari id quod eſt intelligit Neq; pari ratione ſenſum actu ſeſe ſentire dixeris licet ipſe quoq; ſenſibilium rerum ſpecies excipiat/ea demum de cauſa quia quecũq; ſentit uelut addita materiæ ſentit Nam in ſenſilibus aliud eſt eſſe rem & aliud eſſe rei neq; idem eſt / æs & eſſe æri Aes enim ſimul utrumq; eſt & materia & ſpecies Aeri autem eſſe non per utrumq; ſed per definitionem & ſpetiem eſt que ſubiecta ma/

Alexãder aphrodixeus.

Eſſe rem & eſſe rea.

teriæ inſitæ æs ipſum facit. Senſus igitur utrunq; uidet ſpeciem ſcilicet in materia Ideo oẽ
ſenſibile/hoc aliqd & ſingulare eſt. Intellectus uero & ſpecies & definitiones i uniuerſali.

ℭ Auicenne opinio dicentis formas intelligibiles in intellectu potente minime ſeruari. XVII.

VICENNA In libro quem & ipſe de anima edidit ſpecies ponit intelligi
a biles nequaq̃ in intellectu potente/niſi q̃ diu actu intelliguntur remanere
quia intellectus & intellectũ actu fit unum/forma ſcilicet intelligibilis ſicuti
ſenſus ſenſatum & ſenſile Dum uero non actu formæ huiuſmodi itelligũ
tur iam non in uiribus amplius apprehenſiuis exiſtunt ſed in conſeruatiuis apprehẽſiua
rũ ut in theſauro remanent. Quemadmodũ imagiatio/quæ eſt formarũ theſaurus appre
henſarum per ſenſum & memoria ſecundus ut ipſe ait formarum apprehenſarum ſine
ſenſu theſaurus uelut ouis quum lupi inimicitiam apprehendit uirtus autem apprehenſi/
ua ſeſe ad huiuſcemodi theſauros conuertens actu apprehendit. Palam igitur eſt quem/
admodum intellectus apprehenſiua eſt uirtus organo carens corporeo. Ex quo hunc ni
ſi quãdiu actu intelligit ſpecies ſeruare non poſſe dicit. Opus itaq; uel quod illæ i aliqua
corporei organi uirtute ſeruentur uel p quod ſe ſint exiſtẽtes: ita ut intellectus potens res
in illis ut in ſpeculo contempletur. Seu demum quod illæ ab aliquo agẽte ſeparato quũ
docunq; actu intelligit/ut in intellectũ fluant Primũq; horum trium fieri nequaquam po
teſt quod formæ in potentiis utentibus organis corporeis tantum potentia intelligibiles
exiſtunt. Secundum uero ut Platonis opinio ab Ariſtotele in metaphyſica confutatur. In
fert igr̃ p̃ðatq; tertiũ qđ quum actũ itelligimus: ſpẽs itelligibiles i itellectũ ab agẽte intelle/
ctu fluunt/quem ipſe quandam ſeparatam ſubſtantiam ponit ſiquis uero obiciat/quod
hoc plane modo inter hominem quumprimũ diſcit/& quum actu que prius didicit conſi/
derat/nulla foret differentia Reſpondet quemadmodum diſcere/nihil ſane aliud q̃ ſe in
telligentiæ agenti coniũgendi habitum acquirere exiſtat: unde facile ex eo formas huiu
ſcemodi recipiat. Ideoq; anteq̃ diſcat potentia eſt quaſi aptata. Hec in ſumma illius de his
rebus opinio.

ℭ Contra Auicennæ theſim Aquinas. XVIII

D Hanc Auicenna opinionem ex Ariſtotelis auctoritate magis impelli ui
debatur qui in libro de memoria ſpecierum intelligibiliũ conſeruationem
a oſtendit nequaquã ad animæ partem intellectiuæ ſed ſenſitiuæ pertinere ue
rum ſi diligenter conſideraueris theſim hãc aut parum aut nihil a Platonis
opinione differre uidebis. Ille namq; formas intelligibiles/quaſdam ſubſtã
tias ſeparatas/e quibus in animas noſtras ſcientia flueret eſſe dixit Hic uero ab initio ſub
ſtantiam ſeparatam intellectum ponit agentem in noſtrum fluere intellectũ nihil enim
quod acquirendæ ſcientiæ modum refert an ab una uel pluribus ſubſtantiis ſeparatis no
ſtra proueniat ſcientia/quum utroq; modo a ſenſilibus minie proficiſcatur/ quod eſſe om
nino falſum uſus clariſſime oſtendit Si quis enim aliquo ſenſu careat/ ſenſibiliũ quoq;
que per illum ſenſum cognoſcuntur ſcientia carebit Dicere item quod ex hoc quod in/
tellectus potens ſingularia q̃ ſunt in imaginatiua luce intellectus agentis inſpicit/ad uni/
uerſalia iuuatur illuſtraturq; Et quod uirium inferiorum actiones ſcilicet imaginatiuæ
memoratiuæ cogitatiuæ animas ad intelligentiæ agentis emanationem aptare uidetur.
Omnia uana. Viſit enim uidemus / quemadmodum anima noſtra eo magis a ſubſtan
tiis ſeparatis recipit & illuſtrat̃ quo a corporeis & ſenſilibus remouetur. quoue plus ab
imis recedit: ppiuſq; ad ſupiora accedit. Nõ itaq; ueriſimile phantaſmata reſpiciẽs ad in/
telligẽtiæ ſepatæ influẽtiã recipiendã magis accomodari Plato aũt ſuæ poſitionis tã lõ lon
ge ſapientius eſt proſecutus. Senſilia namq; poſuit ueluti formarũ ſeparatarum influen/
tiam diſponentia ſed intellectũ excitantia ad ea conſideranda/quorũ ſcientiã e rebus exte

rioribus ortam habebat. Aiebat enim quod ab initio ſcibiliũ omnium ſcientia in animis
bus noſtris ex formis ſeparatis prouenirer Vnde diſcere quoddam eſſe reminiſci dictita
bat. quod ſane uerũ ſi uera eius theſis appareret Nam qum ſeparatæ ſubſtantiæ ſunt om/
nino immobiles ſemperq; eodem ſe habeant modo/ſemper item ex eis in animam no/
ſtram/modo ſit capax ſcientia reſplendet. Item intellectiua cognitio longe ſenſitiua per/
fectior Si igitur in ſenſitiua eſt aliquid apprehenſa conſeruans/multo magis hoc intelle/
ctiua extiterit. Scribitur quoq; in tertio de anima/quemadmodum intelligibilia ad intel
lectum potentem ſicuti aſſenſum ſenſibiliaq; ſe habent. Ex quo palam quod intelligibi
les ſpeties in intellectu poſſibili ex phantaſmatis non autem e ſubſtantia ſeparatą exiſtũt.

¶ Quod intellectus agens ſuſtantia ſeparata non ſit. XIX

X His que ſupra diſſerui ſatis uideri poteſt quod nec intellectus agens eſt
unus omnibus ac ſeparatus/quemadmodum & Auicenna & Alexãder pu/
tauere qui fere cum Platonica ſententia de Ideis cõuenire uidentur Nam
idem officium agentem intellectũ ac ideas habere uoluerunt Auicẽnæ pla/
cet ut per cogitatiuæ memoratiuæq; uim intel lectus potens ad ſuſcipienda
phantaſmata intelligibilia ab agentis intelligentiis influentia diſponatur cõmentator autẽ
& Alexander ut per eoſdem ſenſus phantaſmata ab eodem agente actu intelligibilia fie/
rent decreuere. Prima enim Auicennæ ſententia facile reicitur/ quod intellectus potens
ad omnes actu ſpecies intellegibiles eſt aptus: nec aliqua præparatione ad eas ſuſcipien/
das ab agente indiget. Quin illi ut luci ſeu coloribus diaphanem comparatur: niſi forte
illæ contrariæ diſpoſitionis ſicut aquæ materia ad aeris formã per frigidi ac denſi remo/
tionem diſponantur. Intellectus uero potenti nihil contrarium quod ſpeciei itelligibilis
diſpoſitionem impedire ualeat Nam & ſpeciei intelligibiles etiam contrariorũ intelle/
ctui contrariæ nequaq̃ exiſtunt/qum alterius cognoſcendi ſit ratio: falſum enim ſiquid i
rationali diſcurſu ac iudicio accidit/id non ex eo quod in intellectu potẽti ſint aliqua fal
ſa ſed quod aliqua deſunt euenit. Hec rurſus Auicennæ theſis his fere congruere uidetur

Auicenne opinio de generatione.

que idem de rerum naturalium generatione dicit. Ait enim quod agentia omnia inferio
ra. per actiones tantum proprias afformas ſuſcipiendas que ab agente ac ſeparata intelli
gentia fluunt præparant. Eadem ratione affirmat quod phantaſmata intellectũ potentem
præparent ut formæ intelligibiles a ſubſtantia fluant ſeparata ſimiliter autem quod Ale/
xander & cõmentator dicebant ut per cogitatiuam imaginatiuamq; phantaſmata ad hoc
ut ab agente intelligibilia & intellectum potentem mouentia fierent diſponerentur con/
gruũ minime uidetur Si intellectus agens ſubſtantia ponatur. Hoc enim predictæ theſi ſi
mile omnino uidetur dictu tantũ quod agentia inferiora tantum ad ultimam ſint perfe/
ctionem deſponentia/que quidem perfectio ab agẽte ſeparato exiſtat quod Ariſtotelicæ
ſententiæ in. viii. metaphyſicæ omnino contrariũ Non enim anima humana ſe imperfe
ctius ad intelligendum habere q̃ naturæ inferiora approprias actiones uidetur. Effectus
namq; nobiliores in his inferioribus non ſolum ab agentibus ſuperioribus procuratur
ſed etiam ſui generis agentia requiruntur Hominem enim ſol & homo generant Alia
uero quedam ignobilia anima ex ſolis tantum uirtute citra ipſius generis actiuum prin
cipium extabefactione oriuntur. Intelligere namq; qum in rebus humanis nobiliſſimus
ſit effectus/agens ei remotum non ſatis ponere fuit ſed proximum oportuit Hanc igitur
rationem Auicenna ne ab errore ſuo de intellectu diſcedat minime admittit. qum om/
ne animal abſq; ſemine gigni poſſe aſſeueret.

¶ Quomodo inter ſe agens & potens habeant ex Ariſtotelis ſententia. XX.

RISTOTELIS Autem in tertio de anima contra ſupradictorũ opinionem in
ea fuit ac recta ſententia Agentem & potentem in eodẽ animæ ſubiecto cõſtare
dicit eoſq; ut lumẽ diaphano/ut autẽ materiæ: ut efficiẽtẽ cauſã materiali cõpara.

Hic agens & actuens ille patiens & ens potentia Quattuor item agenti tribuit quod ſe/
paratus:non mixtus:im paſſibilis:actu ſuſtantia horum duo prima potentem habere cõ/
munia paſſibilem uero partim non eſſe qua ſenſus non eſt:partim eſſe qua potentia ad
intelligibilia quartum uero quod actu ſuſtantia ſit omnino negat/dictitans quod ſit po
tentia ad intelligibilia/nihil horum ante intelligere omnino erat itaq; hunc plane intelli/
gentem/non ſemper intelligere dixit uerum quandoq; non intelligere qum ſcilicet potẽ
tia ad intelligibilia ſit:interdum uero itelligere/ qum actu eſt.Ex hoc enim actu fit quod
eſt ipſa intelligibilia.Agentem uero cuius uirtute intellectus actu fit/per ſpetierum abſtra
tionem a materiæ conditionibus ſuperiorem eſſe quandam uirtutem & hunc non quã/
doq; intelligere/& quandoq; non intelligere/ſed quia in actu:ſemper itelligere: Tres igitũ
exiſtunt intellectus:potens/agenſq; & in actu eſt enim in actu : dum ſimul uterq; utitur
Et hunc ſolũ eſſe ſeparatum hoc eſt organo non utentem corporeo ſicuti ſupra oſtendi/
mus dixit.Addam & his ut rem clarius uideas.Anima namq; intellectiua actu quidem
citra materiam ſed potentia atterminata rerum ſpecies exiſtit Phantaſmata uero contra/
actu quidem ſpetierum quarundam ſimilitudines ſed potentia immaterialia exiſtũt Ex
quo nihil omnino pugnat unam/eandemq; animam quæ actu eſt immaterialis uirtutem
habere per quam actu phantaſmata citra materiam faciat/a materia indiuiduales condi
tiones abſtraendo quæ quidem uirtus intellectus dicitur agens Et aliam rurſus ſpetierũ
huiuſcemodi receptricem quæ potens dicatur quod ſi agentem ut nonnulli uolunt ſepara/
tam & externam uirtutem faciamus minime pugnabit:quin eadem uirtus a ſupremo ip
ſius dei intellectu nobis proferatur qum ſit omnium creator & inde anima noſtra lumẽ/
omnino intueatur ut plane per pſalmum admonemur ſignatum eſt ſuper nos lumẽ uul
tus tui dñe.Quamobrem illis facile reſponderi poteſt : qui unum ponunt in omnibus
agentem ſi enim unus:& ſeparatus:eo modo quo ſupra diximus omnino eſt. Si autem
aliquid animæ ut ſigillatim multiplex reddatur eſt opus.

Confutatio illorum qui dicunt intellectum non eſſe formam corporis. XXI.

ON Opus ſubſtantiam intellectualem quãuis in materia ſit formam pro
pterea materialem eſſe non enim materiæ ſicuti & cæteræ formæ uniuerſa
uel in materia penitus comprehenſa nec tamen eo quia intellectus corpo/
ri ut forma coniungitur dici poteſt id quod a noſtro philoſopho affirmat
ut a corpore ſeparatus exiſtat.Eſt enim in anima eſſentia/ deinde potentia
conſideranda non enim neceſſe ſi anima ſecundum ſubſtantiam ſiue eſſentiam ſuã/for/
ma eſt corporis ut eius oĩs actio/ac uirtus per corpus fiat/aut alicuius corporis ſit actus
qum ex eo minime pendeat.Inquit enim ille de intellectu potentẽ quemadmodum ſe/
paratus:nõ mixtus:impaſſibilis quibus ſane uerbis minime probatur quẽadmodum cõmẽtator
aſſeuerat ut ſubſtantia intellectiua/non ſit corpori humano ſicuti forma coniuncta:eſſen
tiamq; tribuens nec item hoc ex eo probatur quod idem intellectiuam potentiam / quã
perſpectiuam uocat/non dicat alicuius organi eſſe actum/ita ut ſuam uirtutem per illud
exerceat.Si enim actum corporis organici ponit animam/non tamen itellectus eius par
tem atq; potentiam excludit quodquidem ex eo magis oſtendit quod ĩ fine primi de ani
ma contra illos ſcribit Qui animam ĩ diuerſis corporis partibus diuerſas ſui partes ha
bere dicunt Si anima tota corpus continet totum par eſt unam quanq; partem aliquid
corporis continere/quod ſane falſum:qum intellectus ſupradicta de cauſa ex nullo ue/
niat organo corporeo nullamq; incorpore ſedem obtineat Itaq; itellectus & actus & for
ma & potentia quiddam eſt animæ, anima uero corporis totaq; in toto & tota in
qualibet parte que enim totius tantum & non ſingularũ partium accidentalis eſt.Vt pul
kr ac trianguli nec ita indiuiſibilis ut punctum/neu ſic incorporea corpori cõiunguntur ut
inuicem ſolent corpora.

Quod anima ex ſemine traduce non ſit. XXII.

a POLLINARIS illius qui a recto dogmate deſciuit opinio fuit ut ſicuti ex
corpore corpus ſic anima per ſemen aut genituram gigneretur. Quod om
nino falſum. Hanc enim ex deo corpori iam in utero compoſito coelitus
mitti palam eſt tranſmutatio namq; generationis tota continua non eſt. ſed
multæ quidem intermediæ uerſantur generationes quemadmodum & in
alteratione augumentoq; euenire ſolet Non enim alteratio tota continua neq; totum au
gumentum ſed motus tantum localis uere continuus ut in .viii. de phyſica dicitur audi/
tione quanto itaq; forma eſt nobilior magiſq; a forma elementari diſtans/tanto plures in
ter medias formas: pluresq; propterea generationes habet quibus ad ultimam ſane perfe
ctionem qua ſit abſoluta gradatim ueniat quamobrem in hominis generatione ubi eius
forma ineſt perfectiſſima plures formæ ac generationes & harũ gratia corruptiones exi/
ſtunt: quia generatio unius: alterius eſt corruptio anima namq; uegetabili infans primo
in utero materno more plantæ uiuit hac corrupta ſuccedit anima perfectior nutritiua &
ſenſitiua qua demum deſinente: ratio extrinſecus miſſa animam perficit atq; nobilitat.

An ulli præter hominem anima ſit intellectiua. XXIII.

I I Autem præter hominem coelum aſtraq; animalia rationem habentia ut
Plato/ſeu tantum intellectum ut Ariſtoteles uoluere inueniantur non ſatis
noſtris theologis exploratum. Quamobrem nec ex fide neq; præter fidem
id eſſe decreuerunt illud autem credere neceſſarium quod coeleſtia corpo/
ra intelligentiæ minime tamen immobiles moueant atq; regant Item quod
intellectus nulli ex elementis corpori præter hominem adſit. Vnde Apulei & quorundã
Platonicorum error exploſus qui aiunt dæmonia animalia eſſe corpore aeria/mente ra
tionis participia: animo paſſiua/tempore æterna Præterea eorũ qui dicũt Angelos & dæ
mones corpora naturæ ſuperiorũ ac inferiorũ elementorum coniuncta retinere.

De memoria & ratione & intelligentia & quomodo rectius Auguſtinum ra/
tionem ſuperiorem ac inferiorem q̃ Ariſtoteles deſtinxit. XXIIII

t ERTIVS De anima liber intellectum oſtendit ſpecierum eſſe conſeruato
rem quod ad memoriam pertinere uidetur intellectus itaq; potentis officiũ
accipere ſimul & conſeruare. Quamobrem & memoria & ratio & intelli/
gentia idem cum intellectu fere/nec potentiis ſed officiis diſtinctæ ſunt in/
telligentia namq; ex memoria quemadmodum actus ex habitu oritur uo/
luntas uero ex intelligentia. Ex quo Auguſtinus de Trinitate .xiiii. has eſſe inter ſe æqua
les ac unam ex altera oriri dicit. Intelligere uero: ſimpliciter eſt uerum apprehẽdere Ra/
tionari autem ex uno intellecto in aliud plane ad uerum ingredi quo ferme modo co/
gnoſcendi angeli quum in ſua natura perfecti ſint minime indigent ut Dionyſius in .vii.
de diuinis nominibus teſtatur. Ratiocinari igitur & intelligere inter ſe quemadmodum
moueri ac quieſcere/aut acquirere & habere: quorũ alterũ imperfecti alterum uero perfe
cti eſt: comparari poſſunt. Quoniam uero motus ſemper ab imobili prouenit: ac i alio
deſinit quieto: inde quod humana ratiocinatio ut uiam reſpicit acquiſitionis e quibuſdã
ſimpliciter intellectis q̃ ſunt prima principia orditur & rurſus in uia iudicii reſoluendo
ad prima principia orditur & rurſus in uia iudicii reſoluendo ad prima principia reuer
titur atq; inuenta examinat. Palam eſt autem quod quieſcere ac moueri non ad diuerſas
potentias ſed ad unam & eandem etiam in rebus naturalibus reducuntur quia per ean/
dem naturam aliquid ad locum mouetur & quieſcit in loco/multo ergo magis per ean
dem naturam aliquid ad locum mouetur & quieſcit in loco/multo ergo magis per ean
dem potentiam intelligimus & ratiocinamur quapropter idem fere in homine ratio ac
intellectus erit Boetius de conſolatione intellectum rationi ſicuti æternitatem tempori
Ratio ſuperior & inferior. hoc eſt immobili mobile comparat. Ratio item ſuperior & inferior dicitur nec ipſæ iter
ſe potentiis diuiſæ Auguſtinus in .xii. de trinitate Imago inquit ipſius trinitatis i ſuperio/

re rationis parte non autem in inferiore conſpicitur Quæ in æternis conſpiciendis & cõ
ſulendis intenditur libro autem uis ethicorũ dicitur Quo neceſſaria cognoſcitur aliud
principium aliaq; pars animæ ab opinabili ratiocinatiuo exiſtit quo contingentia com/
prehenduntur contingens autem & neceſſariũ ſicuti corruptibile incorruptibiliq; altera
ſunt genera quum autem id ſit neceſſariũ quod æternũ & temporarium quod contingens
uidetur idem omnino eſſe quod Ariſtoteles Scientificum uocat & pars ratiõis ſuperior
quæ Auguſtino in æternis conſiderandis uerſatur Idemq; rurſus quod ille Ratiocinati/
uum ſiue opinatiuum Et inferior ratio q̃ Auguſtino in temporariis diſponẽdis occupa/
tur Verũ hec duo temporaria ſcilicet & æterna ad cognitionem noſtram ita inter ſe com
parantur ut alterum ſit alteri accognoſcendum auxilio Nam per temporariorum inuen
tionem & ſcientiam in æternoꝝ cognitionẽ facile uenimus ut ait apoſtolus inuiſibilia ip/
ſius per ea que conſpicimus facile intelliguntur. Rurſus autem per æterna cognita de tẽ
porariis iudicamus atq; diſponimus. Itaq; non diuerſæ animæ partes ut ille inquit ſed
una eademq; potentia ratio ſuperior & inferior ut Auguſtinus ait officiis tantum ac ha/
bitibus diſtinctæ Nam ſuperiori ſapientia. Inferiori ſcientia tribuitur Eſt enim rationis
actus quidam quaſi motus ex una in aliud proueniens Idem namq; pertranſiens medi/
um peruenit ad terminum. Quod autem ille de ſcientifico dicit idem quod ratio ſupe/
rior eſt. Nam neceſſaria ſcibilia etiam in rebus temporariis de quibus eſt naturalis ſciẽ/
tia & mathematica omnino inueniuntur. Opinatiuum uero ſiue ratiocinatiuũ in contin
gentibus tantum q̃ et minora q̃ ea circa q̃ ratio inferior uerſatur exiſtunt Scientificũ eñ
& ratiocinatiuũ q̃ philoſophi duas animæ partes poſuit/neceſſariũ & contingens reſpici/
unt q̃ quanq̃ genere differunt in cõi tñ rõne cõueniũt:quã intellectus potiſſimũ reſpicit/
ad quam habitu diuerſo ut perfectum & iperfectũ ſe habet Nunc de intelligentia breui/
ter. De hac in. iii. de anima ſcribitur Quemadmodum indiuiſibiliũ eſt q̃bus falſum mi/
nime ſubeſt Eſt enim intellectus ſiue intelligendi actus non autem diuerſa potentia Ex De intelligẽtia
quo angeli quod in actu intelligendi continuo ſint a quibuſdam intelligentiæ uocantur
Actus namq; plures intellectiuæ potentiæ Damaſcenus enumerat. Primo quidem ſim/ Damaſcenus
pliciter apprehendit/uocaturq; intelligentia ſecundus uero intentio q̃ id quod apprehen
dit ad aliquid ſiue cognoſcendum ſeu faciendũ ordinat cogitatio uero dum in illius qđ
intendit ueſtigatione perſeuerat Phroneſis ſeu ſapientia dum excogitatione ad certũ ali/ Phroneſis
qd examinat atq; iudicat:quod ut in metaphyſica dicitur iudicare:ſit potiſſimum ſapien/
tiæ Quod autem pro certo comperit quaſi examinatũ quærit:quonam modo id aliis p
dere ualeat Et hæc interioris ſermonis diſpoſitio quædam eſt unde exterior locutio faci/
le prodit Non itaq; omnis actuum differentia diuerſas potentias ſed illa tantum q̃ i idẽ
principium induci non ualeat reddere uidetur.

De intellectu multiplici. XXV.

RISTOTELES Item intellectum multiplicem facit Agentem Potentem
in habitu ſiue adeptum: Preterea practicum:ſpeculatiuum. Quorum duæ
a primæ:diuerſæ ſunt potentiæ Agens & Potens/aliæ uero due eſtatu intelle/
ctus potentis appellantur Si eſt in potentia potens:Si in actu primo quãdo
non conſiderat dicitur in habitu:Si in actũ ſecundo quando conſiderat in
actu ſiue adeptus nuncupatur. In actu autem continuo poſt hanc uitam fideles in diuin/
tate contemplanda tantum erunt. Theoricus autem ſiue ſpeculatiuus ut in tertio de aĩa
dicitur per amplificationem quodammodo practicus redditur Ex quo habitus & hi di/
uerſi:una tantum potentia ſunt Id enim quod ſeſe ad obiectũ rationem habet diuerſam
potentiam minime reddit uerbigratia colorato accidit ut homo exiſtat uel magnum ſeu
paruum Sic item alicui intellecto ut ad opus ordinetur uel non ordinetur accidere po/
teſt/cuius rationem intellectus & ſpeculatiuus & practicus dicitur uterq; enim apprehen
dit ſed hic ad opus extenditur:ille nequaq̃ multæ namq; differentes i anima ſenſitiuæ po
tentiæ que in intellectiua minime reperiuntur.

¶ Quomodo anima intelligat Antiquorum opinio. XXVI.

I NTELLECTVS Corpori coniunctus non per eſſentiam propriam : n[iſi]
id ſolius dei eſt ſed per phantaſmata intelligit Natura itaq; ſua corpo/
ris indiget adiumento Quod autem ſine corpore melius itelligat/ id ex ac/
cidente/ deiq; fit auxilio Antiquitas ſuper his uaria ſentiit Heraclitus quem
in metaphyſica ſua allegat Ariſtoteles dixit in motu eſſe oia cõtinuo & flui
Plato. ac prius labi q̃ iudicari ualeant/nec dari bis aquam currentem tangi Quamobrem nihil
in rebus humanis eſſe certi nec corpora ulla naturalia uere intelligi poſſe Plato ſuperue
niens dixit Animam quidem intelligere tam in materia q̃ citra materia res poſſe certas
non quidẽ per phantaſmata ſed ideas quas ſpecies rerũ ſenſibiliũ ſubſiſtentes & immate/
riales poſuit ut tam animæ q̃ corpori ſuppeditarent. Corpori quidem quod inde mate/
ria ſummatur omnis uerbi gratia Ex lapidis idea lapis fieret Animæ uero quod intelle/
ctus ex illis ſpeciebus abſtractis ſcientias & rerũ definitiones non autẽ ex his ſenſibus
aut corruptibilibus ſummeret. Que quidẽ ab Ariſtotele duabus potiſſimũ rationibus cõ
Philoſophi alii futantur Primũ quidẽ quum illæ immateriales atq; imobiles ſint ſpecies: a ſcientiis motus
ac materiæ cognitio excluderetur ut dũ rerũ quæ manifeſtæ nobis ſunt notitiã querimus:
alia imediũ entia afferamus q̃ ipſorũ eſſe ſubſtantiæ/quum ab eis ſubſtantia differunt om
nino nequeunt Et ſic illis ſeparatis cognitis nõ propterea de his ſenſibilibus iudicare poſ
ſemus. Alii philoſophi dixere animam per ſuam eſſentiã corpora poſſe cognoſcere quum
animalibus natura ſit inſitum ut ſimili ſimile cognoſcat cogniti namq; formã eo modo
quo in cognito exiſtit/cognoſcenti adeſſe putabant. Ex quo animam corpus ex primis
principiis eſſe exiſtimabãt/ut ſi eſſet ignis ex igne/Aqua ſi ex aqua & ita omnem animæ
cognitionẽ materialem eſſe dictitabant Inter intellectum & ſenſum minime diſcernen/
tes Hec rurſus ab eodẽ philoſopho confutantur: Quod in principio naturali res tantum
in potentia exiſtant Res autem non potentia ſed actu ut in metaphyſicæ nono dicitur co
gnoſcuntur Opus igitur non principiorũ ſed effectuũ natura ut res animo deprehendatur
ſicut in primo de anima contra Empedoclem ſcribitur Sequitur ergo quid incognoſcen
te materialia corpora non materialiter ſed citra materiam exiſtant/quanto enim materia
lior tanto a perfectione remotior & ad unum magis p̃ſcripta Ex quo actus qui ad ſuam
perfectionẽ corporea tantum accipiunt/ omnis cognitionis ſunt expartes ſicuti plantæ
quemadmodum in.ii.de anima dicitur. Cognitionis enim ratio cõtra omnino materiæ
ſe notitiam habet unde quo imaterialius formam rei cognitæ tenet tãto perfectius noſcit
Quamobrem intellectus qui ſpeciem non ſolum a materia ſed ab indiuiduis materiæ
abſtraere ſolet: perfectiuis longe q̃ ſenſus cognoſcit qui formã rei cognitæ ſine materia q
dem/uerũ materiali conditione ſuſcipit iter ipſos uero ſenſus uiſus quod de materia mi
nus retineat longe preſtantior ac perſpicacior Deniq; inter intellectus ipſos is perfectior
qui immaterialior. Ergo palam eſt quod ſi aliquis intellectus ſua eſſentia cognoſcit om
nia/opus ut in ſe omnia imaterialia retineat/nõ quemadmodũ antiqui eſſentiam ex prin
cipiis corporeorum omniũ ut omnia componi cognoſceret. Hoc enim dei proprium ut
eſſentia propria ſicuti effectus i cauſis præ exiſtunt ſit omniũ cõprehenſor/præter eum ue
ro nullus non homo non angelus. Ariſtoteles autẽ horum ſententiam minime ſecutus
animam nõ actu ex omnibus compoſuit ſed i tertio de anima eam potentia ad omnia:
per ſenſum quidem ad ſenſibilia/per intellectum uero ad itelligibilia dixit Quamobrẽ
intellectum potentia quo anima intelligit nullas habere ſpecies naturaliter inſitas ſed ab
initio ueluti raſam tabulam in qua nihil eſt ſcriptum & potentia ad omnes huiuſcemo/
di ſpecies putauit Verũ ſi actu formã habens ſecundũ formam agere interdum non poſ/
ſet in cauſa impedimentum eſſet omnino aliquod: ſeu ſuum ſcilicet debilitas: haud aliter
q̃ ſi leue ſurſum tendere ipediatur Vnde Plato itellectum humanum ſpeciebus oibus in/
Plato telligibilibus refertum eſſe putabat ſed quominus in actum ueniret per corporis coniun
Auicenna. ctionem impediri. Auicenna ſpecies rerum omniũ intelligibiliũ nõ ut Plato ait abſq; ma

teria ſubſiſtere dictitabat/ſed in intellectu materialiter præexiſtere/quem ipſe agentē uocabat/a quo in aīas noſtras ipſæ ſpecies effluerent Sic igitur partim cū eo conuenit partim differt conuenit enim quod intellectus noſtri ſpecies e quibuſdam formis ſeparatis emanarent Differt uero quod hic in intellectu eas agente collocat. Plato autem ſubſiſtere dicit Item ſpecies has in intellectu noſtro poſtq̄ is intelligere deſiit non remanere ſed rurſus illis opus eſſe ait :taq; ſcientiā naturaliter animæ inſitam ſicuti Plato qui Idearū participatione imobiliter permanerē ait nequaq̄ ponit. Quamobrē ſi uera utriuſq; opinio aīa fruſtra corpori coniungeretur. Coniungitur autē quod eius indigeat inſtrumento. Si enī exterius principiis ac formis & non phantaſmatis uteretur/fruſtra corporei ſenſus & aīæ intellectiuæ ſocietas ac naturalis coniugatio Auguſtinus libro.lxxxiii.queſtionum loco Platonicarū idearū rationes oīum creatorū in mente diuina conſtituit per quas humana etiam aīa non tñ clare cognoſcit(nam hoc in altera fiet uita)ſed ut in cognitionis initio per earū participationē. Ipſum intellectus lumen in nobis nihil aliud q̄ luminis increati in quo æternæ rationes continentur quedam particeps ſimilitudo Vnde in pſalmo dicitͤ Multi dicunt quis oſtendat nobis bona Signatū eſt ſup nos lumē uultus tui dñe quoniā uero preter lumē intellectuale ſpecies intelligibiles a rebus acceptæ ad ſcientiā de rebus naturalibus habendā in nobis exiguntur Ideo non ſatis p ſpecierū tantū externarū participationem/de rebus naturalibus notitiā habemus quēadmodū Platonici uoluere/quod ſola ideaꝝ participatio ſatis ad ſcientiā ſit habendā Vnde Auguſtinus in.iiii.de trinitate. Num inquit quia philoſophi oīa tēporaria ex æternis rationibus cognoſci putauere/perſpicere uel ex oībus colligere potuerunt quot aīalium generaꝙ̄ue ſingulorū ſemina / nōne iſta oīa p locorū & tēporū hiſtoriam queſierunt: In his igitur rationibus oīa contēplabitͤ poſt hanc uitā aīa non tñ oīs ſed q̄ pura & ſancta fuerit ut in libro.lxxxiii. queſtionū idē affirmare uidetur.

Auguſtinus De rationibus æternis.

¶ Quomodo intellectus a ſenſibilibus accipiat. XXVII.

i N Fine poſteriorū & primo metaphyſicæ ſcribitur quēadmodū noſtre cogitationis omnis initiū aſſenſui eſt. Triplex autē in hac re philoſophorū reperitur opinio Prima Democriti qui ut ait Ariſtoteles in libro de ſonno & uigilia cognitionē p idola & fluctiōnes fieri aſſeruit Ratio.quia tam ipſe q̄ alii ueteres philoſophi ut idem ait in libro de aīa Intellectū aſſenſit minime differre putarent:omnem intelligentiā p ſolam ſenſus ac ſenſibiliū mutationē fieri exiſtimabant. Plato autē intellectū aliud quidem a ſenſu:preterea incorporeū ac organo corporeo in actu ſuo minime utentē poſuit. Nam quia incorporeū a corpore mutari nequaq̄ pōt Ideo cognitionem nō p intellectus a ſenſibilibus apprehenſionē ſed p formaꝝ intelligibiliū participationē ut ſupradictū ē creari nobis affirmauit. Sed nec ipſum ſenſū cuius uirtutē p ſe quandā ac propriā dixit/quum uis q̄dā ſpiritalis exiſtat uerū organa ſenſuū a ſenſibilibus mutari/ex qua plane mutatione Intellectus ad intelligendū quodāmodo excitatur: Quā ſane opinionē Auguſtinus in geneſim oſtendens ait Non corpus ſed animam per corpus ſentire quo uelut nuntio illa afformandū in ſe ipſa quod nuntiatur extrinſecus utitur. Inter hos igitur Ariſtoteles mediā quandā tenens uiam cū Platone quidē intellectū aſcenſu differre putauit ſed ſenſus officiū in aīa ſimul & corpore coniunctum poſuit. Cum Democrito conuenit quod intellectus a phantaſia & ſenſilibilibus illuſtratͤ uerū actionis cuiuſdam non defluctiōis modo Neq; hoc ſatis ut ille putauit quod nihil corporeum in incorporeū imprimatur Quāobrē nobilius aliquid ad intelligendū reqri Intellectū ſcilicet agentē qui phantaſmata a ſenſilibus accepta intelligibilia faciat Quod aūt intellectus ſenſuum uirtutē requirat uſus docet Imaginatiua enim ut phreneticis aut memoratiua ut lethargis euenit ipedita/nullus ſane recte intelligit Quod ſi rerū naturæ ſubſiſtentes non in particularibus eſſent:ut platoni placebat fruſtra intelligendi gratia intellectus ſe ad phantaſmata conuerteret.

Democritus

¶ Quomodo intellectus abſtrait. XXVIII.

T Autem res hæc liqueat altius aliquantulũ ex metaphyſica repetendum
Q uid abſtractum Q uid materia quid uniuerſale Q uid demũ ſpecies in/
telligibiles exiſtant triplex enim per intellectũ abſtractio.Phyſica Mathema
tica Metaphyſica.Phyſica rurſus duplex Falſa & uera Falſa qum ea q̃ re ue
ra nõ ſunt abſtracta neq̧ ſeparata cõmentamur ut ſi colorẽ non eſſe pomo
uel ab eo ſeparatũ dicamus Error ſane in opinione ſiue oratione fuerit Si uero nulla po
mi habita ratione colorem & proprietates eius tantũ conſideramus & opinio & oratio
uera fuerit Pomum namq̧ de coloris ratione non eſt Ideoq̧ colorẽ abſq̧ pomi ratiõe,in/
telligere nihil proibet Similiter itẽ quæ ad rationẽ ſpeciei cuiuſlibet rei materialis ſeu na/
turalis ut hois lapidis equi pertinet ſine materia & indiuiduis conſiderari ualent & hoc
uere uniuerſale a particulari abſtraere aut ſpeciei naturã ſiue ſpecies intelligibiles e phan
taſmatis conſiderari fuerit.Vt autẽ Reliquas intelligamus abſtractiones. Materiã dupli/
cem ponemus.Cõem & indiuidum Cõis quidẽ ut caro & neruus indiuidua ut hec ca/
ro:hic neruus intellectus igitur rei naturalis ſpeciẽ a natura ſenſili idiuiſibili nõ aũt a cõi
abſtrait uerbi gratia Spẽs hois ab his carnibus & oſſibus & neruis q̃ de ſpeciei rõne non
exiſtũt abſtrait ut Septimus metaphyſicæ teſtatur.Q uãobrẽ ſine his cõſiderari facile pote
rit/non aũt a carnibus & oſſibus q̃ de ſpeciei rõne exiſtũt.Spẽs aũt mathematicæ a mate/
ria ſenſibili non ſolũ indiuidua ſed cõi/nõ itẽ a materia intelligibili cõi ſed tñ indiuidua
abſtrauntur.Senſibilis nãq̧ materia eadẽ & corporea dicitur/quatenus ſenſibilibus quali
tatibus calido frigido duro molli & his ſimilibus ſubiacet Materia uero intelligibilis ſub
ſtantia dicitur quatenus q̃titati ſubigĩ Palã eſt autẽ queãdmodũ ſubſtantiæ prius q̃titas/q̃
ſenſibilis ineſt qualitas Ex quo q̃titates ut numeri Dimenſiones figuræ q̃ termini ſunt ea
rũ abſq̧ ſenſibili qualitate ſeu materia ẽt intelligibili indiuidua ut hac uel,illa cogitari poſ
ſunt At ſine intellectu ſubſtantiæ quantitati ſubiectæ non poſſunt Sic enim a materia itel
ligibili cõi abſtraherẽtur.Eſt & abſtractio tertia Metaphyſica q̃ res ab oi prorſus materia
ẽt intelligibili cõi abducit ut ſunt ens unũ actus potentia relatio & his ſimilia ut palã in
ſubſtantiis ſeparatis & abſq̧ materia cerni licet Ex hac igitur abſtraendi modorum diſtin
ctione Platonis error facile apparet qui ea q̃ ſecundum rem non erant abſtracta eſſe per
ideas uoluit.Mox de ſpecie intelligibili.

¶ De ſpecie intelligibili ac illorum confutatio qui dicunt quamlibet poten
tiam ex proprio affectu recte iudicare. XXIX.

PETIES Inſup intelligibilis a phantaſmatis abſtracta eſt: unde Q uo non
aũt qđ itelligimus Q um enim duplex ſit actio ut in.ix.metaphyſicæ dĩ una
q̃ in agente remanet ut uidere intelligere Altera que in rẽ p̃dit exteriorẽ ut
calefacere & ſecare/utraq̧ proprii eſt obiecti ſimilitudo ut calefacti calor:ca
lefacientis eſt ſimilitudo Hoc aũt ex antiquorũ opinione palã eſt/q ſimile co
gnoſci dicebant Nã p terrã q̃ eſt in aĩa/terra extra aiam cognoſcerent & ſic de aliis. Si er/
go terræ ſpeciẽ loco terræ acceperis ut placet Ariſtoteli qui ait non lapidẽ ſed lapidis ſpe/
ciẽ in aĩa eſſe:ſequitur quod aĩa p intelligibiles earũ ſpẽs q̃ extra eã ſunt facile itelligat In/
tellectũ oi hoc eſt res intellecta in intelligente p ſuã ſimilitudinẽ ineſt: Q uãobrẽ recte dĩ
Intellectũ eſt actu intellectus qua rei intellectæ ſimilitudo intellectus eſt forma.Vnde nõ
ſequitur quod ſpẽs intelligibiles abſtracta ſit/quod actu intelligitur ſed eius ſimilitudo.
Q um enim actu intellectũ dicimus duo plane ſignificamus rem quæ intelligitur & id
qđ eſt ipſum itelligi.Similiter quoq̧ uniuerſale abſtractũ duo refert Ipſam rei naturã Et
abſtractionẽ ipſam.Ipſa namq̧ natura cui & intelligi & abſtrai accidit tantum in ſingula
ribus reperitur At ipm itelligi & abſtrai in itellectu tantũ Q uod & i ſenſu aĩaduerti licet
uiſus enim pomi colorẽ/citra odorẽ conſpicit ſi quens ubi nã is color cũ odore ſiti po/
mo inueniet.Verũ quod citra odorẽ perceptus ſit:hoc ei ex parte uiſus accidit/qua in ui
ſu/coloris non autẽ odoris eſt ſimilitudo.Hoc ferme modo & humanitas/q̃ intelligitur
in hoc tñ & in illo ẽ hoie.Verũ quod abſq̧ indiuidui conditionibus quod eſt ipſum ab

ſtrai & uniuerſale deprendatur humanitati ex pte intellectus acci dit In quo natura ſpeĩ & non indiuidui partium ſimilitudo reputur. Inter hæc autem: uenena quorũdam conſu/ ſcenda ponentium uires ac potẽtias q̃ ad cognitiones ptinent pprios tantũ adfectus & co gnoſcere & recte iudicare ut ſenſũ quẽlibet pprii organi officiũ intellectus uẽ ſpeciẽ intel/ ligibilem per ſe ſponte recepta intelligat Quibus ita reſpõdi põt Qđ ſi eadẽ quæ intelli/ gimus & de quibus ſciæ ſunt oino exiſtant. Illud ſane eueniet quod ſciæ omnes nõ de re bus q̃ ſunt extra animũ ſed de rebus tñ intelligibilibus in aĩa exiſtentibus eſſent. Ex quo ad platonicas ideas facile rediremus/quas eſſe dicebat quæ actu intellecta exiſtunt De inde quorũdam ẽt antiquorũ error inualeſceret q omne qđ uideret id rerũ eſſe exiſtima bant: Si.n. potentia quelibet ut adheſit/ita recte iudicat/omne iudicium uerũ erit. Eueniet q̃ ſepe ut cõtradictoriæ ſimul uere exiſtãt/quũ aliud ſeſus aliud itellectus ſepe exiſtimet.

¶ De uniuerſali XXX.

n VNC de uniuerſali pauca. Singularium cognitio prior quo ad nos ac ſen ſus ex his.n. intellectus uniuerſalia ſumit intellectui uerõ & naturæ priora uniuerſalia ut in primo de Phiſica auditione dicitũ uniuerſalibus ad ſingu/ laria uenire oportet intellectus nãq; ex potentia ad actũ pcedit inter utrũq; actus quidã medius & impfectus eſt Dũ.n. pfectus: ſcia abſoluta & diſtin/ cta eſt. Donec aũt non pficit obſcura & confuſa. Hæc igitur in uniuerſali apud intellectũ contingit. Prius.n. intellectus animal q̃ rõnis particeps hoc eſt hominẽ & prius hominẽ/ q̃ ſocratẽ cognoſcit. Et quia ſenſus ex potentia in actũ quemadmodũ intellectus prodit idem quoq; cognitionis ordo in ſenſu apparet prius.n. per eũ magis comune q̃ minus ſe cundu locũ & tempus iudicamus Secundũ locũ ut ſi quid remotius uidemus: corpus eẽ dep ... unius priuſq̃ animal. Prius item aĩal q̃ hominẽ: & prius hominẽ q̃ Platonem. ſe cundum tẽpus qu puer ab initio prius hominem ex nõ homine. Deinde hũc hominẽ ab alio di ... x quo uiros omnis patres appellat poſtea diſcernit ut in. i. Phiſi. dicitũ. Ratio in pmpto eſt quam ſupradixi Qui enim diſtincte confuſeq; nouit aliqd: potens eſt & di/ ſtinctius ſcire utrũq; qui genus uo ... & differẽtiam noſſe poterit. Vnde hoc modo idiſtin/ cta cognitio prior quo ad nos ſicuti & cognitio ſenſitiua priorſintellectiua. Sed tã ſenſus q̃ intellectus rõne communis cognitio priorq̃ minus communis oino apparet. Qđ aũt nec ſingulare neq; uniuerſale in huius ſtatu uitæ p ſe intelligi niſi alterũ ex altero poſſit & qđ primũ ſit intellectus obie ... um ... laſq; ſup his nonnulla pulcherrima in ſupmo lus addẽ do uolumine mihi ſatis enarrabitur.

¶ Quod intellectus multa ſimul intelligere non põt. XXXI

i NTELLIGERE unũ licet unũ ſcire uero plura ut ait in Topicis Ariſtote/ les. hoc eſt plures rerũ ſpecies ſimul intelligere nequaq̃ licet plura uero ſub una ſpecie licet. Ex quo deus omnino p unũ qđ eſt eſſentia ſua uidet. Qđ em plures ſimul ſpẽs cõprẽdi nequit Rõ qđ idẽ ſubiectum pluri ... ſimul formis unius generis ſpecierũ perfici non põt/non aliter q̃ nec idẽ corpus ſecundũ idem diuerſis pingi coloribus aut diuerſis delineari figuris. Oẽs nãq; intelligibiles ſpẽs quũ ... intellectiuæ potentiæ uirtutes ac pfectiones exiſtant uerus omnino ſũt gñis uerum res quæ ſunt ſpẽs generũ diuerſorum. Et quanq̃ intellectus eſt ſupra oẽ tem pus qđ nu me ... s motus eſt rerũ corporeorũ ipſa tñ rerũ intelligibilium pluralitas ordinem intelligi bilium actionũ quendam pateat/ex qua una actio alterã ſequitur Quã uiciſſitudinẽ Au guſtinus in geneſim. viii. tps nominat ubi ait qđ deus creaturam ſpiritualẽ p tẽpus mo/ uet ... us uẽ differentiã cõparationẽ ue unius ad alteram percipit. Nã differẽs utrũq; ſub unius r ... tione cõparationis ſeu differentiæ ptes quoq; ſub totius ratione noſcit. Partes enim ... modo cognoſci ualent primo confuſione quadam ut in toto exiſtẽtes. Vñ per unam formam ſimul facile cognoſcuntur Alio modo notitia diſcreta claraq; per ſuã ſpeciem qualibet tunc uero ſimul intelligi nequaq̃ ualent.

¶ Quomodo intellectus ratiocinando intelligit. XXXII.

VPRA in tertio de anima libro pauca de Dianoea attigimus quæ pars in/
tellectus diuidēs & componens eſt. Humanus.n.intellectus ſimilitudinem
ſ quandā cū rebus generabilibus habet ꝗ de potentia in actum exeūt nec ſta/
tim ſuā habēt obſolutam uirtutē ſed paulatim acquirunt. In prima namq; cō/
prenſione perfectā rei cognitionē nō percipit ſed prius ſtatim aliqd ex ipſa
ut rei Quod quid eſt ſiue ut appellant quiditatem ꝗ primū ac proprium eſt intellectus
obiectū. Proprietates aūt & habitudines rei eſſentiā circunſtātes non ſtatim capit. Hac ita
q; de cauſa neceſſe unū comprenſū alii cōponere & diuidere & ex una cōpoſitione & diui
ſione ad alia pgredi Quod ferme ratiocinari fuerit intellectus aūt diuinus & angelicus
his nequaꝗ diſcurſibus/aut ad minimiculis eget ut qui ab initio ſuā abſolutā habent actio
nem ſtatimq; perfectā rei cognitionem Vnde rei definitionē cognoſcendo de re ſimul ꝗ
cunq; nos cōponendo & diuidendo noſſe poſſumus omnino intelligunt.

¶ Quod intellectus ullo modo nequeant eſſe falſus. XXXIII.

N libro de anima tertio intellectus omnino rectus ponitur ſenſuiq; in hac
parte comparatur q circa obiectum proprium non decipitur ut uiſus circa co
i lorem/niſi forte impedimenti organo euenerit. Quemadmodum febrici/
tanti guſtus dulcia iudicat amara. Intellectus ꝓprii obiecti ut ſupradixi.
Quod quid eſt ſimplex rei eſt adpꝛenſio in cuius diffinitione cōpoſitio ueni
re nō pōt. Vnde aut uerū penitus attigimus/aut penitus ignoramus ut in.ix.metaphyſicæ
dr̄. Circa uero ea quæ rei eſſentiam uel quiditatē circunstat falli pōt dum unū cū alio cō/
ponendo & diuidendo ſeu ratiocinando ordinat. Ex quo & circa prima principia errare
non poteſt. Rurſus diſtinguendū ex parte rei aut intelligentis. Primo modo ſi rem aliter
ꝗ ſit intelligit falſus eſſe poteſt. Vn̄ falſus omnino foret ſi a materia ſit lapidis ſpetiem ab/
ſtraheret/ut intelligeret eā in materia non eſſe quemadmodū ideas Plato poſuit. Si uero ali/
ter ex pte intelligentis accipiatur ſemper eſt uerus Ratio: quoniā alius eſt intelligēdi mo
dus. Alius uē rei modus in exiſtendo: intellectū.n.hoc eſt res intellecta citra materiam in
intelligente reſidet & idem actu quod ipſe intellectus: ex quo uerus.

¶ Diuiſibile quotuplex & an cognitū prius apud intellectū ꝗ indiuiſibile. XXXIIII.

VANDO & auctorem & librum eundem citare cepimus: ab eo quin oia
quæ ad hoc noſtrum ꝓpoſitum faciant non diſcedemus itaq; triplex ibidē
q indiuiſibilis narratur modus. Primus ſicuti continuum actu tantū non po/
tentia in diuiſum & hoc quidē nobis prius ꝗ eius deprēdatur diuiſio: quod
cognitio confuſa prior etiam ꝗ clara exiſtat. Alio modo ſecundū ſpeciē dici
tur ut homines ratio quoddam fuerit indiuiſibile: prius etiam intellectui cognitū ꝗ eius
in partes rōnis diuiſio. Idem adfirmando uel negando componit & diuidit. Tertio mō
quod eſt omnino indiuiſibile ut punctū & unum quæ nec actu neq; potentia diuiduntur
& hoc tantum nobis poſterius per diuiſibilis priuationem deprenditur. Ex quo punctū
priuando definimus cuius pars non eſt Similiter aūt & unius ratio indiuiſibilis ut i. xi.
metaphyſicæ dr̄. Nam & oppoſitionem quandam ad rem habet corporeā. Cuius intelli/
gentiam intellectus ante ōia capit. Si.n. per indiuiſibiliū & ſeparatarum ſubſtantiarum pri
cipationem ut Platoni placebat perciperet: error & is quoq; ſequeretur quod indiuiſibile
huiuſcemodi prius notum ꝗ intellectum eſſet.

¶ Quod intellectus tantum uniuerſalium capax. XXXV.

d ICITVR & in primo de phyſica auditione quemadmodum ſecundū ra/
tionem uniuerſale: ſecundum uero ſenſum ſingulare cognitum. Singulare
namq; humanus intellectus primum ac directe deprendere nequit quod
natura ſpeciem intelligibilem ſemper a materia trahat indirecte uero per quandā quaſi
reflexionem ſingulare cognoſcit/quia poſtꝗ ſpecies abſtraxit actu rurſus intelligere niſi ſe
ad phantaſmata conuertendo poterit in quibus ſpecies deprendet intelligibiles ut in lib-

de anima dicitur. Praeterea ſingulare non ꝗ ſingulare ſed qua materiale intelligenti repu/
gnat/quum nihil niſi materiale intelligat. Quãobrem ſi quid citra materiam ſingulare in
uenitur/quemadmodũ eſt intellectus qui ſe cognoſcit hoc ſane admittitur. Quod ſi dixe
ris intellectum oraticũ circa ſingularia uerſari. Reſpondemus quod electio particularis
actiua/quoddam quaſi ſympaſma ſyllogiſſmi practici eſt ut i.8. dicitur ethicorũ. Ex uni/
uerſali aũt ꝓpoſitione directe ſingulare in ſympaſma niſi media aliqua ꝓpoſitiõe ſingu/
lari adſumpta non uenit. Vnde uniuerſalis etiã intellectus practici ratio non niſi aliqua
media ſenſitiuae partis cognitione non mouet ut tertius item de animalibus liber teſtatur.
Sed de uniuerſali & ſingulari in alio plura tractatu.

¶ Quod intellectus infinita minime cognoſcat. XXXVI.

i NFINITVM qua infinitum: ignotũ ponitur primo phyſicorũ qm̃ ad mo
dũ uerum actu & habitu ſed potentia intellectus infinita comprẽdit qa cor
pus eius eſt obiectum: hoc aũt potentia in infinitum indiuiſibile. Non tãta
inquã intelligũ quin plura ẽt poſſit uerũ actu & habitu nequaꝗ̃. Nam actu
quemadmodum ſupradixi unã ſpeciẽ noſcit. Habitus uero ex actibus exit.
Quod autem deũ infinitum intelligat: hoc in hac uita adſequi niſi per nubẽ quandam &
enigma non ualet. In futura uero defectus & infirmitas ꝑ gloriã tollet/ut ipſum in eius
eẽtia citra tñ comprenſionẽ conſpicere ualeamus. Dici alioquin in hac pte infinita uirtu
te & infinitũ cognoſcere nr̃ intellectus facile poteſt/quod uniuerſali cognitor exiſtat & i/
ndiuiduorum naturam aliquam minime teneat.

¶ Quod intetellectus infinita non cognoſcit. XXXVII.

ONTINGENS & neceſſarium alio mihi loco diligentius explicat alte/
rũ particularium: uniuerſaliũ eſt alterũ. Quemadmodũ igitur ſupra ſenſũ dixi
c mus natura ſua particulariũ eſſe intellectum uero uniuerſaliũ ꝑ ꝑriẽ indire
cte uero & ipſe quoq; particulariũ. ſic item cõtingentis/qua contingingẽtia
ſunt/ ꝑprie qdẽ ſenſu indirecte uero intellectu percipiunt. Vniueſales.n. &
neceſſariae contingentiũ rationes per intellectũ cognoſcuntur. Vnde ſi ſcibiliũ uniuerſa/
les conſiderentur rõnes ſciae omnes de neceſſariis exiſtunt. Si uero res ipſae reſpiciantur
ſic ꝗdãde neceſſariis/nonnulla uero de contingentibus ſcia inueniet. Similis eſt & de fu
turis diſtinctio ipſa nãq; ut tempori ſubditur ſingularia ſunt ꝗ humanus intellectus niſi
per reflexionem uti ſupradixi non cognoſcit. Futurorum nãq; rõnes & uniuerſales & in
tellectu perceptibiles & de eis etiã ſciae interdum eſſe poſſunt ut communiter tñ de futuro/
rum cognitione loquamur. Futura nãq; dupliciter cognoſci ualent. Primũ in ſe ipſis quo
ferme modo deo tm̃ cui ſunt oia pſentia cognoſcuntur. Deinde in cauſis ſuis ſic denñ
a nobis deprendi ualent. Quod ſi ita in ſuis exiſtunt cauſis ut neceſſario eueniant/ꝑ cer/
tam ſciuntur notitiam ut Aſtrologus eclypſim futurã ꝓuidet ſi rurſus in ſuis cauſis ut ple
rũq; eueniant ꝑ quandã coniecturam magis minuſue certã ut cauſae plus minuſue ad ef/
fectus inclinant percipi poterunt. Praeter hec ope luceq; diuina/aut aſtrologorum nuncio
artene humanus animus interdum ad diuinationẽ inluſtrat. Quãdoq; ĩte demonũ ma/
lorũ ſuggeſtione opaq; phantaſia uaticinabitur. Quod aũt bruta naturaliter ꝗ̃q; nõnul/
la nunciant ut corniceps pluuiã & aliter alſa/non mirũ: quum ſupra phantaſiam nihil ha/
beant ſicut homines rõnem. Quamobrã coeleſtium corporũ impreſſiones penitius ſecunt
Vñ ex eorũ motibus magis futura huiuſcemodi ꝗ̃ ex hominũ rõne & conſilio deprendi
ualent. Ex quo in libro de ſõno & uigilia quidã imprudentiſſimi maxie prudentes quoq;
ponunt qd eorum intelligentia non curis adſectã aut turbata ſed tãꝗ̃ uacua deſertaq; ab
oibus & mota ſecundũ mouens eã ducatur. In ſup corpora coeleſtia magnũ ſepe rebus
ꝓnoſcendis dant momentũ ac pondus/cũ ſenſibus ac phantaſiae dominentur. Phãtaſia ue
ro eo magis quo ẽ a ſenſibus alienata cõtemplat/quum ſuſtantiis ſeparatis magis ꝓpiqua
reddatur. Ex quo noctu magis ac per ſomnũ in imaginatiua quorũdam ſigna futurorum
apparent. Nam diurnae ut in libro eodem legimus citius diſſoluuntur.

Quod intellectus humanus a diuino & angelico diſtat. XXXVIII.

a NIMA ſi quidē humana nō per eſſentiam/ſed actum proprium intelligit
qui non ut ædificatio ædificantis extrinſecus tendit ſed intra manet ut in.ix.
dicitur methaphiſicarū deo namq; actus eſt purus idemq; quod intelligit ſe
ſe intelligere. Et quod ſuam intelligit eſſentiā/quum eius eſſentia eius ſit in
telligere. Intellectus aūt angelicus ſuū intelligere nequaq̄ eſt. Primum aūt
obiectum ſuum ſeſe intelligere eius eſt eſſentia Vnde quāuis rōne ſit alius in angelis ſecū
dum qđ ſe intelligere intelligit & quod ſuā intelligat eſſentiam Vnico tñ ſimul actu utrū
q; intelligit:qa hoc quod eſt propriā eſſentiam intelligere. Propria eſt eius eſſentiæ perfe
ctio. Angelus inſup in genere intelligibiliū ut actus nō attamen purus nec abſolutus tūt
ipſius intelligere per ſuā eſſentiam nequaq̄ expletur. Per quā licet ſeſe intelligit non tamē
omnia per eandem ſed alia ab ſe per eorū ſimilitudinem intelligit. Intellectus aūt huma
nus:nec ſuū eſt intelligere quēadmodū deo conuēnit/nec ſeſe intelligere eſt obiectū pri/
mum ipſa eius eſſentia ut in angelo dicitur ſed extrinſecus aliqđ:rei ſcilicet corporeæ na/
tura. Et ideo id quod primū cognoſcitur huiuſcemodi eſt obiectum. Per actū.n.ipſe co/

De intellectus obiecta

gnoſcitur.intellectus. cuius eſt ipſum intelligere ꝑfectio. Quamobrē Philoſophus inde
ait actibus obiecta & potētiis actus ꝑcognoſci inſup intellectus obiectū comune quod/
dam eſt ens ac uerū:ſub quo etiam ipſe intelligendi cōprendit actus. Ex quo ille ſuum
poterit actum intelligere ſed nō primo quia nec primū/intellectus noſtri obiectū in hac
uita eſt ens & uerū quodlibet ſed qua in rebus conſideret corporeis ex qbus in reliquaꝝ
reꝝ cognitionem facile uenit. Preterea ipſū intelligere hominū:actus & perfectio naturæ
intellectæ nequaq̄ eſt ut ſic unico actu & rei natura corporeæ & ipſū intelligere res cū ꝓ/
pria perfectione intelligi poſſit. Ex quo alius eſt actus quo intellectus lapidem intelliget
& item alius quo ſe intelligere lapide intelligit. Non itaq; intellectus per eſſentiā ꝓpriam
quēadmodum angelus ſed ꝑ actū ꝓpriū q; per conuerſionē ad materiam & phantaſma
ta fit ſeſe cognoſcit. Et hoc uno quidē modo pticulariter dicit ut Socrates ex eo qđ ſe in
telligere animaduertit:animā quoq; intellectiuā ſe percipit habere alio quidē mō in uni
uerſali ut qum hūanæ mentis naturā ex actu intellectus conſideramus. Quod idē nobis ꝑ
agentis lumē intellectus ꝓuenit ex ueritate diuia/in qua terrā omniū rōnes & ſupradixi/
mus continent. Eſt aūt inter has duas rōnes differentia. Nā ad primā de mēte cognitio/
nem habendā/ipſa mentis ꝑſentia q̄ actus eſt primus/quo ſeſe percipit:ſatiſfacere uidet.
Quamobrem ꝑ ſuā ꝑſentiā ſe dicit cognoſcere. Sed ad cognitionem ſecundū non ſolū
eius ꝑſentia ſed diligens & ſubtilis requirit ueſtigatio: Vñ plures aiæ naturā ignorāt/ circa/
q; eius noticiā errauere. Quapp Augu.in.x.de trinitate de ueſtigatione huiuſcemodi ſic
ait. Nō uelut abſentē ſe meus cernere q̄rat ſed diſcernere curet/hoc eſt ſuā ab aliis dīam
cognoſcere/quod eſt diffinitionē naturāq; ſuam deprendere. Angelicus aūt intellectus eſt
actus ſiue continuo idē q; cū intellecto ex quo ꝓpriā eſſentiā ꝑ ſeſe non aūt per phātaſma
tū abſtractionē quēadmodū humanus intelligit in his.n.q̄ citra materiā exiſtūt & intelle/
ctus & id quod intelligit idē eſt prorſus. Ex hoc namq; actu intellectus qđ citra materiā ē
Verū hic dīa/quod quorūdam eſſentiæ citra corpus ac ſuſtantiæ ſeparatæ ſunt/ quos an
gelos dicimus quoꝝ quilibet & intellectus & intelligēs exiſtit. Quædā uero ſūt res qua
rū eſſentiæ in materia ydem ſunt ſimilitudines tñ ab eis intellectu abſtractæ. Intellectus
itē habitū ꝑ actū intelligit. Eſt.n.inter potentiā purā & actum purū medius habitus q noſtro
intellectui non ut obiectū ꝑñs ſed diſpoſitio quædā per quam ille intelligat extat

Quod intellectus res citra materiam intelligere nequeant. XXXIX.

i N HAC quoq; uita res citra materiam depēndere nequimus aliquam ualūtū
ad ipſarum conſideratione ꝑ eam aſcendere licebit non uſq; quaq; perfectā
qñ nō idonea utriuſq; ꝓportio uerū ſimilitudines ſi q̄ accipiūt ad ea q̄ ſine ma
teria ſūt ꝑcipiēda diſſimiles ſūt ut plane Dio. de cœleſti hierarchia teſtat.
Nā quāq̄ ſcie diffinitioēſq; de ſuſtātiis immaterialibus exiſtunt remotionis tñ mō exiſtunt.

corpora enim cœleſtia per negationẽ Ariſtoteles proprietatũ inferiorũ corporũ nota red
dere contendit. multo minus incorporeorũ naturã deprehendere ualebimus. Si dicis in/
tellectũ humanũ ut rẽ imaterialẽ ſeſe intelligere non mirũ: eius enim proprius eſt actus
propriã demonſtrans naturã Verũ nec ex hoc neq; ex aliis/quæ in rebus naturalibus in/
ueniuntur ipſarũ incorporearũ ſubſtantiarũ uirtus & natura perfecte neſci penituſq; pote
rit Sed & multo minus increatam ſubſtantiã/ipſam ſcilicet deũ cognitio aſſequetur hu/
mana Percreata igitur & uiſibilia que primũ intellectus obiectũ exiſtũt: id tantũ parũper
licebit Nam qum intellectus noſtri lumen ſiue naturale ſiue gratuitum ſe ad
rẽ nobis intellectã non ut quod ſed ut quo intelligimus exiſtat / longe minus eſt q̃ deus
id quod a noſtro apprehenditur itellecto Inſuper anima noſtra Imago quidẽ dei eſt: im
perfecta nihilominus: Si autem perfecta foret / deum pfecte proculdubio intelligeret.

Felicitas iſuſtiis, ſupatis cognoſcendis.

¶NONNVLLI quoq; inuenti qui in ſubſtantiis ſeparatis cognoſcendis felicitatem
poſuere ut Alexander: Cõmẽtator: Themiſtius: fruſtra quidẽ: qum nequaq̃ in hac uita cui
q̃ id contingere liceat Senſilium enim naturas p ſpecies uti ſupradixi deprehẽdimus ſe/
paratarũ uero quod ſint tantũ/non quid ſint oĩno intelligimus. Alexander pfectã aiebat
intellectus generationẽ in habitu ad eas deprehendendas requiri. Cõmentator uero iugi
actu protinus cõtẽplabilia: intellectui preſentia eſſe oportere: quod idẽ fere uidetᷣ Nam
per actũ: habitus creatur. Vtrũq; ipoſſibile ut ad hanc intellectus agentis continuationem
ueniamus/nec ulli mortales quãuis ſtudioſi talem de ſe perſeuerantiam ſunt auſi profite
ri Themiſtius autẽ Theſim eandẽ ſic probat. Corporea intelligibilia: qua ſunt actu: per i
tellectũ agentẽ a materia ſeparata exiſtunt Si ergo hec comprehendimus multo magis
ſubſtantias quæ per ſeſe intelligibiles ſunt cui facilis reſponſio. In ſeipſis quidẽ ac per ſeſe
intelligibiles magis fatemur eſſe: Intellectui aũt noſtro nequaq̃: quod in. ii. metaphyſicæ
ſatis oſtenditur. At enim difficultatẽ res illas intelligendi primũ in nobis eſſe/ non ex il/
lis: quod noſter ad illas intellectus ut ueſpertilionis oculus ad lucẽ ſe habeat: quanq̃ com
mentator hoc non oĩno aſſeuerare uidetur. dum inquit non tam poſſibile deprehendere
quam difficile.

¶Quod anima in hac uita ſe per ſe minime intelligat. XL.

VGVSTINVS Libro nono de Trinitate Mens inquit ſicuti corporeorũ
per ſenſus: ſic per ſe incorporeorũ notitiã habet Quibus ſane uerbis anima
a ſe per ſe intelligere uidetur: Quod ſane falſum in tertio de aia demonſtratᷣ
At enim Intellectus potens ſe ſicuti alia intelligit ideſt per ſpeciem intelli/
gibilẽ/qua ingenere intelligibiliũ fit actu. Abſolute namq; conſideratus ſolũ
eſt adeſſe intelligibile potentia Dum enim in potentia/nihil intelligit/ſed dũ in actu tan
tũ Ex quo ſuſtantiæ ſeparatæ quæ actu exiſtunt per proprias ſubſtantias cognoſcunt No
ſter uero intellectus per ſpeciẽ fit actu intelligens ait ergo Auguſtinus ut eius ſeruemus:
cõmentemurq; dictum Mens ſeſe noſcit: hoc eſt: qua quod eſt noſcit Ex eo enim quod
ſe agere conſpicit/ſe item eſſe conſpicit Agit enim per ſe unde per ſe quoq; quod eſt itel/
ligit Sic item ſe cognoſcendo: Suſtantias quoq; ſeparatas quod ſunt/non autẽ quid ſunt
facile cognoſcit. Nam ſic earũ eſſet intelligere ſubſtantias. Vnde & ſcientia de intellectu
aiæ ad oĩa q̃ de ſubſtantiis cognoſcimus ut principio utenda Nõ aũt ſi p ſcientias ſpecu
latiuas ad ſciendũ qd eſt aia puenire ualemus poſſumus itẽ ad cognoſcendũ quid ſub/
ſtantiæ ſeparatæ ſint p huiuſcemodi ſciẽtias puenire Nã id itelligere p qđ adſciẽdũ pue/
nimus qd eſt aia noſtra: ualde a ſubſtãtiæ ſepatæ itelligẽtia remotũ. Poteſt nihilominus ex
eo p qđ ſatur aia noſtra qd eſt: ad ſubſtantiarũ ſeparatarũ genus aliquod remotũ pueniri
qđ tñ earũ ſubſtantias itelligere nõ eẽt quẽadmodũ enĩ aiam ſcimus p eã qua eius actus
percipimus quod eſt. Quid aũt ſit ex actibus & obiectis p ſpeculabiliũ ſcientiarũ. prin/
cipia ueſtigamus ſic & potentias & habitus qui in anima ſunt noſtra ſcimus quidẽ quẽ/
admodũ ſunt qua illorũ actus pcipim⁹ qd uero ſint ex ipſorũ actuũ qualitate iuenimus.

Auguſtini deſẽſio.

Scieātia de anĩ maq; utili.

¶Quomodo & unde diſcat anima. XLI.

ſiam ut actus purus & unicus omnia comprehendit. Superiores autẽ ſubſtantiæ intelle
ctuales & ſi plures intelligunt formas: per pauciores attamẽ & magis uniuerſales ob uir
tutis intellectiuæ q̄ eſt in eis efficaciam intelligunt In inferiores uero formæ ſunt plures
quidem ſed minus uniuerſales/minuſq; ad rerũ comprehenſionem efficaces quo plus
a uirtute ſuperiorum intellectiua diſtant Nam ſi inferiorũ ſubſtantiæ formas ita uniuer/
ſaliter ac ſuperiores haberent/quia in intelligendo non tanta ſunt efficacia p̄ditæ: per eas
de rebus cognitionem minime quidem clarã ſed confuſam admodũ atq; indiſtinctã ac/
ciperent Quod aliquatenus in hominibus uidere licet Nam qui debiliore ſunt ingenio
ſiue intellectu per uniuerſalia quidem minus intelligunt Singula minutioraq; his expli/
centur oportet. Palam eſt autem inter ſubſtantias intellectuales naturæ ordine infimas eẽ
humanas animas Hoc enim uniuerſi orbis decus exigebat ut uniuerſi gradus ordineſq;
in rebus eſſent. Sic itaq; humanam animam ut melius clariuſq; intelligeret corporibus
& phantaſmatus coniungi opus fuit/quemadmodum rudes homines ad ſcientiam in/
duci niſi per exempla ſenſibilia non poſſunt Datum nihilominus ei ut ſeparata modum
aliũ intelligendi aſſequatur. Verum hic nonnulli herent aientes ſi anima ſeparata intelli/
git/per ſpecies aliquas oportet intelligat/ſed per innatas ſpecies non ualet/qum ab initio
tanq̄ tabula raſa exiſta nec itẽ per ſpecies quas abſtrait/quod hæc etiã ſit ærepta facultas
qum organis ac ſenſibus careat/neq; demũ per ſpecies prius abſtractas & ſecum conſer
uatas quia pueri anima poſt mortem nihil omnino ſentiet Neq; demum per ſpecies di
uinitus influxas quia talis cognitio nequaq̄ naturalis de qua nunc agitur ſed gratiæ fo/
ret. Reſpondemus palam eſſe quod modis ſupradictis anima minime ſed ultimo tan/
tum modo hoc eſt per ſpecies ex diuini luminis influentia perceptus intelligit quarum
animo ſicut & aliæ ſeparatæ ſuſtantiæ inferiore tamen modo particeps fit. Vnde ſtatum a
corpore ſoluta ad ſuperiora conuertitur/nec ꝓpterea non naturalis talis eſt potentia qum
deus non ſolum influentiæ luminis naturalis ſed etiam gratuiti auctor exiſtat: nihilq; re/
rum quod ipſe faciat nec preter neq; contra naturã eſſe: iam apud theologos in confeſſo.

¶ Quomodo aia ſoluta ſubſtantias ſeparatas & ſingularia & naturalia noſcat. XLIII.

VGVSTINVS .ix. de trinitate mens inquit noſtra incorporeorum cogni
tionem per ſe percipit/hoc eſt ſe cognoſcendo ſupra enim diximus quem/
a admodũ anima dum coniuncta fuerit per ſpecies abſtracta intelligit Sicq; p
actũ proprium ſeſe cognoſcere uidetur. Dum uero ſeparata non ſe per phã
taſmatum ſpecies ſed per ſe per q; intelligentiam propriam intelligit/ quod
eſt omni ſubſtantiæ ſeparatæ cõmune Ex hoc igitur quod ſe deprehẽdit/ ſcire poſſumus
quod & res alias ſeparatas ſupra infraq; cognoſcit aliquid enim in altero ſic ut eſt i intel/
ligente intelligitur Modus autem intelligendi animæ ſeparatæ/infra angelicæ ſubſtantiæ
modũ eſt aliarum attamen animarũ ſeparatarũ modo ſimilis. Quamobrẽ de reliquis ſe
paratis animabus perfectam retinent cognitionem. De angelis uero imperfectam atq;
mancam/ut de naturali animæ ſeparatæ cognitiõe loquamur. De gloriæ uero cognitio
ne alia ratio. Itaq; quanq̄ anima ſoluta ratione corporis eſt imperfectior/ eſt tamen acco
gnoſcendũ liberior/qua onere & grauitate magis leuatur angelos quidẽ quod infra eo/
rũ ſit naturã non ad unguẽ intelligit in quibus ſane noſcendis quanq̄ non ſuprema felici/
tas que in dei tantum contemplatione qui abſq; gratia uideri non p̃ot cõſiſtere uſ̃ Pars at
tamẽ felicitatis magna in his dep̄hẽdendis ꝓculdubio uerſat̃ Itẽ ſingularia q̄dã nõ tñ oĩa
per diuinã iſluentiã more intellectus angelici cognoſcit Verũ angeli diſtinctius oĩa q̄ ſub
ſpẽ ꝯtinenẽ aĩa tantũ cõfuſe/ac illa ſolũ ſingularia ad q̄ quodãmodo ſiue p cognitionem
p̄cedentẽ ſeu affectũ aliquẽ priuatũ aut ordinationẽ iuſſionẽue diuinã p̄ſcribunt. Eodem
quoq; mõ & naturalia nõ clare cõſpiciũt Angeli uero clariſſime. Nã ia q̄ deus in ꝓpriis
naturis ꝯdidit in itelligẽtia fecit angelica ut i Geneſim ait Auguſtius Illud quoq; nõ igno
rãdũ q̄d maior i dæmonibus q̄ i aĩa ſoluta naturaliter cognitio/nõ tñ q̄d & ipſi oĩa plane
cognoſcant ſed multa aſſidue & t̃p̃is longitudine & experiẽtia & uſu de nouo addiſcũt.

Q uomodo habitus & actus ſcientiæ acquiſitæ in anima ſoluta remaneant. XLIIII.

q VIDAM Habitu ſcientiæ ac ſpecies intelligibiles poſuere non in intellectu
potente ſed in ſenſibus imaginatiua cogitatiua memoratiua tantũ ↄſeruari
Q uod ſi uerum corpore interempto ſcientiæ habitus penitus tollerentur at
liber de anima tertius ſcientiam ipſam in intellectu eſſe teſtatur Rem igiť
ſic ſoluemus Ea ꝗ actu noſcimus primum quidem ac ex forma in intelle/
ctu exiſtunt ex materia uero ac diſpoſitione in ſenſu ac inferioribus uiribus Similiter &
habitus/quoniam tertius ethicorum hos ex actibus ex quibus acquiruntur eſſe dicit qua
igitur inſenſibus & in inferioribus ſunt uiribus/nullo modo in anima ſoluta remaneat
qua in intellectu ſunt neceſſe ut remaneant Q uoniam ut in libro de uitæ lõgitudine di/
citur. Forma dupliciter corrumpi poteſt uno modo per ſe quando a ſuo corrumpitur cõ
trario/ut a frigido calidum alio modo ex accidente per ſubiecti corruptionem. Palam
eſt igitur quod ſcientia ꝗ in intellectu eſt humano tanꝗ in ſubiecto/quem in corruptibilē
eſſe ſupra oſtendimus corrumpi non poteſt ſimiliter nec per contrariũ: ſpecies intelligi/
biles que ſunt in intellectu poſſibili deleri poſſunt: qum apprehenſioni ſimplicis intelli/
gentiæ per quã quod quid eſt intelligitur nihil contrariũ exiſtat quo autē ad eã partē qua
intellectus diuidit & componit contrarietas in intellectu eſſe ad ſcientia corrũpi poteſt ſi
ob falſam aliquis argumentationē a ueri ſcientia abducitur. Q uáobrē Ariſtoteles duos
modos quibus ſcientia per ſe corrumpitur proponit Per obliuionē ex parte memorati/
uæ Ex parte itē argumentationis falſæ per deceptionē. Hoc autē in aia ſoluta locũ non ha
bet Ex quo dicendũ ſcientiæ habitũ/ut in intellectu eſt perpetuo remanet Q uod autē di/
citur ſcientia deſtruetur De ſcientia quo ad habitũ nequaꝗ ſed quoad cognitiones actũ
ac modũ loquitur Q uáobrē nunc ex parte cognoſci dicit Preterea nihil ad rem facit: ho/
minē aliquē minus bonum: habitum ſcientiæ quendã poſt hanc uitã habere/ qua melior
fortaſſe aliquis carebit/qum hoc aliorũ cõparatione bonorũ quod aſſequetur/ nullius pe
ne ſit momenti. Sed & actũ quoqꝫ ſcientiæ remanere inter alia docet euangeliũ Recorda
re quia recepiſti bona in uita tua. In actu namqꝫ duo conſiderãtur Species & modus Pri
ma ex obiecto pendet/nam obiecti ſpecies ſimilitudo eſt in oculo modus autē ex uirtu/
te prouenit agentis ut ſiquis lapidē uiderit: ex lapidis ſpecie ꝗ in oculo eſt euenit: Sed qď
acute uideat ex uidentis uirtute oculi contingit. Q um itaqꝫ ſpēs intelligibiles in aia ſolu
ta ſicuti ſupradixi remaneant. Status aũt aiæ idē qui & nunc minime ſit/ſequitur quod ſe
cundũ eaſdem ſpecies acquiſitas intelligere quidē non tñ per phantaſmata/ſed modo aiæ
ſeparatæ conuenienti poſſit Q uod autē in primo de aia dicatur Q uẽadmodũ corrupto
corpore non reminiſcatur/neqꝫ arciet aĩa De memoria quoad partem ſenſitiuam perti/
net/non autem ut eſt intellectu loquitur.

An anima ſoluta que apud nos aguntur ignoret. XLV.

g REGORIVS In. xii. moraliũ rationē adfert cur aiæ ſepatæ ꝗ apud agũť
agnorant mortui uitam inquit in carne uiuentiũ qualiter diſponant neſciũt
Q uoniam uita ſpũs longe a uita carnis exiſtat/& quẽadmodũ corporea &
incorporea diuerſa ſunt genere: ita cognitione diſtincta Subicit autem illud
de animabus autē iuſtis aliter ſentiendũ/quia qum omnipotentis dei clari/
tatē uideant nullo modo credendũ ut ſit foris aliquid quod ignorent. Auguſtinus uero
in libro de anima clare hoc negat/nec item ſanctus euenire Animæ inquit mortuorũ re/
bus uiuentiũ non interſunt. Nec ipſi omnino ſancti quid agant uiui aut ipſorũ filii ſciũt.
Mater enim mea ꝗ me tantũ dilexit/ac terra mariqꝫ ſec uta eſt poſtꝗ exceſſu me nunꝗ i la
boribus & erumnis ſolata eſt/nec ullo modo uériſimile ut in uita feliciore ſit facta cru/
delior. Idem ex Ioſia rege probat. iiii. regum. xxii. cui propheta Olda nũtiauit quod dei
miſericordia prius moreretur ne mala multa quæ ſuper locũ eum uentura erant conſpi/
ceret Verũ hec Auguſtinus dubitandus afferre uideť/præfatur enim antea. Vt uolet qſqꝫ
accidiat quod dicam Grægorius uero aſſeuerat quando ait Nullo modo credendum

Gregorius & Auguſtinus di/ ſcordes.
Ioſias rex
Olda propheta
Auguſtini deſē/ ſio.

Cui ſententiæ magis ſtandum iubet agnas. Credendū pfecto ut ſanctorū animæ deū ui/
dentes cætera quoq; q̄ hic aguntur agnoſcāt. Quum angelis ſimiles exiſtantq; quos auguſti
nus aīq̄ apud uiuos agunt non ignorare. Quod aūt diues mortuus in euangelio dixe/
rit. Habeo quinq; fratres/ne & ipſi in hunc locū ueniant. Dicendū qđ defunctorum aiæ
curam quidā de rebus uiuentiū et ſi eorum ignorarent ſtatum habere poſſunt: Quemad
modū & nos de mortuis item habemus quibus quenq̄ quod agunt ignoramus nihilo/
minus ſuffragia pbemus. Nr̄a etiam facta non per ſe cognoſcere ſed per eorū qui mori
untur animas ſeu per angelos ſiue dæmones/uel ex diuino ſpiritu ut Auguſtinus in eo/
dem teſtatur loco ſcire pfecto ualent. Quod uero mortui nonoulli uiuentibus qualiter
cunq; apparent: inter prodigia diuina diſpenſatione puenientia putandum. Nam & qm̄
q; ignorantibus mortuis eorū apparitiones p angelos bonos uel malos fieri poſſunt.
Quemadmodum & uiui ignorantes aliis uiuentibus in ſomnis apparere ſolent ut in li
bro prædicto dicit auguſtinus Eccleſiaſtes item ſamuelē adducit, quemadmodum dor/
miit & regi ſuo finē uitæ ipſius notum reddidit. Quod diuina factum uolūtate exiſtimā/
dum/aut forte dæmonum inſtigatione ſi libri auctor ritas non recipitur: quod apud he/
bræos inter canonica non habeatur. Quod animæ ſeparatæ ſciant qđ apud eos agāt nec
locorum diſtantia impediri palā eſt ex euangelio Diues cum in tormentis eſſet: Lazarū
procul in ſinu Habraam uidit. Anima nāq; ſoluta quemadmodum ſupra narraui ſingu/
laria per ſpecies pcipit non a phantaſmatis abſtractas quum potentiis ſenſitiuis ſit exutaz
ſed ex diuino lumine influentes. Quod quidē lumen æque ſe ad propinquum ac remo/
tum habet.

Quæ ſunt animarum ſeparatarū receptacula Et Auguſtini ſuper librum de ſpiritu & anima defenſio. XLVI.

EQVM in ſuper ut qui hinc deſcedunt loca meritis congruentia recipiāt.
Nam ſicut incorporibus eſt grauitas & leuitas quibus ad locum ut ad mo/
A tus finem ipſorū feruntur ita defunctorū animæ promeritis ad loca gaudii
ſiue moeroris ut ad actionum fines traducuntur. Quamobrē quinq; oino
his manſiones in ſacris uoluminibus reperiuntur. Aut beatorū q culpis ſunt
omnino uacui Paradiſus. Siue in lætali culpa decedentiam infernus. Seu i uenia dignis
purgatorium aut puerorum in originali limbus poſtremo limbus alter i quo patres oli
qui nondū ob naturæ defectum expiari poterant retinebātur in primo iure naturæ in al/
tero pſonæ Auguſtinus in libro de ſacto ſpiritu & anima. Recedit inquit e corpore aia/ Auguſtini defē/
ſecum ſenſum & imaginationem traens: rationē quoq; & intelligentiam concupiſcibiles ſio.
etiam & iraſcibiles potentias. Durum ſane dictum: quanq̄ liberis non ipſius ſed cuiuſdā
ciſtercienſis ordinis exiſtimatur. Si tn̄ recipiendū ne exactibus a potentiis ſēſitiuis abſtra/
ctis, intelligas Vel ſi placet ex opiniōe Platonis dici q duplices ſenſitiuæ partis actus po/
nebat. Exteriores quos per corpus exercemus: q̄ ut aia ſepata non reſtant. Quoſdam ue/ Ariſtoteles de
ro interiores quos anima per ſe exercet: ſecumq; diſcedēs a corpore adfert. Rurſus defē/ aia ſoluta opio.
dit ſic poterit ut in aia ſoluta efficia uiſq; has iterum potentias ſi corpore reſtituat̄ remane
at/quas non actu ſecum ſed ex radice trait Secundus metaphyſice liber de aia ſoluta lo/
quēs. Si āt inqt in poſtremo aliquid remaneat q̄rendum eſt in quibuſdam aūt non ad/
modum impoſſibile. Hoc eſt ſi anima talis eſt diſpoſitionis non tota ſed intellectus tan/
tum: tota.n.forte impoſſibile. Hac igitur Ariſtotelis ſententia magis apparet non oia: ſed
intellectum tantū non aūt ſenſitiuas partes a corpore ſeparari. Rurſus idem in is de aia.
De intellectu loquens hoc ſolum ait ut perpetuum a corruptibili ſeparari cōtingit. Præ/
terea in primo eiuſdē tractatu. Corrupta inquit corpore anima non reminiſcitur neq;
amat. Quod de memoria & concupiſcentia ſēſitiua intelligendum. Nā quod intellecti/
ua pars eoꝝ quæ in hoc mundo geſta ſunt reminiſcatur dn̄s docet Recordare qa recepi

ſti bona in uita tua. Q uæ quidem memoria ab omni differentia genus abſtrait/nec ē ſo
lū gratuita:ſed etiam naturalis ut ait Auguſtinus cuius item aliud tuendum eſt dictū ait
enim in geneſim Neq̃.n.uideo cur anima ſui coporis ſimilitudinem nō habeat quum
iacēte ſine ſēſu corpe nō dū tñ penitus mortuo/talia uidet qualia multis ex illis uitæ red
diti narrauerunt Hoc ueſtigando magis q̄ decernendo dicere quidā ille uidetur. Nā dor
mientis aīa imaginationis in qua corporeæ ſimilitudines reperiūt̄ utitur organo quod
de anima ſeparata dici non licet. Vel dicendum quod rerū ſimilitudines in aīa ſunt po
tentis ſenſitiua & intellectiua ſecundū minorē & maiorem a materiæ conditionibus ab
ſtractionem. Tertia poteſt adduci rō quod ſicuti rerum naturalium ſimilitudines in aīa
ſonniantis per imaginatiuam ita in ſoluta per intellectum exiſtunt.

Auguſtini defeſio.

Q uod animæ ſuis quandoq̃ locis egrediantur. XLVII.

H

IERONIMVS contra uigilantiū animas beatas uagari qñ uoluerint poſ
ſe adſeuerat. ita inquit tu deo leges ponis ita apoſtolis uincula uncies ut uſ
q̃ in diem iudicis in cuſtodia teneantur/nec pro arbitrio ſuo propriis adeē
tumulis & cum dño eſſe ſuo ualeant. De quibus ſcriptum eſt ſecunē agnū
quocunq̃ ierint. Si agnus ubiq̃ ergo & hi ſimul credēdi ſunt Deide paulo
inſerius Q um dæmones inqt orbe toto uagēt & mira uelocitate ubiq̃ præſto ſint Mar/
tires poſt ſanguinis effuſionem ita in hoc loco retinebuntur ut inde nullo modo exire il
lis liceat? Idem quoq̃ Gregorius in. iiii. dialogorum ex pluribus mortuis qui nōnullis
apparuerunt adfirmat interquos & ex Paſcaſio pontifice/q̄ Germanus eps̄ Capuanus in
balneo reperit rogantem ipſius opem orationis & de anima Theoderici Regis quam
apud Gehenam inuenit. Sicq̃ reliquas animas poſt mortē ad diuerſa loca corporea tra/
ductas eſſe dicit. Hoc tamen intereſt Q uod ſancti quum uoluerunt: poſſunt quidem ui/
uentibus apparere Damnati uero nequaq̄ Nam & libenter ſi liceret ad homines petē
di ſuffragii gratia commigrarent. Auguſtinus tamen quem ſi qua adduximus cōtra ſen/
tire uidetur/naturali id quidem ratione ut uel omnino exire nequeant:uel ſi poſſunt mi
nime carent niſi quatenus diuinitus iuſſi fuerint uerū uti ſupra cōmemoraui hoc ei mi/
nime decretorium.

Q uomodo anima ſoluta ab igne corporea corripiatur. XLVIII.

q

Vi Theſim hanc quæ admodum dura uidetur ipugnanti ſic probant om/
ne agens corporeum per contactum agit Contactus autem nullus ex igne
corporeo animæ eſſe poteſt:quod is tātum inter corpora que ultima ſimul
habeāt reperitur Ergo anima nequaquā ex eo pati uidetur reſtat ut hic ima
ginarius admodum exiſtat/ut ardere quum uere non ardeat uideatur Acce/
dit huic Auguſtini in Geneſim auctoritas Non ſunt inquit corporea ſed corporibus ſi/
milia/quibus animæ corporibus ſolutæ ſiue bene ſeu male afficiuntur. Verū hec ille rur
ſus non aſſeuerare ſed ueſtigare potius uidetur/Q um alterius plane ſententiæ in libro
xxi de ciuitate ſe eſſe oſtendat Sicut anima inquit in hominum conditione corpori iun/
gitur/quāuis diuerſi generis hoc ſpiritale:illud corporeum exiſtat unde uehementē circa
corpus concipit amorem. Sic item igni alligata poenam ex eo maximā contrait. Grego
rius quoq̃ in moraliū. iiii. Animā ait non uidendo neq̃ imaginādo ſed experiēdo ignē
pati Iulianus apud magiſtrū idē pene affert Si uiuentis ait hominis incorporeus ſpiritus
in corpore retinetur Cur etiā poſt mortē in igne corporeo non retinebitur? Hoc in ſūma
colligendū. Igni natura ſua incorporeū aliqd ut loco locatū cōiungi non poteſt: ſed qua
diuinæ inſtrumentū eſt iuſtitiæ habet ut ipſam quodāmodo alligatā retineat animā Reli
quum ut ſuperioribus breuiter rationibus reſpondeamus. quāuis enim inter corporeū &
incorporeū tactus corporeus ut inter animā & corpus nō exiſtat/eſt tamen ſpiritales qui
dā in eis cōtactus quēadmodū & cibi nutrimentū/quum ſpiritale & h c exiſtat tactu item
agit ſpiritali:aliū mouens modo quo contriſtans tangere dicitur ut in primo de genera
tione narratur. Q uod autē aīæ ſeparatæ extra locū quandoq̃ diuina prudētia ſint/nō pro/

Auguſtini defeſio.

pterea nec beati felicitatẽ amittunt:nec damnati pœnas euadunt Quemadmodũ qui ca
cere aliquantulum egrediuur/noſcit ſe nihilominus uinctum:& qui rurſus i gaudio agit
in eodem ſe ubiq; perſeuerare intelligit.

¶ Quomodo purgantur animæ/quomodoue poenis leuantur. XLVIIII

QUEM quo damnatæ duorum quoq; generum purgandæ migrant ani/
mæ ſola ſpei ac conſciẽtiæ ſorte illis feliciores ne dicã minus miſeræ ut pla/
ne a Magiſtro accepimus.Eorũ imprimis quibus ab his que uenia ſunt di/
gna nullus animus ſeu certe nulla diligentia fuit abſtinendi ut in uita cõmu
ni pars maxima cõmertiorum tumultu diſtractæ:partim uitæ iucundioris
dulcedine decepti.Deinde qui lætalium quidẽ penitentes pœnas attamen
apud nos minime ſeu certe non penitus dederunt.Inter hos ſunt de quibus idem loqui
tur auctor mediocriter boni:maliq; item mediocriter.Origenes autẽ epiſtolam ad Ro/
manos enarrans:eos uocari bonos dicit/quorũ malis preualena bona rurſus uero ma/
los quorum infra mala ſunt numero bona.Locum hunc mediũ græci non admittũt in Grecoꝝ opinio
hoc profecto quẽadmodũ in reliquis contentioſi ſciſmatici peruicaces Nam & qui per/
fecta forent uirtute & omni prorſus liberi culpa tantũ eo modo ſeruarentur/quod huma
næ fragilitati longe difficile/rariſſimũq; admodũ quos equi amauit Ieſus/aut ardẽs eue
xit ad æthera uirtus conceſſum.Quãobrẽ & indeſperationẽ plerique ſe conuerterẽt & pro/
uidentiam naturamq; ſimul non uti matrem amplectentur:ſed ut nouercam incuſarent
ſi ſingula queq; uel minima:pœna atrociſſima ac perpetua pſequeretur: Que homines
longe infra dei bonitatem ac miſericordiam ſepe inter ſe conuiuando remittere ſolent.
Nec ipſe dominus in euangelio ꝗdã eſſe peccata que in altero ſeculo dimitterentur ne/
gauit.Et in Macabeis oratio pro defunctis cõmemoratur / ſimulq;.xii.millia dragmarũ
elemoſyna Quã unã ſuffragiorũ eſſe præſtantiſſimã in confeſſo eſt apud omnis Et quãq̃
poſt mortẽ ſtatutas dico certas eſſe cuiq; ſedes credimus uſq; in iudicii tempus:in nõnul
lis tamen ſententia decretoria non admodũ uideri poteſt.Nam ſi Gregorius ut eſt me/ Traianus libe/
moriæ proditũ Traianũ quẽ & in Chriſtianos magnopẽ ſeuiſſe & ebrietati puerorũq; ratus.
libidini maximis uitiis obnoxiũ eius narrat hiſtoria fuiſſe:ex igne perpetuo liberare po/
tuit Cur non alios non minores illo ſanctos Ariſtoteles Origeniſq;:ac aliorũ his ſimiliũ
animas qui rẽ chriſtianã & theologorũ ſcientiã ſuis maxime ſcriptis iuuerunt/caſtis inſu
per moribus ſemper fuerunt non potuiſſe ſeu poſſe in futurum eripere dixerunt. Dama
ſcenus enim qui rem hanc Traiani orienti & occidenti notiſſimã eſſe affirmat / noſtras
preces per hoc exẽplũ etiã in infernũ extẽdi uidetur arbitrari Aquinas itẽ de nõnullis aliis
ſimilibus ſcribit/eoſq; dicit pudentia quadã in loco ſeparato ad huiuſcemodi effectũ re/
tentos fuiſſe Et ut dãnatos ex talibus ſuffragiis aliquantulũ iuuari non negat/ ſic eos pœ/
na non penitus liberari tutius eſſe exiſtimare affirmat:Multorũq; contra ſentientium re/
cere opiniones uidetur.Quãobrẽ ſpes de nullis unquã abiicienda qui in dogmate catho
lico uixerunt & extincti ſunt:nullumq; pro his propterea tempus a fidelibus precandi in
termittendum Quod & antiquum iam ab ẽpis apoſtolis inſtitutum fuiſſe Damaſce/
nus in quodã pro defunctis ſermone ſimulq; Dionyſius de eccleſiaſtica hierarchia teſtã/
tur.Nam quum ſimus inuicẽ mẽbra: eſſe nobiſcum pariter in altera uita purgandi nõ de/
ſinunt:Alterutrũ iuuãdo unũ fouemus corpus.Ex quo ẽt peccator ut ait Aquinas modo
eccleſiæ miniſter ut ſacerdos uel priuatim quilibet alius uel iniuſtus ex hominis tamen
iuſti mãdato digne ſuffragari poterit.Per ſeſe autẽ nequaq̃:quod ab hoſte deus haud ali/
terq; princeps pces ſuſcipere dedignetur:Et q ſe domino neſcit:alios longe minus conci/
liare ualebit Neu demũ gratiã qua quiſq; priuatur proximo uel defuncto ipetrare uerũi/
mile ſit.Accedit & ſacroru uoluminũ auctoritas Deus ad Abel & munera eius adſpexit
Ad Caim autem & eius munera nequaquã Diuerſa tamen alius ſententia iniquum ſane
atq; impiũ uideretur inquit Auguſtinus ſi mortui hoc priuarentur adiumento/ut nequis
niſi bonus deoq; acceptus eis auxiliũ afferre poſſet Quotus quiſq; nam eſſet : Ex quos

minime ex ſortes inueniuntur. Vt plane deum per omnia non ſolũ nobis ſed illis qui decedunt conſuluiſſe/nec ullã deſperandæ unquã ſalutis eſſe cauſam ſeculis oſtendat: ſimul q́ꝫ ut ſcitis Vicarii ſacroſancta poteſtas diuinitus tradita quanta ſit non ſolũ in terris ſed ẽt apud inferos appareat.

℄ De partibus animæ appetentibus. L.

E Partibus nunc animæ appetentibus dicendũ Et quoniã uelle itẽq́ꝫ intelligere patientes ſunt potentiæ non autem ſubſtantiæ (anima namq́ꝫ tota ſubſtan-
d tia eſt Intellectus uero & uoluntas eius potentiæ) Quomodo res patitur quomodoue in potentia ſit paucis dicam Primũ pati dicimus qum aliquid ab eo quod ex natura conuenit remouetur. Vt qum aquæ per calorẽ frigida eſſe deſiit Item æger patitur Alio modo qum inconueniens ceſſat/ut qui curatur aut lætatur. Tertio qum omne quod de potentia in actum exit/etiam qum pficitur pati dicitur Sic & intelligere & appetere fuere: Nam ad intelligibilia ſimul & adepubilia ut actui potentia cõparantur Potẽtia uero bifariam ſe ad actum habet Quædam continuo per actũ pfecta ut de corporũ cœleſtiũ materia dicimus: quedam non ſemp in actu ſed ex potentia in actum procedit ut in generatione & corruptiõe reperitur. Intellectus angelicus ob primi intellectus propinquitatẽ qui eſt actus purus ſemper eſt in actu. Humanus autem quod a diuinæ mentis perfectione ſit procul ualde infimus ac tenuis Quãobrem intelligibiliũ ratione eſt omnino in potentia. Nunc ad appetitũ ueniã Hic ut in tertio de anĩa & xi. metaphyſicæ dicitur motus eſt quidã Superiorq́ꝫ inferiorem hoc eſt intellectiuus ſenſitiuũ mouet Ex quo diuerſas eſſe potentias apparet. Secundum uero apprehenſorũ differentia & obiecta propria diſtinguuntur: Senſitiuus quẽ ẽt ſenſualitatẽ theologi uocant in iraſcibilem & concupiſcibilem diuiditur. Ambo ſuperiori parti hoc eſt rationi obtemperare ſunt apti Appetitus namq́ꝫ ſenſitiuus in aliis animalibus ab extimatiua mouetur uirtute: Quẽadmodũ ouis lupum nunq̃ uiſum inimicũ exiſtimans timet/ cuius loco in hoĩe cogitatiua eſt. Quæ quibuſdam ratio peculiaris & ſingulariũ dicitur. Ab ea namq́ꝫ mouetur in hoĩe appetitus/cui ratio uniuerſalis imperat. Et quoniã uniuerſalia principia in ſymparaſmata ſingularia non opus intellectus ſed rationis officium deducere: ideo appetitus rationi magiſq̃ intellectui dicitur obtemperare. Quod ſane uſu deprehendere ualemus. Aliquot enim uniuerſales conſiderationes intra nos uerſando: ira timor ſeu aliquid ſimile facile mitigatur: ſeu etiã inſtigatur. Preterea ut in primo politicorũ narratur Eſt in animali conſiderandũ Deſpoticũ Principale & Politicũ Anima quidẽ corpori ut Deſpotus Ratio ut uero appetitui ſicuti rex ac princeps Appetitus quoq́ꝫ ipſe rationi quandoq́ꝫ reſiſtit/quemadmodũ ciues & liber populus præſidi quidem ſubditi Ius alioquin proprium aliquod retinentes.

℄ De uoluntate. LI.

OLVNTATIS Obiectum/bonũ: ſicut intellectus uerũ Quemadmodũ enim hic primus aſſentitur principiis Sic fini ultimo uoluntas Qui felicitas
u ſiue beatitudo eſt ut in ciuitate ait Auguſtinus Finis namq́ꝫ ſic ſe in actione habet Sicut in ſpeculatione principiũ ut in .ii. de phy. dicitur Opus igitur id quod alteri natura iter conueniat/omnium aliorũ potiſſimũ eſſe fundamentũ: in re qualibet natura principatũ obtinet/ & motus oĩs ex aliquo prouenit immobili Boni duæ qdẽ ſpecies primũ finis cuius eſt propriũ uoluntas: Et eorũ que ſunt ad finem: quorũ eſt optio proprie ut in tertio dicitur ethicorũ Diuerſi quidẽ actus idẽ tamẽ uoluntatis motus in eadem namq́ꝫ re diuerſos eſſe modos/& actus nihil ſane refert/qum in rebus naturalibus p eandẽ potentiã aliquid media pertranſiens terminũ pertingat. Ea enim que ſunt affinem media qnedã per que affinẽ peruenitur apparent Palã igitur quod idẽ utriuſq́ꝫ motus & diuerſus actus uerbi gratia curari æger cupit ante oĩa. Deide q̃ adhoc faciũt excogitat/medicos accerſit: medicinas & alia parat Sic item circa intellectũ euenire ſolet. Prima namq́ꝫ ipſa per ſe principia intelligit aliquis ob ea poſtea diuidit & cõponit. Sed

quid dicemus ſi fini & beatitudini addicta eſt omniū uoluntas/neceſſitate quadam im/
pelli uidemur? Si neceſſarium/non uoluntariū. Verum hoc theologorum refellitur diſti
ctione q pluriſariam neceſſariū Coactum Violentum/Hypoteticum Naturale. Hæc eni
neceſſitas:nature potius q̄dam eſt propenſio Q uod.n.ſponte libenterq̧ agimus/non co
acti dicimur. Coactum.n.& uiolentum naturæ oino aduerſum/ uimq̧ adferre uidetur.
Bonum igitur uoluntas naturaliter tantum Malum uero nō mali ſed boni rōne ac opi/
nione queritur. Perfectum uero bonum/ac finem ultimum.i.beatitudinem ſolū neceſſa
rio contendit Electio ſiue optio qum de his q̄ ſunt ad finem exiſtat/nō neceſſaria ſed ad/
modum libera uidetur. De hac itaq̧ mox pauca.

De optione. LII.

l IBERVM arbitrium ſiue electio ſeu optio a uoluntate diuerſum non eſt
Sed unus idemq̧ oino motus uerū ut ait libro.iii. Damaſcenus uoca bulis
tantum differunt. Alterum βουλησισ Voluntatem uero θελησισ ap/
pellat. Potentiæ namq̧ appetentes affinitatem quodā modo cum intelligen
tibus hn̄t. Q uemadmodum enim intellectus & ratio inter ſe habent:ſic ita
uoluntas & liberum arbitriū quod aliud nihil eſt q̄ uis quædā electiua idq̧ ex obiectorū
& actuum habitudine ſatis cōprenditur. Nam intelligere aliq̄d ſtatim ac ſimpliciter ē ap
prendere. Vnde principia q̄ ſine collatione/aut diſcurſu aliquo per ſe cognoſcūtur: intel/
ligi proprie dicuntur. Ratiocinari uero ex uno in alterius cognitionem uenire. Q uam
obrem rō circa ſympaſmata quæ ex principiis innoteſcūt pprie uerſatur. Similiter & uel
le ſimplicem res comprendit appetitum. Vnde uoluntas finem tm̄ quæ ſine cauſa experi
tur reſpicit. Eligere aūt eſt alterum alterius gr̄a hoc eſt finis optare. Verū quemadmodū
intelligere & rōcinari eiuſdem omnino eſt potentiæ Sic item uelle & eligere Q uemad/
modum etiam quieſcere & moueri eiuſdem omnino uirtutis ac generis.

βουλησισ
θελησισ

Intelligere
Ratiocinari
Velle
Eligere.

An uoluntati præſtet intellectus. LIII.

d ECIMVS æthicorum liber poteptiam ponit altiſſimam intellectū. Q uod
quidem abſolute uerum uoluntas attamen ex parte quandoq̧ preſtat hoc
ferme modo. In.vi.namq̧ Metaphyſicæ bonum & malum uoluntatis obie
cta dicuntur extrinſecus Veꝝ aūt & falſum intellectus obiecta intus mane
re. Q uando igitur res in qua ſit bonum:ipſa eſt anima nobilior in qua eſt
ratio intellecta: Voluntas intellectu eſt altior. Q uum uero illa infra eſt animam/tunc ta/
lis comparationē intellectus eſt uoluntate ſublimior. Vn̄ melior eſt dei amor q̄ cognitio
Contra uero reꝝ corporearum cognitio potior q̄ amor Abſolute tn̄ ac ſimpliciter intelle
ctus/eſt uoluntate p̄ſtantior. Comparatio utriuſq̧ rem facile oñdet. Verū namq̧ quod eſt
intellectus obiectum boni rationem ſignificat Q umq̧ intrinſecus exiſtat ſimplicius di/
citur:q̄to enim purius aliquid & abſtractius:tanto nobilius ac ſublimius Deinde id qd̄
eſt generatione ac tempore prius eſt item imperfectius. Nam in uno cōmuniq̧ tp̄e actū
potētia:tāq̄ imperfectio pfectionem precedit. Ad id qd̄ prius ſimpliciter ac naturæ ordi
ne exiſtit/omninoq̧ perfectius & melius Sic & actus potentia prior Hoc item mō uolū/
tate intellectus ſicuti mouens mobili & agens patienteq̧ prior. Bonū namq̧ intellectū uo/
luntatem non uelut agens ſed ut impulſum impellens. Intellectum uero uoluntas ut fi/
nis p bonum eſt intellectū cupit intelligere. Simili rōne bonū ſub uero qua quoddā ē ue
rum intellectum. Et rurſus uerum ſub bono:qua bonum eſt quoddā deſideratum conti/
netur. Sic alterum altera potentia p uices mouebit. Sed in infinitum pcedere non opus.
Igitur in intellectu ſicut in primo conſiſtendum. Omnem enim uoluntatis motū cogni
tio neceſſe ut precedat/non aūt omnem cognitionem uoluntatis motus. Intelligendi nā
q̧ principium aliquod eſt ſublime intellectiuū altius longe noſtro intellectu ipſe deus:
ut in.viii.dicitur Ethicorum. Ex quo rem hanc pſcriptam eſſe:nec in infinitum tendere
oportebit.

Q uod intelligere deum finis omnis intellectus ac felicitas exiſtat. LIIII

MNIBVS quidem hominibus cognoſcẽdi deſiderium corum cãs que ui
dentur naturaliter cũ inſitum Hinc itaq; philoſophari cepiunt Cauſam.n.
o inuenientes quieſcebant/nec omnino contentus animus ad cauſam uſq;
primam/hoc eſt ipſius deum per primã Philoſophiam conſcendit.Nã hæc
per ſe tantum/cætere uero artes ſiue practicæ ſeu factiuæ ut ad finem per/
ueniandi iuuantes expectuntur.Hoc etiam clarius ſimilitudo oñdet.Corpus.n.quum na
turali appetitu ad ꝓprium tendat locum tanto uehementius/ac uelocius eo fertur quan
to magis ſinis propinquat.Ex quo in primo de cœlo dicitur quẽadmodũ motus natura
lis rectus ad infinitum eſſe nequeat Q uod.n.celerius poſtea q̃ prius mouet̃ ad aliquem
oĩno terminũ properat Hoc item in ſciendi cupiditate conſpicitur Q uo namq; plura ſcit
aliquis/eo maiore deſiderio tenetur. Tendit igitur ad finem præſcriptum is aliud q̃ no/
biliſſimũ ſerbile quod eſt ipſe deus eſſe non poteſt.Q uamobrem in euangelio dicitur.
Hæc eſt uita æterna ut cognoſcant deum uerum.Huic pariter ſententiæ decimus ethicoꝝ
liber adſentiri uidetur qui in ſpeculanda prima ueritate ponit hominis felicitatem R atio
nes ad huc aliæ ſuperſunt.Si.n.beatitudo ꝓprium humanæ nature bonum intellectus ei
magiſq̃ appetitus conueniet. Intellectu namq; ac ratione a ceteris animalibus non uolũ
tate præſtare dicimur. Item uelle quæ non intelligimus nequaq̃ poſſumus.Rurſus q uo
luntatis uult tueri partes ſic ait.Q um caritas ſit una omnium uirtus eminentiſſima/ac p
eam ad deum magis adcedamus.Hæc per uoluntatem exercetur:felicitas ergo ex ea pri
mum.Præterea delectatio ex uoluntate ꝓuenire cognoſcitur hæc opus quemadmodũ
pulchritudo iuuentutem ꝑficit ut in.x.ſcribitur ethicoꝝ.Opus aũt perfectum ultimus eſt
ſenis:ſed & alia non nulla dici poſſunt:quæ palam confutat Aquinas.N õ.n.ex hoc qđ
felicitas boni rationem habet & obiectum uoluntatis exiſtit/neceſſe propterea ipſam uo
luntatis eſſe actum.Nam ex eo quod obiectum/eius non eſt actus ſicuti nec uiſus eius
eſt actus obiectũ:prius.n.hoc naturaliter q̃ actus:prius item motor q̃ moueri. Q uo ad
delectationem/opus quidem eam habere perfectum dicimus. Verum hæc bona ne an
mala aut quæ qualis ue ſit/aut quomodo delectet diſcernere/omnino intellectus offici/
um fuerit:

¶ Q uomodo in hac uita felicitatem abſolutam adſequi non licet. LV.

LLAM omninõ perfectam & ultimam quam q̃rimus felicitatem abſolu/
tam uita mortalis nullo modo adſequetur: In actiõe aliqua aut uirtute mo/
i rali primum nõ inuenitur:qđ & ad aliud dirigatur iuſtitia ad pacem. Tem
perantia ad motus in honeſtos ſedandos Ad alia uero aliæ. Nõ item in cõ
templatione illa q̃ uulgo habetur ex Creatorum coniectura iudei cunctã re
gentis ueniens opinionem Q uæ quidem cognitio confuſa:& multis errorum cã/dum
alii alia colunt:atq; adorant.Non etiam in philoſophorum cognitione qui paulo altius
ꝓcedentes ꝑ demonſtrationem & rectam ſententiam ipm deum immobilem:æternum
maximum/actum purum:primam cauſam & his ſimilia oſtendere quærunt.Q uoniam
ad hunc ſenſum pauci admodum per ingenium aut doctrinam peruenirent. Felicitas
autem quoddam eſt bonum omnibus cõmune aptumq; comprendi modo non ſiũt or/
gani impediri.Sed & per fidem quæ omnibus quæ ſupradiximus uiis addes cognitio/
nem eſt altior/non adhuc ad eam de qua loquimur felicitatem ſatis prouenimus.Fides
namq; deſiderium non explet ſed accendit. Q um quinq; qđ credit uidere cupiũt Circa
enim abſentia nõ preſentia uerſatur.Q uamdiu per fidem ambulamus inquit apoſtolus
peregrinamur a domino.

¶ Q uod uera & ultima felicitas in uidendo conſiſtit. LVI.

Eſtat ergo , ut hæc in ipſius dei ꝑfecta contemplatiõe uerſet̃.Q uam nullo
r mõ inter mortales adſeq licet Si enim ut ſupra oñdimus ſubſtãtias reliquas
ſeparatas in hac uita ob naturam intellectus noſtri ad phãtaſmata depndere
re non ualemus/multo minus diuinã eſſentiam quæ omnis ſpecies ãncellit uidere potes

rimus Signũ ꝙ quãto magis mens ad ſpiritalia coutẽplanda inſurgit/tanto magis a ſẽ/
ſibilibus abſtrahitur. Hoc eſt, quidem quod in Exodo dicitur Non uidebit me homo &
uiuet. Dei namq; uiſio in ſacris uoluminibus ſepe imaginaria ponitur. Videmus nunc
inquit per ſpeculum in enigmate: nec niſi per ſẽſibilia aut altiore modo q̃ cauſa per effe
ctum cognoſci põt. Quod ſi deum uidere non licet in hac uita/neq; item felicitas ſupre
ma eſſe poteſt ibi nãq; felicitas & perfecta quies quæ adpetitum ſic apta explere. Hũc ue/
ro nihil unquam/niſi perfecta dei cognitio. Quid ergo hic dicemus Naturale hoc deſi
derium fruſtra erit: Minime: natura.n.nihil fruſtra. Non uidemus in hac uita/opus igĩ
ut poſt hanc: ea ferme mõ quo ſubſtãtiæ ſepatę intelligũt. Quare in Euangelio de homi
nibus dicatur Erunt ſicut Angeli.

¶ Quomodo animæ beatæ ſimul & Angeli deũ uideant. LVII.

q VANDO aũt felicitatem ſupremam in uidẽdo deo ſi tam diximus ne tu
putes hunc omnino ſuſtantias ſeparatas: itemq; animas niſi per ſuas eñtias
ut cauſam per effectum uidere. Per effectũ.n.cauſa duobus cognoſcitur
modis: primo ut demonſtrandi medium: ſicuti ſciẽtiis euenit Deinde cũ
cauſe ſimilitudo in effectu conſpicitur: ſicut homo ſuam in ſpeculo ſimili
tudinẽ aſpicit. Animæ itaq; ſiue angeli deum per ſuas eſſentias ſicuti cauſam p effectum
non primo modo cognoſcunt/qđ ſatis clara nequaq̃ uiſio foret. At ſecundo modo quo
ferme quælibet ſubſtantiarum & uiſe & in aliis deum contuentur/nulla tamen ut dei ex
æquet aut comprendat uirtutem Similitudo namq; intelligibilis per quam ſcđm ſuſtã/
tiam ꝓpriam aliquid intelligitur eiuſdem ſit ſpeciei uel potius ipſa ſpecies oportet Quẽ
admodum forma domus in artificis mẽte eiuſdẽ eſſe ſpeciei uel ipſa potius ſpecies quæ
in materia reperitur/non.n.per hominis ſpetiẽ aſinus uel equs intelligitur. Ipſa igĩ ſuſtã
tiæ ſeparatæ natura diuina non eſt/non ergo hanc penitus intelliget. Vnde nec penitus
deſiderium explet. Quanto enim magis mens inluſtratur/ tanto ad cupiditatem donec
ad pfectã ueniat cognitionem incenditur ut deum in eius ſuſtantia oĩno cõprendãt. Ex
quo ſatis apparet in re nulla magiſq̃ in intellectus opa ſitam eſſe felicitatem quum nullũ
æque ſublimæ q̃ ſummi dei ueritatis intelligendæ deſiderium ſit. Quamobrẽ in libro
ſapientiæ dr̃. Ego in altiſſimus habito/& Thronus meus in colũna nubis. Itẽ i ꝓuerbiis
Sapientia per ancillas ſuas ad arces uocat. Furor igitur hominis felicitatem in tam excel
ſo ſitam loco/ in uiliſſimis huius uitæ rebus querere/aut collocare.

¶ Quomodo animæ deum uideant. LVIII.

n VLLI igitur mentium per ſe propriamq; eſſentiam deum niſi q̃um ſupra
oſtendimus uidere licet: & hoc quidem nobis ex diui i gratia ſtatim a cor
pore ſolutis promittitur. Per hanc maxie deo ſimiles efficimur. Inſuper
dei filii: & felices & eterni in ſacris uoluminibus appellamur. Hoc quoq;
ſanctorum & gaudium/& cibus & ambroſia/& nectar/ & angelorum pa
nis: quo miſer homo imortalitate conatur, Sed & inuidendo deo in quo ſunt oia crea/
ta reliqua omnia uidebimus/non quidem e ſucceſſione ſed ſimul: pro gradu attamen
proq; meritis & gratia quiſq; adſpiciet/ac deguſtabit In domo pr̃is mei mãſiones multæ
ſunt inquit euangelium. Et laborantibus in uinea quamuis non æque laboraſſent dena
rium tamen ſingulis dedit/hoc eſt omnibus uiſionem impertit: alius tamen atq; alius al/
tiorem. Huiuſcemodi namq; uiſione intellectus ut ſuam adſequatur pfectionem oĩum
ſpecierum naturas & uirtutes & accidentia ꝓpria cognoſcet. Subnaturalibus rurſus ſpe/
ciebus indiuidua deprendet. Quod autem cuncta quæ deus per ſuam aſſentiam uiden
do cognoſcit intellectus creatus in dei ſuſtantia ualeat/nequaquam datur: quæ fere tria
uidentur. Primum ea q̃ deus facere quidem poteſt non attamen nec fecit/neq; factus eſt
cognoſci nequit: niſi eius forte uirtus qđ nulli licet ꝯprẽderet. Deĩde rerũ oĩm factarũ rõnẽ
Ex quo. Eccliaſtici.viii. dr̃ intellexi qđ oium operum dei nullã poſſit hõ inuenire rationem

Tertio ea q̄ ex eius deprehendent uoluntate ut prædeſtinatio electio uocatio & his ſimi lia.q̄ ad hoiem iuſtū ac ſanctū reddendū faciant Q uāobrē ad Corinthios.ii.dicitur Q uæ hominis ſunt nemo nouit niſi ſpiritus eius qui i ipſo eſt:Ita & que ſunt dei nemo nouit niſi ſpiritus eius Et rurſus o altitudo ſapientiæ & ſcientiæ dei q̄ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius Etenim quis cognouit ſenſum domini aut q̄us fuit primus conſiliarius eius? Q uod autem ex eiuſdem ſententia ad eam magnitudinē peruentura ſit aīa ut deū a facie ad faciē uiſura ſit:quonā modo fieri poſſit: multo Aqui/nas ſermone diſſeruit/tandē ſic oſtendit.Q uēadmodū ex naturali forma qua aliquid exi tat ſimul & materia unū fit ens Ita ex forma qua intellectus intelligit & ipſo intellecto fit unū intelligendo In rebus autē naturalibus res p ſe ſubſiſtens alicuius materiæ forma eſſe non poteſt ſi res illa materiā ſui ptē habeat Q uia ut materia ſit alicuius forma eē nō pōt:Sed ſi res illa per ſe ſubſiſtens ſit forma tantū/nihil proibet alicuius eſſe materiæ for mā Q uēadmodū in aia uidemus in intellectu igitur opus eſt ipſum intellectū eſſe in po tentia quaſi materiā:& ſpetiē intelligibilē quaſi formā:Et intellectū i actu uelut ex utroq; cōpoſitū accipere.Vnde ſi res aliqua fuerit p ſe ſubſiſtens/q̄ nihil aliud q̄ prater id quod in ſe intelligibile habeat.talis in quā res forma qua intellectus cōprehendit omno eſſe po/terit Res enim quelibet eo intelligibilis quo tantū eſt actu non potentia ut in.ix.meta/phyſicæ dicitur:ſignū uero quod formam intelligibilē a materia ſit abſtraere opus.Q uā obrē quum diuina eſſentia ſit actus purus procuIdubio forma qua intellectus intelligit eē poterit.Hæc demū uiſio fuerit/que beatos reddet unde ut Magiſter ait Anima ad corpo/ris ſocietatē reuertens q̄dā beatæ unionis ſimilitudo qua deo coniungitur homo fuerit: claraq; ſignificatio:quod intellectus ad deū uidendū diuino indigeat lumine.Sed adhuc pluſculū rē hanc uerbis ex eodē theologo diſcutiemus Ipſe namq; creatus intellectus ad deprehendendam dei uiſionē huiuſcemodi natura q̄dē nequaquā idoneus niſi dei lumi ne gratiaq; adiutus Rei enim alicuius forma propria alienus fieri omno nequit niſi forte res illa ſimilitudinis eius cuius eſt forma:ſit particeps Eſſentia namq; diuina propria eſt intellectus diuini forma intelligibilis Hec tria unū in deo ſunt.Intellectus: quo intelligit & q̄d intelligit.Neceſſaria igitur diuiæ ſimilitudinis pticipatio Q ue quidē cognitio ex ſimi litudine nobilis ſenſus qui lumine illuſtratur:intellectualis uiſio uocatur.Luminis enim ſiue lucis nomen etiā q̄ cognoſcuntur ad ſummūt. Q uāobrē in tertio de aia Intellectus agens ex eo quod actu intelligibilia ſicuti lux uiſibilia reddit:luci aſſimilatur. Huius lu/minis plena in ſacris uoluminibus ſignificatio In lumine tuo domie uidebimus lumē. Lux orta eſt iuſtis Itē ciuitas ideſt beatorū nō eget lumine/nec ſole nā claritas dei illumi nabit illam Eſaias.lx.Non erit ibi amplius ſol ad lucendū p diē/nec ſplendor lunæ illu/minabit te/ſed erit tibi dn̄s in lucē ſempiternā & deus tuus in gloriā tuam Et in euange/lio Erat lux uera que illuminat oēm hoiem uenientē in hunc mundū Item amictus lu/mine ſicut ueſtimento.Idcirco etiā tamdeus q̄ angeli apud ſacros libros in figuris igne/is ob ignis claritatē deſcribuntur.Q uin & cerei & lampades ob eandem cauſam in aris ac templis accenduntur. De luce ſeu lu/mine ſpiritali.

❡ Q uod in deo uidendo omnia ſimul & perpetuo ac ſine faſtidio uideantur. LIX.

q VM Diuinam uideant ſubſtantiam omnes rerum ſpecies intelligunt qua/rum nonnullæ infinitæ reperiūtur ſicuti numerorū & figurarum & propor/tionū intellectus in diuina ſubſtātia uidet infinita nec ea ſane uidere poſſet niſi ſimul omnia uideret/quod infinita tranſire non ſit Preterea ſuprema fe licitas non ex habitu ſed actu pendet Non ergo unum prius & aliū poſte rius Non autem uolubiles tunc noſtræ cogitationes ab alia in aliam eundo & redeūdo ſed omnem ſcientiam noſtram uno ſimul conſpectu uidebimus Erunt præterea in uita & cognitione hac perpetua Homo enim naturaliter ſalutem:ita perpetuam cupit felicita tem/quæ uera non eſſet quandoq; deſitura.Q uod enim quandoq; deſinit/omne preteri tum tempus quantus longiſſimum pro nihilo exiſtimandum Nec eſt quod eadem

ſugis & perpetua uiſio quandoq; faſtidiū pariat/hoc enim ex organis & potentiis corpo/
reis ob diuturnarum meditationū frequentiam languentibus euenire ſolet Huc accedit
admiratio que nihil unq̄ faſtidioſam/aut graue ſinit eſſe Eſſentia namq; diuina qum nul
lus eam comprehendat/continuo cū admiratione conſpicitur Q uē angeli admirantur
ait in epiſtola Petrus item deo qui eſt oino imutabilis q̄to quis magis propinquat tanto
minus mutabilis/magiſq; perſeuerans Vnde corpora quædam q̄ procul adeo diſtant p/
petuo durare nequeunt/ut in ſecundo de generatione dicitur: ſed qui eius conſpicit ſub/
ſtantiā/maxime deo propinquus ſiue imortalis & idē ſemp. Q uāobrē in pſalmo dicitur
Beati qui habitant in domo tua domine/in ſecula ſeculorū laudabunt te Et rurſus Non
cōmouebitur in æternū qui habitat in hieruſalē Ex hoc igitur exploſa Platonicorū ſenten
tia qui aias dicebant mortuorū poſtquā ultimā felicitatē adepti eſſent iterū i corpora redi
re uelle iterūq; in huius mundi laboribus & miſeriis inuolui Vnde Virgilius ſuper hoc
admirans ait Q uæ lucis miſeris tamdira cupido? Origenis etiam opinio qui aias & an
gelos poſt beatitudinem ad miſeriam rurſus redire poſſe exiſtimabat.

¶ Quod in ſuprema felicitate omne deſiderium explebitur. LX.

N ea namq; ſummi dei uiſione cuncta humano generi expetita optataq; ſe
ſe effundent/ut nihil oino amplius deſideretur:que breuiter percurrere uaca
i bit. Inprimis ea q̄ tantopere prædicatur optaturq; rerū diuinarū contēplatio
uberius aderit quæritur & actio uirtute ac moribus ſecundū ciuilē habitum
ornata q̄ profecto non deerit qum ratio ſuo uigori reſtituta & omni lumi/
ne illuſtrata ſuffragabitur.Honores ēt in hac uita ad ambitionem faſtumq; expetūtur ibi
coram deo & angelis tantum digni ad regnum prouehentur/& cum chriſto ſimul domi
nabuntur/filiiq; dei uocabuntur Diuitias uē quarū gratia illiberales iniuſtiq; fiunt hoies
expetunt.Gloria uero & diuitiæ in domo eius:& iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi quæ
runt inſuper uoluptates/& illecebras peccatorūq; fomenta:ſed longe maiores ibi: quāto
corpori preſtat intellectus labores & erūnas ut malū uitāt:quietēq; & otiū ut amica ſectā
tur De illis autem dicitur/Non eſurient neq; ſitient amplius nec cadet ſuper illo ſol/ aut
ullus æſtus.Hic uerius ac ſanctius q̄ in campis poetarū elyſiis:ſacris cōmutati uirginibus
iuuenes ac nullis mixti libidinibus cœleſtes ducēt choreas:paſſimq; uagātes dei ac do/
mini ſui laudes ingeminabunt/nō metus duræ mortis aut tot morbi corporeæq; peſtes
imortalē uexabunt naturā/Non diſcordia ciuiū non hoſtis & dira bellorū rabies agros
populabitur alienos/non tot perturbatiōes curæq; mordaces: mala ſuada fames & anxia
paupertas de ſtatu tranquillæ perpetuæq; pacis animas deiciēt.Nam præterq̄ quod nihil
malorū uidebitur:bona omnia aceruatim aderunt/q̄ nec excogitare cuiq̄ ut ait apoſtolus
licet.Nam ſi humanæ ſæpe delitiæ ac uoluptates ita ſenſum trahunt ut ſeminnimos & atto
nitos ob uehementē hoies delectationē reddere ſoleant Q ue nam illa fuerint/ quādo ex
intelligentia tantū pendentes nulla naturæ ceptæq; gloriæ pugnantia ſentient ubi non ſen
ſuū ibecillitas corruptioni obnoxia interpellationē uarietatēq; rerū ut medicinā quandā
expoſcet.Inſuper ſi maximū hunc orbē deus oipotens cū eius plenitudie & rerū tantarū
copia ſi cœleſtes orbes adeo ſplendentes ſimul & terrā uniuerſam cū aialibus cunctis &
reliquā elemētorū materiā ac pulchritudinem ob corpus hūanū creauit / horūq; uſum
inimicis eumq; ſpernentibus maiorē ſepenumero concedit Q uanto longe potiora aiæ
in oibus pſtantiori diuinæ Is obtēperanti uoluntati poſtmodo tribuet? ad quā quidē ex/
colendā tot diſciplinas arteſq; repperit/& ut eā in cœlū tandē deduceret:ipſe de cœlo de/
ſcendens ſponte mori factus homo conſtituit una tantū q̄uis paupertis uiliſſima p orbē
repta:quū pſonarū nulla ſit apud eū acceptio.Neq; eſt quod illius oblectatōis ppetuæ ul
la ſit unq̄ ſacietas ubi nunq̄ rerū mirādarū ſit oino deſitura ſucceſſio/ qum uno eodemq;
actu quid uehementius intuendū nō ſatis ſciā Dei ne gloriā ac ſapientiā:propriū & im/
mortale gaudiū Tot periculorū liberationē certa præſentū donorū poſſeſſionē/rerūq; oium

ſcientiam:creatorū antea nobis occultorū cauſas:ardentiſſimā erga deum & mutuā inter
eos beatorū caritatē? In hunc igitur modū humanus appetitus(qum non fruſtra hec &
ſpes & uoluntas ſit ei diuinitus oblata)omnino explebitur cui profecto ac ſupremo bo/
no nihil tam in hac uita ꝙ ueritatis contemplatio ſimile. Q uamobrē in hac potiſſimum
humanam felicitatē philoſophi præſertim peripatetici collocauere in ſacris item uolumi
nibus ea præ cæteris magnopere laudatur.

❡DE INSTITVTIONE CHRISTIANA LIBER QVARTVS.

❡De Myſteriis gratiiſꝗ ac donis e chriſto manantibus. I

VATTVOR Theologiæ partes ſupra iam conſtituimus quorū pri/
ma Dei demonſtratio Deiꝗ modorū ſimul & ad tributorū deguſtatio
quædam fuit Hec ſunt æternitas immenſitas ſcientia ſapientia bonitas
q prouidentia potentia. Deinde ab eo creata Q uorū principatum intelle
ctualis ſimulꝗ Rationis particeps ſubſtantia ad eius condita imaginē
tenet Tertio loco myſteria gratiæꝗ ac dona e chriſto prouenientia. Po
ſtremo uirtutes ac uitia: omnia ſane humanas ac plane philoſophicas
non excludentia rationes. Tantum hec myſteria fidei ſunt ubi ſcripturæ auctoritas ma/
giſꝙ in cæteris pollet ubi etiam theologorū ingenium minimū exerceri licet. Sed contra
fit a nonnullis qui ut cæteris quidem ſubulio rei uideantur hic ſudant:hic paleſtrā & pul/
uerem mouent beneſenuentiū ſumpta ſæpe laceſſunt:Humani tantum intellectus officiū
illud apoſtolicū ſeruare Non plus ſapere ꝙ oportet/& omnia dei potentiæ ſimulꝗ uerita
ti aſcribere. Cui hec & alia ipoſſibilia minime fuiſſe ſat credere fuerit Rationem uero ex
tactam in his querere nihil eſt aliud ꝙ cum ratione inſanire/nec unꝙ ſibi tandem ſatiſface
re At contra cum qui e euangelio auctorauit in ſumma uideas animi tranquillitate & ſe
men bonum quemadmodum dicitur in terra fertili fructū afferre in patientia. Q ue au/
tem a Theologis Aquinate preſertim ſuper his afferuntur nonnulla ad hilaritatē ſpirita/
lem ſpemꝗ excitandam breuiter adducam.

❡Q ue nam cauſa uerbo corpus aſſumendi fuit ſententie diuerſe cur angelus nō reſti
tutus:xp̄i meritū an fuerit infinitū:An humanitas aſſumpta tota:Cur filii perſona huic aſ/
ficio delegata. Cap.II.

IS caput & auctor Chriſtus initiū myſteriis dedit in ſalutem noſtram ut ait
apoſtolus ante ſecula predeſtinatus:multis appellatus nominibus Verbum
h Imago ſplendor figura ſubſtantiæ dei.ſapientia Primogenitus mortuorum
reſurgentium uiuentium.eccleſiæ caput.agnus.principiū Alpha & ω Dei
filius Dominus Filius hominis Teſtamenti ueteri ueteris figura:noui cō/
ditor. Lapis angularis.lux mundi Orbis ſeruator Via ueritas & uita. Pontifex æternus
Paſtor ouium princeps regū terræ.Hunc igitur aſſumendū humanū corpus bonitas im/
primis impulit:deo tantum ſicut homini ratio peculiaris naturaliſꝗ uti Dionyſius ait
Q uicquid enim ad boni rationem pertinet deo cōuenit Ante omnia uero ut rebus crea
tis ſeſe cōmunem reddat Id nunquam nec clarius neꝗ melius neu demū admirabilius
oſtendi poterat/ꝙ noſtram dignari naturam ſeꝗ orbi conſpiciendum præbere:mores do
cere:iter in cœlum oſtendere:& ut in ſumma dicam ex hominibus deos reddere Ex quo
in unam perſonam tria illa miranda Verbum Animam & corpus coniunxerit ut in.xiii
de trinitate ait Auguſtinus itemꝗ in epiſtola ad coluſianum Non mirum inquit deum
tam breui giro coarctari.non habet hec chriſtiana doctrina ut ita ſit in humana carne in
fuſus ut curam gubernaculæ uniuerſitatis deſeruerit/uel illud corpuſculū quaſi extractū
tranſtulerit Hominum enim eſt ille ſenſus nihil niſi corporeum cogitare Deus autē non
mole ſed uirtute magnus eſt unde magnitudo uirtutis nullas in anguſto ſentit anguſtias

Quod ſi uerbum hominis tranſiēs a multis ac ſingulis totum auditur Quid mirum ſi
dei uerbum permanens ſimulq̧ ubiq̧ ſit totum. Leo autē in ſermone natalitio Suſcipitur
Leo pōtifex. inquit a uirtute infirmitas: a maieſtate humilitas ut qđ noſtris meritis congruebat unus
& idem dei atq̧ hoīum mediator & mori ex uno & ex ſurgere poſſet ex altero Niſi enim
uerus eſſet deus remediū non afferre/niſi uerus homo non præberet exēplum damaſce/
nus libro.iii. Deus inquit homo factus ut eius bonitas ſapientia iuſtitia potentia uirtus
Damaſcenus oſtenderetur Potentia namq̧ uirtuſq̧ infinita Deū hoiem fieri longe magiſq̄ in mūdi cre
atione oſtenditur ut plane pſalmus induat. Miſeratiōes eius ſuper oia opera eius Quod
in orbe conſtituendo tantū magnitudinē ac potentiam hic uero præter illas & patiētiam
& humilitatem clariſſima bonitatis ſigna oſtenderit. In ſuper niſi peccatū extitiſſet (qum
& ea quæſtio inter theologos uerſari ſoleat) Aquinas oino negat uenturū fuiſſe Euange
lio teſte uenit filius hominis ſaluum facere quod perierat. Et paulus. uenit in hunc mun
dum ut peccatores ſaluos faceret ſublato namq̧ morbo medicinæ cauſa eſt nulla. Qui
uero contra aſſeuerant ſic probant præcognitum protoplaſti per coniugiū hoc fuiſſe my
ſteriū ex uerbis eius deprehendimus Nunc os de oſſibus meis Item ex paulo ſacramen
tum hoc magnū in chriſto & eccleſia. Sed ut ait in Geneſim Auguſtius Homo ſui caſus
preſcius fuiſſe ſicuti neq̧ angelus nequaq̄ potuit. Deinde Chriſtū non ſolū ad delendum
originale ſed ad alia ueniſſe palam eſt ut ad uirtutis auxiliū: ad gratiæ deinde gloriæ do/
nū: deniq̧ ad oſtendendū mortalibus diuinā caritatē ut tanto exemplo quo deus noſtra
cauſa factus eſt homo ſi non ſponte amarent: ſaltem redamarēt ut ait Auguſtinus' Poſtre
mo ad explendam naturæ gratiā unionis capacis: nec uериſimile per peccatū eam capacio
rē fuiſſe. Quibus oībus ex illius auctoritate ſic reſpondemus Primam quidē rationē pa
rū ualere Qum pugnare non admodū uideatur Protoplaſti indicatū diuinitus domini
aduentū Nec tamen ſui caſus preſciū fuiſſe Non enim quicunq̧ cognoſcit effectum/no
uit & cauſam Reliqua item que adducantur uaria eſſe/qum nihil proibeat poſt peccatū
naturā humanam ad maiora etiā quedam eſſe prouectam. Deus namq̧ mala ut ide po
tiora ueniant bona permittere ſolet Et ubi abundauit delictum: abundet & gratia ut ait
Paulus & Gregorius in cerei benedictione o felix culpa que talem ac tantum meruit ha
bere redemptorē. Angelus deniq̧ non æque ut homo gratiæ reſtitutus quod is nulla cor
poris fragilitate oppreſſus nulla externa perſuaſione incitatus: nullis ignorantiæ tenebris
inuolutus ſed malignitate propria ſponte ſeſe aduerſus deum extollens iexcuſabilis om
nino uideretur. Chriſti alioquin meritum ex Aquinatis ſententia infinitum ad oīa proq̧
omnibus fuit: Quod ex aduerſo quidam exequens infinitū inquit ut hominis quidem
chriſti eſſe nequaq̄ poteſt: qum humana ſint oia finita. Verū ex deo ut eſſet infinitū ei con
ceſſum. Cauillosa nimirum ac ſuperuacanea reſponſio. Nam quando ſemel fatetur infi
nitū: quod ex dei in illa uirtute fuerit palam eſt. Illud uero inconfeſſo apud oēs nō unius
tantum hominis ſuppoſitū more aliarū ſed totā fuiſſe aſſumptā humanitatē quod nō unū
ſed omneis pariter reſtituturus extetat: ut filii tantū non alia perſona ut materna in terris
Generatio paterne in cœleſtibus reſponderet: Quod ſi arduum uidebitur: ex ſimili tamē
ac primorum parentum origo diſciplina prodire uidetur. Si enim ex homine tātum Ad
amo naſci potuiſſe mulierem fatemur: cur ex muliere tātum homo diuinitus nō potuit.

¶ Cur non ab initio generis humani corpus aſſumptum. III

LVRES Et in hoc traduntur cauſæ cur non prius At ubi uenit plenitudo tē/
poris inquit Apoſtolus ſuper quo cōmentator ordinarius ac receptus quan/
P to maior inquit iudex ueniebat tanto preconum ſeries longior pretēdere de
buit Itemq̧ aliud apoſtolicū. Tradita per angelos in manu mediatoris ma/
gno inquit dei conſilio factum ut poſt hominis caſum nō ilico dei filius mit
teretur. Reliquit enim deus hoiem liberū in lege naturali ut ſic naturæ propriæ uires co/
gnoſceret Vbi uero hoc deficeret legem cōſcriptā tribuit: qua plane data: Male inualuerat
peccatorum orta occaſio non legis ſed naturæ uitio/ut ita propria cognita īfirmitate uin

ſtem clamaret & auxilium gratiæ quæreret Deinde promotionis ordo ſic expoſcebat ut ab imperfecto ad perfectum ꝓcederetur Vnde ad Corinthios dicitur. Non prius ſpiritale ſed quod animale eſt deinde ſpiritale Primus homo de terra terrenus Secundus homo de cœlo cœleſtis tertio ne fides ſeruor pluritate tepeſceret cum in euangelio dicitur. Quum filius hominis ad iudicandum uenerit putas ne fidem inueniat in terris.

De Chriſti principatu. IIII.

c HRISTVS ut hō caput eſt eccleſiæ ut ait Apoſtolus ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam Omnes enim ipſius gratiam ſunt adſecuti Dicitur enī ad Romāos quos ꝓſciuit hos ꝓdeſtinauit ꝯformes fieri imagini filii dei ut ſit ipſe primogenitus i multis fratibus & Ioāes i ep̄la de plenitudie eius oēs accedimus. Sed homines maxime fideles. Rurſus aūt Ioānes ipſe inq̄t eſt eū pro noſtris peccatis propiciatio/non ſolum ꝓ noſtris ſed pro totius mundi Membra namq̄ myſtici corporis multifariam intelliguntur illi qui ſunt in gloria:in caritate:in fide:in potentia:& qui ad actum per diuinam prædeſtinationem reducentur. Denique illi qui quanq̄ in potentia ſunt nunquam reducentur:nec prædeſtinati ſunt. Extincti deum membra eſſe deſi erunt nec uniri amplius corpori ualentia. Eſt item omnium hominum quo ad corpora caput ut ait Apoſtolus. Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratū corpori claritatis ſuæ Et ad Romanos. Qui ſuſcitauit Ieſū a mortuis:uiuificabit & mortalia corpora noſtra ob inhabitantē ſpiritū eius in nobis. Nam ſicut in adam omnes moriuntur:ſic in chriſto oēs uiuificabuntur. Eſt inſuper angelorum caput ut ad Corinthios.ſ. dicit. Caput eſt omnis poteſtatis & principatus:eademq̄ ratione & reliquorum ordinum angelorum. Item ad epheſios. Conſtituit eū deus ſupra omnem poteſtatem & principatum & uirtutem & dominationem & omne quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo ſed & in futuro. Et oīa ſubiecit ſub pedibus eius. Et in euangelio Acceſſerūt angeli & miniſtrabant ei. Diabolus aūt malorum dicitur caput non in mentium penetralia iniq̄tatem influendo (Nam mentem humanam penetrare mutareq̄ tantum dei eſt) ſed inſtigando ſuggerendo. Antichriſtus item & ipſe eorūdem caput appellatur. Nō quod duo ſunt capita ſed quod is diaboli in ſe ſpiritum contineat. Quamobrem in illud ad Teſſalonicēſes oſtēdens tanq̄ ſit deus Commentator receptus in ipſo inq̄t omnium caput antiquorū hoc eſt diabolus erit qui ſuperbiæ filiorum rex eſt. Quemadmodum in xp̄o gratiæ plenitudo:ſic in hoc malignitatis ita ut oēs reliqui peruerſi homines q̄ antea fuerunt Antipapique dant quaſi figura exiſtimentur. De antichriſto

De Chriſti ſcia multiplici pariter & uoluntate cōtra Monothelitas. V.

i N chriſto præter diuinā ſciam quoq̄ fuit humana & creata quantā non ſolum unus hominis ſed omnium hominū ingenia ſimul & intellectus comprendere potuerunt. Quoniam ut in libro de incarnatione ait Ambroſius Deus in carne perfectionem animæ adſumpſit humanæ Quamobrem in ſexto Synodo decretum ut in xp̄o duas eſſe ſcientias crederentur. Nam qua deus eſt omnia per diuinam & increatam ſcientiam ideſt dei eſſentiam nouit. Dei enim intelligere eius eſt ſubſtātia ut in.xii.metaphyſicæ cōſtat. Quod ſi in eo nulla alia ꝑter hanc ſcientia fuiſſet/fruſtra quidem animam ſumpſiſſet humanam. Humana igitur in eo notitia ob utriuſq̄ naturæ coniunctionem non ſolum nō tenebreſcit ut quidam falſo putauere ſed ob diuini luminis claritatem longe fulget nec ſolum uiator ſed comprehenſor exiſtit cognitionemq̄ propterea beatorum hominum omnium atq̄ angelorum eminentius habuit quo cauſam cauſato ꝑfectiorem eſſe oportet. Nam per aduentum ſuum xp̄s ſeruandi omnes ac pariter ad gloriam ꝑducendi cauſa fuit Diuinitas.n. humanitati non ſecundum eſſentiam aut naturam ſed perſonam coniuncta fuit. In perſonæ itaque unitate naturarum diſtinctio remanet. Ideoq̄ chriſti aīa per luminis diuini participationem eſt omnium ꝑfectiſſima & beata illa ſcientia prædita qua deus ꝑ eſſentiam uidetur Erat inſuper cum eo ſcientia infuſa ut ad coloſſēſes dicitur. In chriſto enim theſauri ſunt

omnes ſcientiæ ac ſapientiæ abſconditi Si enim eius anima in potentia non actu intelli
gendi continuo extitiſſet minime quidem perfecta fuiſſet. Quamobrem credere omni
no eſt opus ut omnes intelligibiles ſpecies ad quas intellectus potens eſt:in potentia: ei
non aliter q̄ menti angelicæ in creationis rerū exordio ut Auguſtinus in Geneſim teſtatē
ſint inſitæ Ex quo quemadmodū in angelis duplex ponitur cognitio Matutina pariter &
beata per quam res in uerbo cognoſcit. Altera ueſpertina quæ infuſa eſt & qua res in pro
pria natura per ſpecies ſibi innatas inſitaſq; & humanæ menti conuenientes uidet Deni
q; ſcientia acquiſita ſiue experimentalis ut in homine perfecto ei non defuit: fruſtra alio

Scīētia acquiſi/ta duobus comparatur modis.

quin agens in eo fuiſſet intellectus Si deus nihil fruſtra in hoc maxime Agentis enim
actio propria:Species intelligibiles actu a phantaſmatis abſtraere Hæc autem ſcīētia duo
bus quidem comparatur modis inuentione propria Deinde diſciplia ab alio tradita ut

De potentia duplici paſſiua

in primo dicitur ethicorum in anima humana ſicuti i reliquis creatis duplex paſſiua po
tentia conſideratur una quidem per phantaſmata ab intellectu agēte excepta qua omnis
humanas ſcientias dominus perfectiſſime deprehendit. Quare per ætatem ut ait euan/
gelium proficiebat ut ueram naturam oſtenderet humanā q̄ ex ſpecierū ſucceſſione intel
ligibilium eo modo proficere ſolet Altera uero potentia paſſiua q̄ ab agente primo per
ficitur/queue quodlibet creatum in actum quemlibet/alium ab actu in quem per agens
naturale reducitur compelli poteſt: quæ quidē potentia obedientiæ uocari theologis ſo/
let.Per hanc itaq; hominibus excellentius autem.Chriſto ſcientia uenit diuinitus infuſa/
q̄ ad ſapientiæ ſeu prophetiæ ſiue quodcunq; aliud ſpiritus ſancti donū pertinent Igitur
ut in ſumma dicam ſcientia in chriſto Quadruplex diuina prius ut in deo/reliquæ ut in
homine ſcilicet beata/qua beati & angeli deū uidēt Infuſa ſicuti beata ſine doctrina & la/
bore diuinitus ac ſubito per ſubſtantias ſpiritales prouenit Acquiſita per intellectū agen/
tem Quoad beatam itaq; comprehenſor & angelis oibus ſuperior extitit/quo ad īfuſam
uero & adeptam illis inferior uiator:quo ad aiam ab initio beatus deo fruebatur / Quo
ad corpus paſſibilis quanq̄ gloria illuſtratus etiam/uerū poſt reſurrectionē impaſſibilis
oino ſimul gloria corporea niſi qua illā occultare aut diſſimulare apparendo uoluiſſet
Quod in beatorū eſt omniū poteſtate Poſt mortē in ſepulchro die uno & noctibus dua
bus corpore ſeparato fuit/eodē quoq; tēpore anima ſoluta in inferno Et quanq̄ humani
tas integra utriq; non erat Aderat tamen diuinitas:quia uerbū in pluribus ſimul locis eē
poteſt Ex quo totius Chriſti uirtus utriq; non defuit.In chriſto itē uoluntates duæ totidē
naturas ſignificātes contra Monotelitas appellatos qui unam in eo tantū ponebant. Nā
ut homo & mortem deprecatus & triſtem ſe habere animā teſtatus eſt Alſit ſudauit eſu/
riit tentari a diabolo uoluit & his ſimilia. Vt autem deus imperauit uentis & mari:pecca

Monothelitorū opinio.

ta dimiſit:ſeſe principium & mundi lucem u . cauit.

De Baptiſmo. VI.

r EMEDIA Salutis ex morte chriſti ſignis quibuſdā uiſibilibus dari opor
tuit que ſacramenta uocantur/ab illis q̄ in lege ueteri erant hoc differentes
quod illa futuræ ſalutis ſigna fuerant: poſt mortem uero ſeruatoris ſalutem
effectumq; omnino ſunt aſſecuta. Veniā peccatorū tribuunt/gratiam confe/
runt:auxilium uitæ ſpiritalis præſtāt:aduerſus hoſtes uirtutem præbēt Quā
uirtutē Baptiſmū imprimis accepit/quam primū chriſtus baptizatus: ſacramentūq; huiu/
ſcemodi tunc fuit inſtitutū Poſt mortem uero & reſurrectionē dominicam ſaluti neceſſa
rium quia id imprimis ſignificare uidetur:cū eo ſimulq; rurſus cū eodē in nouā reſurge/
re uitā Quod aūt in euangelio dicitur niſi quis renatus ex aqua & ſpiritu non introibit ī
regnū cœlorū/magis futurū q̄ preſens reſpicere tēpus uidetur.Fit aūt ex aqua pura : bene

Conſtantinus

dictio uero quæ aquæ adhibetur nequaq̄ neceſſaria uſus attamen ſic cerimonialis intro
ductus ut & fidelium ardor magis excitetur & uis demonū operā īpedire conantiū infri
gantur ſi quādo aliter non licet/nec datur poteſtas & feminæ & pueri & infideles & Aere
tici hoc ex ſequi munus ualebunt.Nam & Conſtātinus ex Euſebio Epiſcopo Nicome/

dix Arrianæ ſectæ Hieronymo teſte idē ſuſcepit. Eſt inſuper triplex Aquæ ſanguinis & ſpiritus. Sanguis autem martyrii omnibus præſtat ubi rurſus facultas deſit ſpiritus ardor & peccatorū penitentia ſatis Auguſtinus libro. iiii. de baptiſmo paruulorū Baptiſmi uicē inquit quandoq; paſſio præbet ut de latrone illo minime baptizato dictū eſt Hodie mecū eris in paradiſo In eadem ſententia & beatus Cyprianus fuit quod fides animiq; feruor in his qui temporis anguſtia proibentur ſatis eſſet. Exorciſmus uero & Cateceſmus baptiſmo neceſſarii Primus ad fugandos dæmones in faciem ſufflando fit dum res agitur Alter uero baptizandis adultis ad fidem inſtructio Ex quo mora illis ac tempus quo cōfirmati ueniant ſtatuitur. Hi denium cathecumini uocantur. Infantibus uero nulla mora eſt opus qui uero hoc reſpuunt omnino ſacramentum/ extra ſalutis ſpem prorſus agūt: cupientes uero & aliqua de cauſa proibiti eius fructu minime carebunt. De ualentiniano principe qui cathecuminus deceſſit Ambroſius ait Quem regeneraturus erā amiſi: Veruntamen ille gratiā quam popoſcit non amiſit. Sic igitur cathecumini morientes nec æqua aut in articulo ſanguine baptizati non ſtatim euolant: ſed pœnas dabunt antea purgatorii Salui tamen quandoq; fient ſic tamen quaſi per ignem. Opus inſuper uno ſaltem qui de ſacro fonte leuare ſtudeat/ ueluti pædegogo fideiq; inſtructore: ſi tamen alii huic officio uelint. Quo ad unum tantum Leonis Pontificis auctoritas extat Non plures in quit ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem q̃ unus ſiue uir ſeu mulier accedat. Quo ad curam eorū ſuſcipiendam Auguſtinus in quodam ſermone paſchali. Vos inquit ante omnia tam uiros q̃ mulieres qui filios e baptiſmo ſuſcepiſtis moneo/ ut uos fideiuſſores ad deum pro illis fuiſſe cognoſcatis quos uiſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Circunciſio eius figura fuit qua fideles tunc ſignabantur circuncīſi eſtis inquit Apoſtolus circunciſione non manufacta corporis carnis ſed circunciſione ieſu chriſti conſepulti cum eo in baptiſmo. Vna eademq; noſtra & antiquorum patrū fides fuit ut idem ait apoſtolus Habentes eundē ſpiritū credens et rurſus Habraam accepit circunciſionē fidei ſignaculū. In genitali fiebat tribus id quidē de cauſis Primo quod de Habraam ſemine uēturus erat Chriſtus Deinde originalis peccati remedium quod per coitum traduntur. Tertio ad concupiſcentiā & libidinē extinguendā q̃ in eo potiſſimū membro uiget. In eo ſiquidē & gratia conferebatur Et originale peccatum ex parte pſonæ oino tollebatur At ex naturæ parte impedimentū in regnum cœlorū ingrediendi remanebat Quod non priuſq̃ per chriſti mortem ſublatum fuit. Ideoq; nec ipſum baptiſmū ante mortē in cœlū ducebat. Adulti namq; circūciſi non ſolū peccati originalis ſed etiam reliquorum peccatorū ueniā conſequebantur Non attamen ita expiati ut ab omni pœna quemadmodū in baptiſmo in quo gratia copioſa liberarentur Ante circunciſionem uero in lege naturæ ſalui reddebantur hoīes Nam uſq; ad illam toto illo ſeculorū ſpacio Dei cultus unus eſſe compertum eſt. Deinde orbis libidine increbreſcente Circunciſione quodam quaſi freno ex pacto ac ſedere cum deo fuit opus. Cathecuminū imprimis credere Deinde præteritorū malorū oino penitere: deniū ad nouam regenerationē nouū uitæ inſtitutū/ nouoſq; mores adducere oportet peccatorū uero confeſſione/ nequaq̃ ei opus peccatorū hec unū ex omnibus ſacramentū minime iterabile ex epiſtola Cypriani ad Corneliū pontificem deprehēdere licet. CONFIRMATIO autem poſt baptiſmū quaſi prioris facti aſſeueratio & ad Chriſti militiam aſcriptio Præterea ad profitendum chriſtianū nomen/ palamq; faciēdū exhortatio quædam uidetur: Ex quo ſi ons uelut ad militiam auctorati ſignatur oleo quod chriſma uocatur cui tantum officio Pontifices ut chriſtiani exercitus ante ſignani ac duces delegantur.

Valentinianus Princeps cathecuminus.

Confirmatio.

Quid apud ueteres loco baptiſmi contra originale peccatum. VII

QVOD agit inquit Magiſter apud nos aqua baptiſmi hoc apud ueteres egit uel pro paruulis ſola fides uel pro adultis ſacrificii uirtus/ ſe pro his qui ex Habraam ſtirpe prodierunt circunciſio. In qua originale actualeq; tantū peccata remittebantur. Gratia uero ad bene agendū/ beneq; uiuendū adiutrix/ aut ut

turã augumentũ minime quidẽ conſereba'ur Fiebat autẽ octauo die cultro lapideo quia
in reſurrectione cõmuni octaua ætate futura ꝑpetraui xp̃m oẽs ab electis abſcidetur pro
tinus corruptio Paruulos aũt q ante octauũ diẽ ꝙ circũcidebantur moriebãtur periſſe ex
Bedæ auctoritate maxime deꝑhendimus qui inq̃t p euãgeliũ ſuũ clamat ſi quis ex aqua
& ſpiritu nõ renatus fuerit nõ itroibit in regnũ cœlorũ Idẽ p ſuã legẽ olim admonuit ani
ma cuius ꝑputii caro circuncisa non fuerit/ pibit de populo meo quia pactũ meũ uritũ
fecit forte tñ ſub lege mortis ingruenteq; tpe añ octauũ diẽ circũcidebant Q uẽadmodũ
& apud nos in baptiſmo mos eſt. Ioannis aũt baptiſmũ p aquã penitẽtiæ tãtũ fuit. Nã ad
penitentiã & futurũ p aquã & ſpiritũ baptiſmũ diſpõebat Per baptiſmũ fides Per cõfirma
tionẽ fortitudo. Per euchariſtiã charitas Per penitẽtiã gratia Per ordinẽ prudẽtia Per oleũ
extremũ ſpes Per matrimoniũ tẽperãtia paratur. Si quis aũt de baptiſmo plura cupiat Ad
ea que de Baſilio pulcherrima nuper conuerti hunc relego.

De Euchariſtiæ conditionibus miris ac ꝑſtantia. VIII.

E Excellẽtiſſimo dicturus Euchariſtiæ ſacramẽto gratiã ne prius ex eo pro/
fluentẽ/an præſtantiſſimũ eius ritũ/ſeu preter naturæ ordinẽ difficultates re/
d ferã? Sane mirãda oia & que ſingula librũ/linguãq; diſertã pectus iſup ſpirĩ
tu apoſtolico diuinitateq; admodũ refertũ expeterẽt. Ego uero pauca ex mul
tis noſtris tradita theologis que ad hunc locũ facere uidebantur: ꝗ ue non
tã rẽ oĩno demonſtrare/ꝙ credẽtis aium cõſolari ac lenire quodãmodo ſunt apta: breuiter
adducã. Nã pcipi ab humano ingenio ꝗ nec angelico ſatis deꝑhendũtur nõ eqdem ſcio
Hæc itaq; ante oia/dura circũſtant. Q uonãmodo p ſacra illa uerba Chriſtus ad arã uenĩ
re. Deinde uini ac panis tantũ ꝓpoſita ſpetie iteger ĩ utraq; totus manere chriſtus. Q uo/
modo locus unior/maius capere corpus Subiectũ cõtra oẽm naturã in ſubiectũ migra/
re Accidentia ſine ſubiecto remanere Sexto loco partes alicuius ipſo itegro remanẽte in
diuerſis uno tpe cõtineri locis. Poſtremo cõſecratã hoſtiã uariis quãdoq; pati modis ua/
leat. Q ue quidẽ exactius ſcire & ad pfectũ ueſtigare uelle furor profecto fuerit. Dei om
nipotentis ſublimitati prodigioq; hec & cætera fidei referuntur. Neq; ego doctores de ſa
cramẽto huiuſcemodi aut de prædeſtinatione. ſeu uirginis ptu loquẽtes humanã aliquã
naturæ cõſentaneã i mediũ rationẽ afferre cõſpicio/cõgruẽtia uero quedã pſuaſæ iã atq;
obſtinatæ fidei quaſi lenimẽta cõiũgere cõtẽdũt Imprimis igitur ſi forte dicas aliqd aut ex
cõuerſiõe alterius in ipſum aut ex motu locali eſſe ubi prius nõ erat icipe: uelut ignis q
uel ibidẽ de nouo accẽditur: uel eo certe affertur Dic queſo ĩ id quod prius erat quonã
modo rẽ cõuerti dicã? Chriſti nãq; corpus prius erat Similiter oẽ qđ ad locum mouetur
in alio i quo prius fuerat eſſe deſinit/nec rurſus loci motus ad duo ſimul loca ſuẽ ꝑſeri
bẽdo cõtẽdit Hic itaq; ſubſtantiæ tantũ in ſubſtãtiã cõuerſiõis nõ loci mutatiõis rõne: nec eo
ferme modo quo i cœlo ẽ ſed iure ſacramẽti ac ſubſtãtiæ xp̃s adeſt Ex quo duplex error
exploſus eorũ primũ q panis ſubſtãtiã una cũ xp̃i corpore dicũt eſſe Aliorũ i'ẽ q in nihilũ
panẽ redigi affirmãt Sic eni nõ ſacramẽti ſed loci rõne/nec alter adeſſe poſſe xp̃m aſſeue
rare uiderentur. Q uomodo uero corpus a ſanguine diſtingui ac ĩ ea breuitate totã reci
pi ualeat ſic reſpõdemus. Cõuerſionis uirtute ſanguis e uino caroq; e pane tantũ/non aũt
aĩa nõ diuinitas efficitur Ex appendicibus uero quas cõconutatias uocãt ubiq; xp̃s eſt to
tus hoc ẽ & ſanguini reliquũ corpus & corpori ſanguis iſup & aĩa & diuinitas utriq; ac/
cedũt. Q uod dũ ĩ lĩbo fuit nequaꝗ fieri licuit/qum aĩa a corpore re uera diſiuncta ex'i'te/
rit Eadẽ quoq; rõne & eiuſdẽ corporis i eadẽ breuitate mẽſura cõprehẽditur Vera nãq; ac
naturalis uno tantũ i loco hoc eſt in olympo ſine cõtrouerſia creditur. Nunc aũt quõ ſub
ſtãtiã in ſubſtãtiã ſiue ſubiectũ in ſubiectũ conſiderandũ. Virtute nãq; humana ut materia
migret ĩ materiã nequaꝗ licet/qum eã naturalis actio oĩno ꝑſcribat. Enimuero agẽtis uir
tus ad formæ mutationẽ tantũ ꝓgreditur/materiãq; ĩ diuerſas & formas & ſpecies mutare
contendit/ut hunc aerẽ in hunc ignẽ. Virtus uero diuina eã minime ſupponit ſed de no/
uo procreat unde hanc i illam & hoc indiuiduum in illud facile cõmutat. Materia nãq;

Indiuidui quẽadmodũ forma ſpeciei principium Ad accidentia uenio. Inter hec ſubſtan
tiæ propinquior quantitas quã & in parte ſubſtantiæ philoſophi quidã preſertim Pytha/
gorei auſi ſunt ponere Nam in quantitate qualitates ut color inſuperficie in qualitatibus
& paſſionis & actiones & relationes recipiuntur. Sola ergo quantitas ſine ſubiecto con/
ſiderabitur O rem mirã in conuerſione naturali/ ſubſtantia ut mutationis ſubiectũ rema
net/accidentia uariant. Hic uero contra/manet accidens:ſubiectũ migrat Nec tamen mo
tus proprie quẽadmodũ in naturali conuerſatione ſed ſubſtantiæ ſucceſſio quædam/ut
eſſe & non eſſe ſolet increatione dici poterit Vt aũt accidens remaneat/duabus potiſſimũ
rõnibus æquum uidetur Primũ ſi non remaneret/nul.a foret ad locũ panis:Chriſti corpo
ris habitudo/nullus acceſſus/nec dici iure liceret ut panis cõuerteretur:nulla ex eo rema/
nente ſpecie Deinde ob cõmodiorẽ honeſtioreq̃ huius uſum ſacramenti Orrori namq̃
ſimul & abominationi cõſpicientibus extitiſſet Si chriſti corpus ſpecie propria a fidelibus
ederetur. Sexta difficultas Subiecti partes confractæ per ſe ſubſiſtentes/atq̃ integræ Con
trariũ oino quod naturalis ſolet euenire corpori quod totũ quidẽ & ea qua ẽ penitus mẽ/
ſura loco coaptatur Sed alio nẽpe modo ſubſtantiuũ aliquid & aliter quantũ.ad id i quo
eſt ſe habet Nam quãtũ ita in aliquo eſt toto:quod totũ non ſit in parte ſed pars in ſua par
te:totũ in toto unde & phyſicũ corpus ſic eſt in toto loco totũ/quod totũ in qualibet loci
parte non ſit:ſed corporis partes:loci partibus coaptantur. Ita quod locũ æque ac locatũ
eſſe oporteat ut in quarto de phyſica dicitur auditione. Si uero ſubſtantiuum aliquid exi
ſtat in aliquo toto totũ:etiã totũ in qualibet ipſius eſt parte:ut aquæ natura ſpecieſq̃ tota ĩ
qualibet aquæ parte/totaq̃ itẽ i qualibet corporis parte aĩa uelut & hic dominicũ corpus
tantũ ſubſtantiæ ratione in quã panis/eius remanente dimenſione conuerſus eſt ſemel eẽ
affirmauimus. Quẽadmodũ igitur tota prius panis ſubſtantia ſub dimenſionũ qualibet
erat parte Sic & Chriſti corpus(quod illi ſubſtantiæ non tamen ut accidentiũ ſicut erat il
la ſubiectũ ſuccedit)integrũ ſub qualibet earundẽ parte oino exiſtit. Poſtremo ne mirere
ſacram entales quandoq̃ ſpeciẽs huiuſcemodi uariis de cauſis corrumpi:non enim no/
uo prodigio ſed naturaliter euenit Nam ſi ab initio ſemel conceſſeris ſpecies has panis
in quantitate tanq̃ in ſubiecto & materia remanere diuinitus poſſe:poteris itẽ & eaſdem
naturaliter corrũpi & ſimuliter in aliam materiam conuerti ac modo cibi nutrire/nõ ali/
terq̃ panis antea ſubſtantiã credere. Corpus uero Chriſti deſinere tunc omnino exiſtimã
dũ tantũq̃ ſub his conſiſtere ſpeciebus quã illæ incolumes ſaltẽ ex parte minima perdurẽt
arbitrandũ. Nunc huius paruper figurã animaduerte Melchiſedech primũ uenienti Ha/
braam occurrens panem & uinũ in ſacrificio obtuliſſe memoriæ proditũ. In agno item
quem iuſſi ſunt ab Aegypto diſcedentes comedere ſtantes cum baculis celeriter omnia
uſq̃ uiſcera uorare. Quo ſane admonemur ad hoc acceſſuri myſteriũ reiecta omni cu
ra ad contemplationẽ ſubito animũ præparare:nihiloq̃ reliquiarum ueteris fermenti aut
mali humoris id eſt priſtinæ iniquitatis intus relicto/uacuam a ſcelere mentem:bono ex
plere protinus nutrimento: Deinde in manna quod bonis gratũ ſuaueq̃:improbis uero
& gulæ uitio correptis faſtidio fuerat. Hoc quoq̃ inæquale pro meritis cuiuſq̃ ac mentis
propoſito pabulũ eſſe noſcitur ut dicitur ſummunt boni ſummunt mali ſorte tamen in/
æquali uitæ uel interitus Deniq̃ noua dominus lege nouoq̃ inſtituto in ſuprema cœna
hunc ſanctiſſimũ perpetuũq̃ ritũ ſuis reliquis fidelibus ut eẽt & amoris & gratiæ noſtræ
apud eum dulce monumentum ac pignus indelebile Nec iudã quanq̃ indignũ ob pro/
ditionem cognoſceret illo prohibuitut plane humanitatẽ ſuã diuinamq̃ clementiam oſtẽ
deret:deinde ut nos monitos imperpetuum redderet neminem Chriſtianum/ modo cri
mine publico non infamem ab hoc fore arcendum:ineptoq̃ facere ſacerdotes ſi quẽ ad
aram conſtitutum aut ultro petentem reiiciant:aut ſi peccata expiauerit per cunctetur. Demũ
ſi quis in hac omnia breuiter & credenda & cauenda noſſe cupit:unico incluſo hymno
æquitatis noſtri opera:ecclesiæ decantato facile uidebit Ita uerbis compendio in metrũ
harmoniam coaptatis ut plane non alius theologorum uel longo ſermone cogere uale

tei. Fideles quotidie prius in fractione panis conueniebant: quod Auguſtinus nec lau/
dare nec uituperare ſe dicit ſingulis tamen dominicis hortatur Probant & quidā pro
animæ facultate gratiaq; ac uitæ genere: & ut tandem ex hoc ſe quiſq; proficere uiderit la/
chrymis prius effuſis & prælato cōſcientiæ teſtimonio ad ſacrū hoc conuiuiū totiens acce
dat: Præſbyteros infames qui caſtis preſertim moribus non eſſe cognoſcitur uitare quo
ad poſſit & liceat fidelibus æquum Nam quamq̄ pari hoc omnes adminiſtrant aliis au/
ctoritate/ caſtæ tamen manui longe gratia maior haud aliter q̄ ex apta probi chirurgi dex
tra/ ſalubrior uulneri cura magiſq̄ ex imperita & temeraria prouenire ſolet Nam & Co/
Columella lumella Villicos qui domini prouentus tractant. Itemq; Vitruuius Architectos & fabros
Vitruuius ut operi feliciter eueniat caſtos eſſe iubent. Si hoc igitur in rebus humanis ac fragilibus
quid in diuinis ac ſacris dicemus? De laudibus autē ipſius quid amplius q̄ quæ dicta ſūt
Eucharistia aliis referam: Nomen ipſum eſt argumento quantam digne ſumenti gratiam conferat
Euchariſtia Primū omnino dignitate magnitudine ueneratione inter oia ſacramenta cer
tis alta ſignis res alias q̄ id dominū promoueant offerri ſolēt his ſeſe dominus corpore
ſanguine aīa diuinitate ſimul cuilibet offert Patribus olim noſtris patriarchis Prophetis
tantopere conclamatus atq; optatus nec unq̄ uiſus O temporū felicitatē o inauditā dei
benignitatē qui cœlū terramq; condidit quantus nunc uidi atq; ignobili tractandū ſe pre
bet/ uulgo aſpicitur ac plebis manibus attrectatur: quem nec orbis uniuerſus capit Tanta
alioquin ſummentibus uirtute ut uiaticum merito cognominetur: ut ſcilicet laſſis in hu/
ius uitæ itinere laborioſo præſtantiſſimū atq; unicū ſubſidiū Mentis inſuper tenebras ex/
pellit peccatorū ſeruitutē abicit: ſpem æternæ uitæ: futuræ gloriæ pignus pollicetur & ita
mentem ad cœleſtia tollit ut iam deliciias humanas deguſtare non amplius liceat. Panis
item angelorum appellatur/ quem ipſi quoq; intelligendo continuo deguſtant/ nec ſaturi
unq̄ quanq̄ iugi admiratione traduntur: ſolis inſtar: cuius quotidie apparentis iubar pul/
chrius continuo uiſum & auidius mortalibus aſpicitur Quid enim huic tantus deo no
ſtro qui in altis habitat & humilia reſpicit in cœlo & in terra. Seruo dominus: homini de/
us cibo ſe leuiſſimo cōmunicat. Igitur tanti aditum ſacrum e ſomno excitemur uerbis in
ſuper fide conſtantia: præteritorū penitentia: præſentium donis meminiſſe Centurionis dicta
uerba flendo pronunciemus Cū Dauid item dicamus. Paraſti in conſpectu meo menſā
domine aduerſus eos qui tribulant me Cibabis nos pane lachrymarū & potū dabis no/
bis in lachrymis in menſura. Benedic anima mea dominum & reſpice in faciem chriſti
tui Pſallam & intelligam in uia immaculata quando uenies ad me: Iſte deus meus &
glorificabo eum. Deus patris mei & exaltabo eum. Rurſus autem ſuſcepto ſacramento
Conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam Cōfirma hoc deus quod operatus es
in nobis. Non enim aurum non opes non item uarios & intollerabiles labores tantum
querit dominus: lachrymas fidem pietatem cor nouum ac cetera/ quæ uel a paupere
debiliq; facile exſolui poſſunt expoſcit. Quam diſſimile hoc ueterum ſuperſtitioni ſacri/
ficium ubi olim probroſa uictima non ad animæ ſalutem ſed ad uoracitatē/ explendumq;
uentrem aderat/ non relligioni ſed luxuriæ gulæq; dicata uidebatur uerius autem apud
nos hoſtia q̄ apud illos auctis hoſtibus nomen ſortita quando potentiſſimos ac inuiſibi
les animæ noſtræ inimicos hac muniti expellere ac propulſare ualeamus. Quin & uete
ris legis quanq̄ optimæ frugaliſq; ritum in huius omnino ſignificationē inſtitutum fuiſſe
quis ignorat? Iuge ſacrificium mortalis hoſtiæ perpetui multoq; preſtantioris huius pre
nuntium fuit. Hoc inquam nos cibo non ſolum ualentis ſed in morbo conſtitutos otius
ad animæ corporiſq; remediū cōfirmari ante omnia decet/ ut ſi forte ſuprema aduenerit
hora læti ac alacris tanto comite quaſi cuniculis ſoluti & ex hoc ſtatu in feliciorem cōmi
grare uitam arbitremur. Quod & ſanctos ac ſummos plane uiros quanquam hi nullis
ad dei gratiam iam indigent adminiculis ſummopere & optare & expoſcere morientes
uidemus tunc enim ad facie ad faciem ut dicitur uidere licebit. Si hoc quaſi futuræ arra/
bonem uitæ in enigmate & ſpecie mortali conſpectum nobis a[illegible]mus. Tunc demū

dicere fas erit, Introibo in locum tabernaculi admirabilis in domũ domini: quando ueniam & apparebo ante faciem dei. Quo utinam paſſis uelis tendere liceat gratia & humanitate domini noſtri Ieſu chriſti qui per corpus & ſanguinẽ ſuum/nos uocauit i magnam hereditatem ſuam Cui honor & imperium in æterna ſecula.

¶ Quanti ſit uſus hoc ſacramentum. Quæ ritus & ordinis ſacrificii ratio. Item de chriſti ſanguine que uerſatur inter doctores diſputatio. IX.

HOC. Igitur in eccleſia ſacramentum nullum neceſſarium magis: quo ſine nullo modo ſacrificatur/Nec ſanguinis Chriſti premium noſtrorum medicinam peccatorum conſequimur: Neq; demum uel uno intermiſſo die ut ſacri Canones pariter ac Theologi teſtantur res humanæ multo ſcelere contaminatæ conſiſtere proculdubio ualent. Ab initio namq; orbis in panis ac uini: deinde holocauſti & hoſtiæ figura a fidelium eccleſia offerri ceptum/ad uerum tandem redactum: ſacrificiũ conſpicimus Vbi Chriſti mors poſteritati lachrymis commemoranda renouetur. Ritus quando ad hoc ueni rationem ex his qui hec ſcripſerunt breuiter adducam. Nam in ipſo exordio in ara lignea modice contecta ac in fictili uitreoque calice latens in cauerna ſacerdos humilis cum oratione tantum dominica ſacrificabat. ſeculis deinde ſuccedentibus pontificum alii alia addidere ut in eorum commemoratam hiſtoria. Exit ergo nunc e ſacrario ſacerdos chriſtum referens ad ſupplicium iturus/miniſtris comitantibus & iudicii crucisq; inſignia preferentibus. Manipulo ſtolaq; manuum ceruiceſq; pariter uincula oſtendentibus: dextera tantum ad adminiſtrandum expedita. Amictus humeros tegens letalem infulam qua ueteres qui olim morti in hoſtiam deſtinabantur/ſe amiciebant refert ſeu mauis eius regale ſacerdotium declaret. candida item tunica/detractam per uim ueſtem: nuditatemq;: præterea altera ſuperinduta: purpuream denuo ludibrio a Iudæis iniectam demonſtrant. Accedens demum ad aram ac deum ante omnia peccatorum confeſſione ſeſe expians ad ueniam protinus impetrandam Kyrieleiſon profert. Qua poſtulata deum illico digne per gloriam laudat/ſimul epactorum deum laudantium uerba illa pronunciat. Mox preparata diuinitati conſcientia ad ea que cupit roganda per orationem accedit: Epiſtolam deinde Subdiaconus ut dei nuntius qui moneat ac doceat ſedenti populo legit. Euãgelium poſt hec Diaconus e ſacerdotis manibus libro ſumpto/ut ad predicandum miſſus: quum fas aliter non ſit: ſtante tamen plebe tanquam loquente domino: & ſacerdote ad eum cunctis palmis conuerſo (tantæ dignitatis uerbum oſtenditur) nunciat. Quo audito ſtatim ille ſe uertens ſymbolum quaſi ex dei uerbo perſuaſus canere incipit: Miſcetur aqua uinum quod ſic ex latere fluxerit: humanitate altera: diuinitatem quoq; alterum ſignificando. Bis liber mutatur A dextra in ſiniſtram: deinde abſoluto ſacrificio ad dextram reuertens. Quod ex Hebræis ad gentes Euangelium migrauerit: & ad hebreos poſtremo ſit rediturũ pacis oſculum & Iudæ proditionis & fraternæ ſimul caritatis nos perpetuo mouet In tris hoſtia diuiditur partes teſte Bonauentura in quarto ſententiarum diſtinctione undecima Pars que primum in calice ponitur beatorum gloriam refert: eorumq; cauſa ſacrificari: Vti enim hæc tota ſanguini eſt infuſa ſic & illi in agni amore: ac gloria merſi. Reliquæ uero partes in patena poſitæ pro defunctis pariter & uiuis ſacrificium ſignificant oblatum Hoſtia de triũ demiſſa calix linteo quod corporale nuncupatur contectus ſepeliri tempus dominici oſtendit Ter uero die natali ſacrificare altiſſima de cauſa inſtitutũ. Primũ namq; naturæ legẽ ab initio mũdi uſq; ad moſem in tenebris poſitam apud fideles indicat. Aurora uero

clariorē p legē ſcriptã dei uoluntatē mundo prophetarũ ãtamen enigmatis nõ oĩno ppſi/
cuã oſtendit mane uero clariſſimã p gratiã chriſti lucē pſeferre uidetur. Poſſũt ex his tria
illa in xp̃o annotari Diuinitas anima & corpus. Prima obſcuriſſima: Secunda minus
Tertia caro manifeſta: Omnibus aũt intereſſe conſiliũ quidē fidelibus: mandatũ uero ne
quãq̃ Non ab his diſcedã quin & ſanguinis ueterē referã quæſtionē. Aqnas enim totũ in
reſurrectione reſumptũ teſtatur. aiens quæ ſemel xp̃s aſſumpſerit/nunq̃ dimiſerit Præter
ea ſi quid relictũ pro deo adorandũ protinus foret: quod ſane incongruũ. Scotiſtæ uero
præſertimq; F. Maironius in tractatu de reſurrectione & in tertio ſen. di. xxi. Chriſtũ in/
quit partes quidē quas aſſumpſit: ſed eſſentiales tantũ recuperaſſe. Quamobrē quantũ
ad uitam ſat fuerit tantũ recepiſſe: Vnde & in haſta & cruce & clauis & ſpinea corona alĩ
quid omnino remanſiſſe: Quod quum inter eſſentiales ptes q̃ corpus: anima: diuinitasq; p
ſunt/minime cõputandũ ſit/nec uitæ in reſurgendo neq; item pro deo colere neceſſariũ
oĩno fuit. Quæ item Anſelmi dicitur ſententia fuiſſe. Ex his itaq; ſuperioribus reſponde
re rationibus proculdubio uidentur. Verũ huic ſimiles diſceptationes ad exercenda in li
tibus religioſorũ ingenia potiuſq̃ ad indagandã ueritatē aut utilitatē aliquã conſequendã
excitari ſolent. Vnde ſuas quiſq; tuetur partes Et minores Iacobũ dicentē in beatorũ nu/
mero quod ſuper hoc uictor quondã diſputauerit loco palmæ cum calice in manu pin
gunt. Et Sixtus quartus pontifex eiuſdem ordinis ex tota doctrina libellum huic tantum
rei dicatum reliquit.

¶ De origine & utilitate penitentiæ q̃ quo clarior eo fructuoſior. X

PRAESTANTISSIMA Omniũ modeſtia quam ſi quis recte ſectatus fue
rit deũ ſeq; cognoſcet/qd̃ ſi nouerit peccatorē nouerit quoniã ſi dixerimus
quia peccatũ non habemus inquit apoſtolus nos ipſos ſeducimus Sed co/
gnoſcere quid proderit niſi doleat. dolebit autē fruſtra niſi fateatur ingenue
Oris enim confeſſio fit ad ſalutem ait Paulus Cicero item in oratione Sa
medicina peccati confeſſio. Nec mirũ ſi alterutrũ Iacobus hortetur confitenda peccata.
Ius pontificũ id ſuã dicit eſſe inſtitutionē Theologi uero diuinitus ueniſſe Ratio: quod
ſummus pontifex tali ẽ paret inſtituto. atq; id preterire abſq; noxa ſaltem ĩ uita ſemel nõ
poteſt. Statuto namq; tempori in hoc genere quum cæteros ſubigat ipſe nequaq̃ ſubigitur.
Natura morē hunc minime recipit quiobrē rectus olim corde ſeſe intus cognoſcere ſa/
tis erat in lege deinde Moſis per holocauſti oblationem & Hoſtiæ propinationem ſatis
fateri peccatum uidebantur: Gratiæ uero tempore res ad ritum deducta perfectũ. Igitur
magna hæc placatio magnum præceptum Fas enim quod per ſuperbiam/atq; cõtuma
ciam admiſimus per penitentiã & confeſſionis modeſtiã recuperare/non ſemel tantũ
ſed iterũ ac tertio ſæpeq; eadē/ nec apud unũ tantũ ſed plures Nec deniq; clã ſolum ſed
quandoq; palã preſertim ſi admiſſa palam fuerere tegere Verecundiæ namq; magna uis
Dei enim gloriã breui ac fragili referre: famã quoq; propriã maximũ inter mortales bo/
nũ ipſius gratiæ poſt habere Hoium potiuſq̃ dei iudiciũ in hac parte ſubire malle æquũis
ſcelerũ uel maximorũ conſciũ citra labores alios uel ab ipſis quas antea poenas debebat
abſoluere protinus preterea maiori q̃ prius gratiæ reſtituere ſunt apta. Vas namq; rimo/
ſum anteq̃ igni excoquatur figulus longe quandoq; pulchrius ac firmius inſtaurat atq; re
ficit: Et qui in morbũ interdũ inciderit aliquē procurã ac diligentem diætam: proſperiorē
longe naturã reſummet. Seruus deniq; aliquãdiu cõtumax ad officiũ ſi forte redit priore
caſu ac periculo admonitus multa diligentia & obſequentiore animo domini gratiam
magiſq̃ antea proincrebitur. In officio nãq; & fides & diligentia ſui nimiũ fidens interdũ
& ſuperba eſt. Reditus autem poſt lapſum/ uiri modeſtiam manſuetudinem ſudicemus
in ſeſe protinus cognoſcendo commendant. Ex quo Petrus propriæ confiſus ui/
rtuti ea eſt de ſe pollicitus quæ poſtmodo non præſtitit. Verum longa & continua
confeſſione luctuq; continuo non ſolum in ſtatũ priſtinũ reſtitui ſed reſurgentē dominũ
uidere/inſuper eccleſiæ principatum annis. xxv. magna cum gratia adminiſtrare in cæ

Nonne Paulus manifeſtam edidit qum ait Ego ſum minimus apoſtolorũ qui nõ ſum Paulus
dignus uocari apoſtolus quia perſecutus ſum eccleſiã dei: Nõne itẽ Marcellinus põtifex Marcellinus.
qui deum martirii metu negauerat/coram congregato concilio ſeſe pontificatu abdica/ Auguſtinus
re uoluit peccati faſſus? Auguſtinus quoq; in confeſſionũ libro non ne ſingula uel minima Senex i olympo
ma admiſſa palam fecit? Veniam ad recentiora legimus in uita patrum Q uendam ſenẽ
deo gratũ in monte olympo cõmorantẽ/quem plures adire audiendi gratia de propria
quiſq; ſalute ſolebant/euenit ut in frequenti quandoq; auditorio uir quidam maximus
obnoxius peccatis adiret/interrogatuſq; ab eo quidnã peteret reſpondit ſe confitendi gra/
tia eo ueniſſe At ille quomodo apud me clanculũ/uel coram? At ille ſi iubes iquit pater
hic corã oibus. Senex uero dic inquit fili T unc idem narrare ſua facta cepit omnia Poſt
collaudatus a ſene/atq; abſolutus abiit Admirantibus autem aſtantibus cur non peniten
tiam de more adiecıſſet Num uidiſtis ait in medio uirũ diuina ſpecie cũ calamo quecũ
q; ille dicebat iubentem Ego uero hoc uiſo quid auſus eſſem illi adicere? Ex quo dicto Paſtor abbas
ſtupor omni inuaſit deum continuo in humilibus laudantes. Aliud item exemplum Pa
ſtor Abbas quendã qui piraticã diu exercuerat in numerum monachorum hac conditio
ne recepi: ut quecunq; admiſit palã faceret/qui iuſſa facere paratus Alexandriam in con
cilium uenit: quod forte tunc. cccxxx. Epiſcoporum numero celebrabatur/ atq; ibidẽ ma/
nibus poſt terga reuinctis more latronis & captiuus corã faſſus eſt oia Ex quo non ſolum
ueterum peccatorũ ueniam/ſed futurorũ cautionẽ atq; gratiam tante congregationi au/
ctoratus eſt aſſecutus. Tertium deniq; hoc referã/quod apud egregiũ quẽdã græcum rep Græcus auctor
peri auctorẽ. Epiſcopus quidam in rem ueneream clam incidit/culpaq; adhuc cæteris igno
ta in ſynodũ forte illius eccleſiæ congregatam ſupplex ac lachrymans uenit / rem oibus
fatens ueniã ab eis petiit ſimulq; ut officio idignum pontificatu ſe abdicauit. Illi factum
cæteris eius meritis condonantes bona eſſe ſpe adhortati ſunt/ac in officio pſeuerare coe
gerunt Ille uero hac conditiõne ſe in eodẽ gradu remanſurum dixit ſi quod ipſe iuberet
illi facerent: protinuſq; clauſa illius loci porta ſe tranſuerſum proſtrauit populoq; tunc uni
uerſo igredienti calcandũ prebuit Q uo facto qum ad ultimum tranſiuiũ uentum eſſet
uox coelitus cunctis audientibus uenit: ob humilitatem ingentẽ ueniã illum promeritum
Hec mihi non ab re cõmemoraſſe fuit ut plane conſpiciamus quantũ ſalutis remedium
in re breuiſſima fulgeat/eoq; magis quo clarius id fiat ac ſepius: a quo nõ periculis non
laboribus ullis: non opibus aut paupertate ſed tantum breui puuroq; pudore abſterremur
Is igitur æterno ſupplicio poſthabendus & futura non preſens ſpectanda gloria. Q um
ſi quis humana aliquantulũ tentabitur laude/modo ab hoc inſtituto non diſcedat/ maio
rẽ longe hanc fugiendo ex uenientiũ q̃ preſentiũ opinione ſuſcipiet qum nullo poſteritas
tẽpore circumſcribatur: ac ſuccedẽtia ſecula preteritũ tẽpus obſcurent Q uãobrem pfectus
quiſq; rebus ſuis mercedẽ expectando potiorẽ q̃ breuẽ admodũ ac repentinã optabit. Ex
quo ſordidos & ignobiles ſæpe multos ſuis temporibus apparuiſſe quorum uirtus erat
ignota/nomen deinde apud poſteros celebre aſſecutos fuiſſe legimus. Die igitur iudicii
peueniamus & q̃ deo tantũ iubẽte uniuerſis gẽtibus clariſſima quãdoq; apparebũt / inuicẽ
nunc ſponte cõfitendo facta ipudica q̃ mortẽ ppetuã afferre ſunt apta i gloriã cõuertamus
Neq; item obiter ignoremus tantã nobis ex hoc accedere felicitatẽ/ut natura ſenſus fama
mores hoium beniuolẽtiã/ſi qua i pte ob ignauiã culpãq; noſtrã collapſa ſint: e nouo re
uireſcere/nobiſq; applaudere uideantur. Sed & lõge his potiora diuinã gratiam i qua ſita
ſunt oia ſcõrũ quoq; ac uniuerſæ eccleſiæ meritoꝝ partẽ Preterea ſi qua unq̃ recte ac grata
deo fecerimus q̃ p culpã poſtea depſſa quodãmodo fuerit/oia nobis annuẽte deo reſtitui
credamus q̃ uero nunq̃ grata extitere ut mortua ſemel edita/lucem habere nullo unq̃ tpe
poterũt quin etiã in hoc uim tantã tamq; gratã deo eſſe ratũ ait ille Subtilis cognomiatus
ut peccata q̃ dolor nõ idoneus minime deleat adhibita cõfeſſione tollãtur. Deniq; ſi Dæ
mones ipſi peccata faterentur: in gratiã cũ ſummo clementiq; deo protinus redirent.

¶ Q uomodo impenitentes nõnulli in gratiam redire uideantur. XI

ENITENS Vitam moreſq; omnino mutet oportet Ex laſciuo & hilarii
grauis ac ſubtriſtis Ex conuiua & faceto ieiunus & frugi. Ex nitido & lauto
ruſticus & ſordidulus. Ex magnifico & populari in glorius & ignobilis: de
niq; ex inquieto & negotioſo ſolitarius & ſe tantũ cõtẽtus euadat. Hæc enim
ea ſunt natura ut quemuis ab ira dei eripere & eius gratiæ reſtituere Inſup
animi bona ob culpam amiſſa recuperare & in nouam ac beatã uitã ut in lucẽ rurſus re/
deuntẽ perpetuo collocare ualeant. Sic itaq; contrariis res huiuſcemodi curatur quemad
modũ medici ut ſanguinẽ e uulnere manantẽ auertant altera ex parte uenam percutiunt
Et aquam intercutẽ potus abſtinentia humores quoq; graſſantes helleboro / aut pharma
co his contrario comprimunt Priſtinæ ſane dignitati & hominũ oculis admodũ durum
qui melancholiæ ſolent hec potius adſcribere / æternum tamẽ gloriæ pondus habiturum.
Veteres ante oia conuerſationes minus probatæ abiciendæ Idcirco ſolitudo innocentiæ
mater his optimũ ac preſentaneũ remediũ: Hæ ſilentiũ & quietem ſecũ comites aſſumunt
uerũ inter hoies laudauerim. In ſolitudine namq; ſolitudo uix paucis & admodũ perfe/
ctis ac nullo adortante adminiculo per ſe ſubſiſtere ualentibus ſatis eſt tuta Quamobrẽ
agri receſſus minime deligendus qui preſertim procul ab urbe ſit ſed tantũ prope menia
ſi tamen ullus ut adire adiriq; ſimul facile poſſimus Nam & hoies exemplo uitæ ſeu offi
cio aliquo promerẽdi ſimuliter & auxilii ferendi aut capiendi utilitate: ſi quid forte opus
multæ ſepe oriuntur occaſiones quibus in dei gratiam / quã imprimis expetimus & per/
fectam aſſequi uirtutẽ facile poſſimus uirorũ uẽ prudentiũ & theologorũ perita facũdia
& iuges in eccleſia exhortationes & demũ ſpiritalia cuncta fomenta in urbe / non i agro
comperies. In rebus aduerſis & laboribus bonorum familiaritas quibuſcũ iterdũ de cœ
leſtibus loqui ac ſimul meditari. ſermones etiam & doctrinas multorũ lapſas recreantes
aĩas ſi queres præſto tibi aderunt Nec ſine cauſa primi ordinis inſtitutores atq; aſcetæ in
ter hoies ſeu non procul ab hoibus: ſuis exercitationibus locũ ſibi delegerunt Enimuero
non oibus nec Antoniũ nec Paulũ illũ heremitã eſſe datũ: humana pleriq; conditione ac
naturæ neceſſitate tenentur / hoiumq; ſimul opẽ expoſcunt: Domus namq; nullis cincta
neq; munita circa ædificiis quomodo ab irruentibus uentorum flatibus non exagitabi/
tur? Sæpe etiam uiſum tranſfretaturos amnem ubi uado non licet / inuicẽ complexos ſe/
cure ac facile pertranſire Igitur ſicut ego magnopere ex noſtrorũ ſententia his preſertim
qui ex moribus perditis in uiam uirtutis redire cupiunt & doctrinæ & recte inſtitutiõis
continuo lac concupiſcunt: Conuentus hominũ nõ oino deſerendos cenſeo Ita & ſolitu
dinẽ ad tẽpus omni ſtudio ſeruandã exhortor Dum luditur a turba / dum tumultuatur / &
inania meditantur fabulanturq; populi Sapiens aut in cellæ penetralibus conditus q̃ ſũt
ſalutis cõmentatur legit ſtudet orat ſcriptitat / aut proximo uacat / piam ue poſtulanti ope/
rã nauat: ſocios uirtutis & laboris exquirit / negotiũ officii gratia tantũ repetit: cætero láti/
tat Ex quo ut inter poma Tantalus in ceno ſolis ſplendor in igne ſalamandra in alto de
niq; cautes imobilis ita inter delitias interdum & mores hoium corruptos uſu ex poſcen
te ſeſe continebit. In agro minime tentabor inquis: negotium pacẽ interpellaturũ meã li
benter fugito & ut Hieronymus ſecedens dictitare ſolebat Nolo incertæ ſpe pugnare ui
ctoriæ concedã ſi & tu eodẽ quoq; ſis animo & quod in loco ille deſerto factitabis. Veri
plerîq; Laertis illius modo deſidiæ potius commũẽ hñt agrũ / nec piculũ uitare ſed laborẽ
detrectare / nec tã pacẽ illã chriſtianã q̃ i duro uitæ genere uerſatur q̃ honeſtã ac plane epi Laertes
cureã ſibi tñ cõſulẽtẽ ai uoluptatẽ ſequi uidenť. Negotiũ auaritia ambitio libido non aĩt
pia i proximũ opa ſibi creãt Otiũ inq̃ mẽtis oblectatioq; maxia uel i mediis & grauibus oc
cupatõibus oi ai pturbatõe uacare fuerit Ego uero rẽ hãc totã ita itelligo ut naturalia ſo/
lẽt iter ſe diuerſa cõtrariaq; penitus cõciliari ut inde fructus & ſucceſſus ornať optatus Fri
gida calidis & ſicca hũidis recte cõmiſceri Sic i xpi militia otiũ i negotio / qes i tumultu ſo
litudo i frequẽtia: pax i anxietate: honor i ignominia: uoluptas i rebus aſpis exqrẽdã quã
ppe ſñtẽ Paulus elegãter alio quodãmõ expriere uľ p gloriã & ignobilitatẽ p. infamiã &

bonam famam/ut ſeductores & ueraces ſicuti qui ignoti & cogniti quaſi morientes &
ecce uiuimus ut caſtigati & non mortificati quaſi triſtes ſemper aũt gaudẽtes tanquam ni
hil habentes & oia poſſidentes. Aut.n.ſapientia polles aut indiges utriſq; ſtatus agri ſolitu
do minime ſequenda. Si bonus ac ſapiens ut exemplo uitæ ſimul & inſtitutiõe coeteros
impertias Si contra ut impertiaris /iuuerisq; inter uirtutes quoq; qd iuſtitia potius? Hæc
reliquas fere continet omnis ac in alios potiſſimum extenditur. Solus igitur quomodo
hanc exercebis? illa namq; ſanctis legibus & caritate mutua iuncta communitas mirum
quam bene factis tribuat auctoritatem ut ſociatim noſtri conatus in agẽdo feliciores deo
q; acceptiores emergere uideantur Eniuero ſolitudo ſeceſſuſq; communitatis gratia ut huic
conſulamus quandoq; quæritur ut procul ab omni tumultu tantum deo teſte cohibitum hau/
ſtum in contemplando ſpiritum aliis tradere poſſimus. Eodẽ namq; animo Moſes He/
lias cæteriq; prophetæ ad dei contemplandam ueritatem/eiuſq; & ſapientiam & miſericor/
diam conſequendam loca orrida/& ſolitaria pro tempore petebant ut eam deinde ſiue uo
ce ſeu ſcripto populis communi carent Ioannes in deſerto negotium gerebat ſermone ba
ptiſmo præceptis adeuntes populos inſtruebat Herodis ẽt regiam auſus conſcendere ut illi
ſalutem ſibi mortem pararet. Dominus quoq; ipſe urbes aut frequentiam non abhorru
it deſertum pro tempore coluit & in ſecretum ſe recepit ut reconditos diuinitatis theſau
ros inde turbis proferret. Monachorum olim illa per eremum ſimul diffuſa multitudo tẽ
publi.quaſi ſanctorum referebat ut in ſolitudine non admodum uiderentur/alter utriq;
ita iuuarent ut auxilium nullum ſpiritale/neu corporeum ualide deſiderarẽt. Euenit idẽ
& gentilitati ue ſepe uiri in ea magni Rẽpu.ſuo ſeceſſu iuuerint. Numa ex Egeria nym
pha in ualle quadam quæ adhuc mõſtratur Et minos in ſpecu diebus multis ex ioue le/
ges accepérunt traditur & ſcipio Africanus horis aliquot in iouis templo cotidie ſolus
Numa Minos De ſilentio permanere ſolitus. Silentium ue ſi ſilere magiſq; loqui uirtus longe præclarius in hominũ
cetu atq; ſermonibus q̃ ubi ſolus agas Eum.n.nullus tue ambitionis/aut impatientiæ ſti
mulum excitantem extrinſecus ſentis:linguam continere/quæ uirtus? quæ conſtantia?
Dum alii ſeſe iactant aut plus uideri q̃ eſſe cupiunt:dum mentiuntur: dum partes quiſ/
q; ſuas dicendo excedit:preterea dum indignum laudẽ aut probum/uituparí audimus
dum ipſi uerbis laceſſimur:maledictis petimur:prouocamurq;:dum deniq; infinitas ho
minum ineptias deguſtamus:quis ingenuus ſilere:quis non reſpondere ſuſtinebit? Pro
ximus ille deo qui ſcit ratione tacere/ait auctor qdam Quis niſi excelſo quodam ai ro
bore prædictus propheticum ſeruabit Ego tanq̃ ſurdus non audiebam. Et factus ſum uelut
homo non audiens neq; habens in ore ſuo redargutiones. Item Domine uim patior rñ
de pro me. Nota eſt Zenonis reſponſio legatis Alexandri qui a uiro clariſſimo quodã
Athenis ad coenam inuitati ubi aliquot philoſophi & uiri doctiſſimi conuenerant & a quo
libet aliquid eruditum audiretur Quid inquiunt legati alexandro reſpõdebimus de te
ſi nihil omnino dixeris: At ille. Dicite me tantum unũ inter conuiuas tacuiſſe:plane no
tans in ſilentio:& auditione plus ſapientiæ ſepe conſiſtere. Quæ profecto a ſolo tantum ſe
ceſſu oſtendi facile non poterat.

¶ Quomodo peccata compenſantur his preſertim q gravia a diuiſerũt nec æqua ex/
piare poenam ob naturæ imbecillitatem poſſunt. XIIII.

Ec ſatis animo penitere neq; fateri niſi malefacta benefactis compenſetur
ita demum deo iuſtitiæq; ac propriæ cõſcientiæ ſatiſfacimus Quænam hæc
quanq̃ omnibus nota paulopoſt dicam:ſi prius quæſtionum aliquid quod
ſuper hoc noſtros exercere ſolet adducam Dixere quidam interquos ſub/
tilis ille nuncupatus quemadmodum extra gratiam cõſtituto peccatorum
compenſatio iam penitentiæ uirtute remiſſorum ualeat ita ut in hoc ſtatu deſcedẽs apud
gehenam alioquin damnatus de his nunime ſit poenas daturus:quæ quum temporarie
ſunt ualde uериſimile leuius ac citius eas illum perſolui poſſe q ſponte in hac uita q̃ in al
tera inflictas dederit. Nam ut palam eſt omne in id tempus iudicium prorogatum lõge

grauius ac difficilius. Aquinas autem omnino negat in hac parte ſenterior Q uod poſt inquit amicitiam reſtitutam:amicitiæ quoq; fas eſt reſtituatur æqualitas Cuius contrario ut in nono dicitur æthicorum illa corrumpi ſolet. A equm uero ex parte nc ſtra nihil aſ ferre licet:opus ergo/ex acceptatione gratiaq; dei id euenire : qua quidem priuatur:huic compenſationi nequaquã idoneus uidetur. Illud autem in confeſſo apud omnis quem admodum ex apoſtoli ſententia Alter alterius onera in hac parte recte & ordine portare ualeamus ex hominũ caritatis argumento qui qum inter ſe mutua preſtent ſubſidia & aliena incõmoda ſua faciant:quanto magis apud dei iudicium oĩum benigniſſimi alius alium præſertum inualidum debitæ mulctæ ſarcina leuare poterit. Illud etiam pias tor/ quere mentes ſolet quo nam modo qui uariis ac grauibus obnoxii delictis reperiuntur ſeſe expiare omnino ualeant. qum ſiue ſtatus alienus ſeu grauis ætas aut etiam facultas ad penitentiam agendam amiſſorũ ponderi æqua minime reſpondent. Durus namq; hoſtis atq; inueteratus expugnandus/nec par uirtus : Multa ſegetem occupantia zizania tollenda/nec inſtrumentum adeſt idoneum. Remedia itaq; duo hec conanti per græcum doctorem ualde bonum ac receptũ preſentanea feruntur. Labor imprimis uoluntarius & inuoluntarius. Voluntariũ uoco diſciplinam ſponte ſumptam a rebus abſtinendo con ceſſis quando in inconceſſa ſe temere effudit:ieiunando uigilando orãdo benigne aliis faciendo pro uiribus ac facultate quiſq; ſuis his enim hoſtiis deũ promeremur. In uolun tarium uero appello quod non ſponte ſed a deo inflictũ æquo toleramus animo ut ſex/ centa in hoc genere uenire poſſunt que ex parte corporis fortunæq; ac animi demũ ad/ uerſa contingunt que ſi patiẽnter chriſti gratia ferantur:beatum uel nocẽtiſſimum redde re multo magis ualent/q̄ illa que ſponte optantur:ſibiq; aſſumuntur : tantoq; difficiliora q̄o ex aliena non ex propria optione proueniunt. Ex quo ut ait Heſiodus euenit ut liben tius plura & ingentia libentius ſponto de re ſoleamus q̄ pauca rogati. Congruum ut re rum contrarium medicina res curentur collapſæ primi hominis contumaciam ſeruato/ ris noſtri obedientia ſimul & humilitas compenſauit Laſciuiam atq; intemperantiã abſti nentia doloreq; ſanat Cupiditatem liberalitas emendat. Alterum uero maximum fragilita tis huamanæ remedium frequens ſanctorum ſupplicatio qua ſepe magiſq̄ noſtris meritis deo conciliamur Paſcendi igitur/ac nutriendi talis qui hoc præſtare ualeant Hi demum ſunt de Mammona iniquitatis amici qui nos in æterna tabernacula recipiunt Hoc me lius longe q̄ marmoribus templa operire:ueſteſq; ſumptuoſas eiſdem dicare q̄ in fide q/ dem offerentis non admodum uituperanda/egentibus tamen & ſanctis uirginibus pu/ pillis uiduis longe melius ut ait Hieronymus ad Demetriadẽ erogantur Fideles enim templa dei uiuentia ſunt:hæc curare ac colere q̄ parietes inanes & picta ſimulachra exci tare longe præſtat.

❡ Q uod Synterеſis ac Synideſis penitẽtiæ ſint cauſa Deq; ipſarũ utilitate ac p̄ſtãtia. XV.

D Præteritorũ penitentiam ſuiq; cognitionẽ quemlibet non ſane aliunde q̄ ex duobus potiſſimũ luminibus naturali ſcilicet & diuino deduci poſſe exi ſtimamus Hæ Synterеſis ſiue Synideſis Deinde fides ſeu dei timor exiſtunt. Eſt enim Synterеſis naturalis in parte rationis habitus quam ipſam ratio/ nem nonnulli dixerunt ſenſitiuo appetui oppoſitus quemlibet uel ignarũ ad recte agendum dirigens ac ius faſq; ſeruare in omnibus docens Nam quemadmo/ dum in ſpeculando intellectus principiorum inde monſtratorum eſt habitus ſic item & hic in agendo rectum ſubito in res principio ſine difficultate oſtendit: quo deinde ad in/ ueniendum iudicandumq; ulterius progredi licet. Auguſtinus de trinitate.xii.ſimiliter & in libro de libero arbitrio hanc eandem cum ratione facere uidetur dum ait In natura li iudicatorio quedam eſſe uirtutum ſemina & incõmutabilia bona. Synideſim uero no ſtri conſcientiam uocant Hieronymus in Ezechielem eandem eſſe quam ſupra Syntere ſim nominaui affirmat Tantum ab ea quo actus diſtat ab habitu differentẽ Eſt enim ut ait Aquinas non potentia neq; habitus conſcientia ſed rationis ſeu Synterеſeos actus ta/

a συντηρησις συνειδησις

Intellectus in ſpeculando Synterеſis i agẽ do. Conſcientiæ de finitio.

ſitaq; in hoie cogitatio propriā accuſans aut defendens mentē Damaſcenus lucē intelle/
ctus Baſilius naturale iudicatoriū eam appellāt. Hanc uir bonus ut deū colit hanc ſectat:
huic auſcultat nullū æque ſpectaculū: nullū maius theatrum requirit: hac pacata regū opi
bus ſe ſuperiorē exiſtimat: nulla par uoluptas bonæ/nulla par anguſtia prauæ De hac &
dñs loquitur Regnū dei intra uos eſt. Item p uiā cū aduerſario in concordiā ueni ne for
te te iudici tradat Iudex uero miniſtris qui te in cuſtodiā coniciant Amen tibi dico non
īnde exibis donec ultimū quadrantē reddideris Hic enim aduerſarius iquit Aquinas q̄
aliuſq̄ conſcientia? quæ noſtro ſemper appetitui ſolet obſiſtere/quāue ſi non in pace con/
ſtituamus In uia ideſt in hac uita ad extremū nos in arctiſſimū deducet locū. Hinc ergo
pax oritur: pacem uero turbatio ꝑcedit Bellū ſūminius ut in pace uiuamus: niſi prius ho
ſtis ptineat irritet laceſſat unde facile excitemur/nullo modo adꝰ uerā noſtri cognitionē/
aut quietē deducimur. Hæc inquā ſimul & fides quēadmodū ſupra memoraui ueluti to/
tidē calcaria utrorū bonorū aias ad malefacta cognoſcenda retractandaq; ſimul & iuſti/
tiā ſeruandā ipellere uidentur: aliorū uero nequaq̄ qui quāq̄ obſtructas præbēt uirtutibus
aures ueterū tamē malorū recordatione in mentis labefactatæ penetralibus continuo cru
ciantur. Vnde ex eodē pariter igne hoc eſt admiſſorū æſtu ac ſtimulo Pharaones ueluti
lutū obdurare/Nabucdonoſores uero ſicuti cera liqueſcere uidemus. Initiū itaq; ſalutis
Conſcientiæ uexatio minime deſperantis. Iudæ Petriq; culpæ æquā alioquin penitentiā
ſpes tantū alterius diſſimilē reddidit Variis igitur ſi teneris criminibus ſi uitio: ū conſue/
tudine ꝑmens/ſi uinctus mille laqueis uidearis modo tete noſſe incipias non ceco ſed
lippienti ſimilis facile in lucē redire/ac cū propheta uehementius clamare poteris circun
dederunt me laquei mortis & picula inferni inuenerunt me tribulationē & dolorē inue
ni & nomē domini inuocaui Educ de cuſtodia aiam meā & de manibus canū unicam
meā Ne tradideris in animas tribulantiū me/quoniā inſurrexerunt i me teſtes iniqui &
mentita eſt iniqtas ſibi. Nec mora dominū poſt hec adeſſe ſentias in gratiā cū eo ſimulq;
tecū redibis unde poſtea rurſus pſallas Eduxiſti me domie de lacu m[illegible]riæ & de luto mi
ſeriæ & ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos Dirupiſti uincula mea/ubi ſacrificabo ho/
ſtiā laudis Cuſtodiens paruulos dominus humiliatus ſum & liberauit me. Nihil adeo
profecto irā diuinā q̄ fragilitatis ꝓpriæ cognitio ſimul & cōfeſſio tēperat. Publicanus ille
non in ciborū & ueneris abſtinētia non in pegrinatione & labore ſed in uerbo tantū hu/
mili & breui admodū confeſſione dicitur iuſtus diſceſſiſſe Beatus Antonius laqueis oīa
plena uidit oia eaq; hoc ferme remedio euaſuros hoies in reſponſis habuiſſe fertur. Hos
deniq; fructus nobis fides & ex fide timor: ex timore demū conſcientia p penitentia parit
Qui nempe fructus & ad ſalutem & ad uitam ptinent futurā / reliqui uero q̄ ſequuntur
etiā preſentem ſolantur. Nam & in corde iucunditatem: in loquendo audaciā: in agendo
uires: in rebus cunctis ſecuritatē nobis auſpicatur Nil cōſcire ſibi: nulla pall[illegible]re culpa:
ea demū uera felicitas quā ſi quis forte attigerit in orbis uniuerſi ſpecula conſtitutus [illegible]um
oīs iudicet/nemini iudicatur ut ait apoſtolus Nā ſi male in hac pte nobis fuerit quid ro/
go humanæ cunctæ pdeunt opes? Inter delitias quid facit iſta lues? Exemplo eſt ſuſpen
ſus tenui filo gladius ſupra cōuiuā a Dionyſio inuitatem Nec enim ſibi neq; aliis æque
eſſe poterit. Si uero ridere uiſus aut iocari affecti ſigno ſunt animi. Laceratam tot in teſti
nis accuſatoribus mentē leuare his plane lenimentis ac remediis cupientis. Quin & pō
deris & auctoritatis tātū hæc habet ut in eadem ille quā falſo culpā putauerit exiſtat. Ani/
mus nāq; non ſolū ex flagitio ſed opinione flagitii proculdubio contaminatur Vnde ſin
factus eſt humana ppinquitate familiaris:ſtatuas dico animatas ſenſu ac ſpiritu plenas/
futurorum praeſcias ſomniorum interpretes factuando:quæ quidem opinio diuina refel
litur auctoritate.Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum.
Sed & magicam magorumq; ſtatuas Porphyrius uſq; in epiſtola ad Anebotem ex agitat:
quidam inquit eſſe quoddam ſpirituum genus opinantur cui magos exaudire ſit pro
Porphyrius.
prium natura fallax omniformæ:ſimulans deos ac dæmones & animas defunctorum
& ea que bona malaq; uidentur efficere/ſed ea uere bona nequaq̃ potius autem nocere/
maleq; conſulere ac uirtute ſtudioſis inuidere/ac officere:Preterea temeritatis ac faſtus re
fertum eſſe/gaudere inſuper odoribus adulationeq; omni uehementer capi:hec quidem
Porphyrii uerba dæmonum iniquitatem ſatis in hoc genere declarant:tantum refellen
dus quod uitium huiuſcemodi naturaliter eis inſitum dicit:natura omnis bona eſt.Item
uidit deus omnia quid fecerat & erant ualde bona Auguſtinus in.iii.de trinitate:Dæmo
nes inquit corpora mutare uariis poſſunt modis ſed eorum motus a deo eſt:idem in.ii.
de doctrina chriſtiana docet quemadmodum magicorum actuum uolumina & reme
dia que medicorum quoq; diſciplina condẽnat ſiue precibus ſeu notis quibuſdam quas
characteres uocant/aut in rebus quibuſdam ſuſcipiendis omnino ad ſuperſtitionem
pertinere:at ſi res forſan naturales ad aliquos edendos effectus ad quos naturalem putã
Gemmarũ uirtutes ad ſuperſtitione nõ ptinẽt.
tur habere uirtutem adibeantur ut ſunt corallia gemmæq; nonnullæ:ſuperſtitio nõ erit.
Si uero characteres aliqui uel certa nomina/uel aliæ quæcunq; obſeruationes quas in
confeſſo eſt nullam habere uirtutem/omnino ſuperſtitioſum:non enim corporum artifi
cialium ſed naturalium formæ ſuſtãtiales uirtutem ex deo per cœleſtium corporum im
preſſionem conſecuntur.

Quid dæmones in predictionibus & miraculis poſſint. LVII

q
QVANDO malignos attigimus ſpiritus & ipſi prædicere nonnulla no
bis uerius q̃ homines non in ſe ipſis:ſed in ſuis cauſis quanto ſcientia ſunt
preſtantiores/naturaq; intelligẽtiores:poſſunt nam cum ex aſtris hec infer io
ra diſponantur & eorum cauſas illi probe teneant ex ipſorum ſignificatio
ne peritius q̃ aſtrologus ullus & uentos & tempeſtates & aeris corruptio
nes futuras/aliaq; huiuſcemodi predicere poterunt & quanq̃ ſidera ſuper animam intel
ectilem nequaq̃ poſſunt/quia tamen pars hec adpetitui corporeiſq; ſenſibus in quos illa
lplurimum poſſunt obtemperet multa de humanis actibus quandoq; predicunt non ut
mentem ſicuti diuinitus ſolet in luſtrent ſed ut a ueritate magis homines auertant inſom
nis enim quandoq; per nocturnas imaginationes nuntiant/aliquorumq; futurorum in
dicia monſtrant ſiue uigilando in phreneticis(nam & phrenetici futura quedam interdũ
predicunt)ſiue etiam per nonnullas exteriores ſignificationes ut per motus & garritus
auiũ per animalium exta & punctorum quorũdam deſcriptiones/hiſq; ſimilia que ſorte
quadam fieri uidentur/quandoq; coram apparendo ſermoneq; firmo futura prenuntian
do/& licet horum ultimum per malignos ſpiritus procul dubio patratur/in aliquas atta
men naturales cauſas quidam reducere conantur:Dicunt enim quod cum cœleſte cor
pus ad aliquos effectus in his inferioribus moueat ex eiuſdem ſideris impreſſione in re
bus quibuſdam illius effectus ſigna quedam apparẽt/cœleſtem enim impreſſionem res
aduerſæ modis accipiunt diuerſis unde & uiſa in ſomnis & ſtultorum predictiones & aui
um garritus & punctorum notationes ſorte & abſq; numeri certi propoſito deſcriptorum
cum ſint preter rationis deliberationem ex celeſti motu cauſam ſumunt:ſed quoniam
hec parum rationis habet/quemadmodum ſupra i corporum cœleſtium diximus:ideo
putandum quod prenuntiationes que huiuſmodi ſunt figuris ex aliqua ſuſtantia intelle
ctuali originem habeant.Et quandoq; hec diuinitus bonorum ſpirituum opera diſpon

tur/quia & adeo multa per ſomnia manifeſta fieri ſolent ſicuti Pharaoni & Nabucdonoſori & ſortes quæ in urnam mittuntur/quandoq; etiam a domino temperantur ut ait Salomon tamen malignorum ſpirituum opera plerumq; euenire ſolent/quemadmodum & ſancti adfirmant doctores:Signum qd his uſus fuiſſe gentiles uidemus:augurus nãq; & ſomnus & aruſpicina plena eſt antiqua ſuperſtitio:exquo in lege ueteri hec cum idolatria ſimul proibuere: quamobrẽ dei gratia opus.ut de his recte iudicemus neq; decipiamur ut ait Paulus:nolite credere omni ſpiritu.ſed probate ſpiritus an ex deo ſint.

De Donis. LVIII

d

ONA ſancti ſpiritus dei altiſſimi gratiæ & ipſæ ſunt ex Eſaiæ xi auctoritate theologis ſumptæ:hec namq; ad dei coniunctionẽ nos promouent Theologicæ uero uirtutes nos ſtatim deo coniungunt:quemadmodum & morales ipſæ quoq; rationem mouere/intellectuales uero perficere uidẽtur:ſunt nihilominus illis utriſq; ob nobiliorem altiorẽq; motorem qui ſanctus eſt ſpiritus dona potiora. Virtutes namq; humanæ pro humana qualitate quidem perficiũt/non tamen ad diuinitatem ullo modo niſi donis huiuſcemodi iuuentur extollunt:nam & ipſe Ariſtoteles ubi de bona loquitur fortuna.Quæ inquit diuino mouẽtur inſtinctu non opus ratione tractare humana ſed interiore motu longe nobiliore:idem in.vii.ethicorum ſupra uirtutem comunem quandam heroicam per quam diuini dicuntur uiri dicit eſſe:preterea ſaluti neceſſaria ſunt dona & ita interſe connexa ut una ſine reliquis nõ ſit/nam quemadmodum morales omnes in prudentiæ uirtute ita dona in una caritate conueniunt ut qui in ea conſtitutus exiſtat omnia facile poſſideat.In patria tamen & gloria ꝗ in hac uita perfectius ſed de his poſtea:nunc tantum ſapientiam attingam.

Quomodo quanis ue modis in homine ſapientia reperiatur. LIX

i

NTER dona ſapientia primum:timor ultimus quanq̃ fundamentu gratiæ & ipſe primus appellari poteſt.quod ad bene agendum initium ſit mali fuga ex timore prouenien s:quemadmodum enim in intellectualibus cõtemplatiuæ hoc eſt ſapientia intellectus ſcientia actiuis ideſt prudentiæ & arti preferuntur ita in donis prefatæ ſimul & conſilium pietati fortitudini timori preſtare uidentur/& hoc quidem materiæ comparatione abſolute namq; actionem ꝓpriam reſpiciendo conſilium ac fortitudo pietati ſcientiæq; preferuntur.Sapientia igitur in intellectu ut in ſubiecto uerſatur diuerſis tamen dicitur modis ut ſancti ſpiritus donũ ut gratia gratis data/ut deniq; uirtus intellectualis.Igit̃ qua donum rationẽ reſpicit ſuperiorem(nam inferiorem ſcientia tractat)ideoq; in ſpeculatiuam & actiuam diducitur:rationiq; ſuperior ut in.xii.de trinitate ait Auguſtinus rationibus diuinis conſpiciendis pariterq; conſulendis uaca .Primo quidem modo diuina in ſe ipſis contemplando.Secũdo autem per diuinorũ cognitionem humanas actiones dirigẽdo/Sapientis namq; cauſam eſt altiſſimam unde cetera facile iudicantur per ſcrutari cauſa uero altiſſima una ſimplex Deus eſt qua quis omnia iudicare ſimul & ordinare recte põt:exquo ſpiritalis homo ut ait Apoſtolus iudicat omnia:& pauloпоſt ſpiritus omnia etiam profunda cordis per ſcrutatur:altera cauſa eſt in aliquo tantum genere in quo quis & ſapere & iudicare exiſtimatur ut in medicina & architectura:quemadmodum ait apoſtolus ſapiens architectus intellectus igitur geminos habet actus.Precipere & iudicare:primo intellectus:alteri ſapientiæ donum ſecũdum rationes diuinas dicatum:ſecundum uero humanas ſciẽtia.Sapientia rurſus de qua loquimur citra caritatem non reperitur ut dicitur:in maliuolam animam non introibit ſapientia:amentes uero ac pueri baptizati habitum quidem huiuſcemodi retinent ſapientiæ Actum uero hi ꝓ rationis deſit uſus nequaq̃:preterea a ſapientia intellectuali uirtute/qum alioquin ambæ circa cauſam altiſſimam uerſentur/hoc diſtant.quod hec deo per coniunctionem propior deinde uniuerſalior/eo namq; uirtus excellentior quo ad plura ſe extendit.Hæc itaq; ut ſupra narraui non ſolum ad contẽplatiuam ſed actiuam pertinent uitam ſapientia uero gratis data his etiam quandoq; cõ

ceſſa q citra caritatẽ agunt/ſingulari alioquin ac altiſſima plane myſterioꝝ ſciẽtia pditi ut alios ædificare ualeant. eſt alia poſtremo carnis ſapientia uocata quæ ut ait apoſtolus ſtultitia eſt apud deũ & in auaritia ambitioneq̧ ac aliis humanis uitiis plerũq̧ uerſatᷓ.

De Contemplatione & actione. LX

q VONIAM uero primam ſapientiam in contẽplando ſimul ꝙ agendo uires exercere diximus ipſam nunc contemplationẽ exſequamur. Superius enim geminam eſſe narrauit: prius in ueritate conſpicienda ut in. x. ponitur Ethicorum ſed admodum imperfectam quum in hac uita deum p ſpeculũ in enigmate uideamus: alteram perfectam in uita manet futura ubi reuelata facie deum uidere licebit ut ait apoſtolus: nunc autem p creata ad eius parumper degustationem peruenimus & cum Dauid dicimus. Meditatus ſum in omnibus operibus tuis in factis manuũ tuaꝝ meditabar: unde Auguſtinus de uera religione: contẽplatio inquit creaturaꝝ ut uana ac peritura nõ curioſius exercẽda eſt ſe que ad imortalia & ſemper manẽtia gradũ habeãt Ricardus de Sancto uictore ſex ponit gradus qbus ad dei cõtemplationẽ p creaturas aſcẽdimus. Primo ſenſiliũ adſpectus: deinde ad inuiſibilia pgreſſus: tertio ſenſilium ſecundũ intelligibilia cõſideratio: poſt hec intelligibiliũ abſolute cõſideratio inquẽ p ſenſilia peruenimus: quinto intelligibiliũ cõſideratio que non p ſenſilia inueniri ſed ratione capi poſſunt: poſtremo intelligibiliũ diſcurſus que rõne nec inueniri nec capi ualent: & hec qdem ad ſublimem ueritatis contemplationem oĩno pertinere uidetur.

Contemplationis per tris modos diuiſio. LXI

d IONYSIVS de diuinis nominibus cõtemplationem omnino tribus diuidit modis Circulari. Recto & obliquo: motus namq̧ contemplatio dicitur/ut motus perfecti eſt actus quẽadmodum in tertio de anima ſcribitᷓ quoniam uero e ſenſilibus in intelligibilia uenimus quidam quaſi motus uidetur localis qui triplex eſſe noſcitur quos ſupra paulo narraui: hi autem oẽs ut idem teſtatur auctor aliter in angelis atq; in anima ſunt in angelis enim circularis eſt qua æque ac continuo abſq̧ principio & fine deum tuentur cœleſtis inſtar motus circa terræ centrum: anima uero anteq̃ ad hanc ueniat æqualitatem opus ut inæqualitatem informitatemq̧ qua carent angeli exuat: prima quidem illa quę ex rerum exterarum diuerſitate pueniit prout exteriora relinquat/ deinde ut nõ ex ſucceſſione nec more humano in ueritate ueniat quẽadmodum in intellectu primoꝝ principioꝝ q̃ ſubito depiẽdimus non creantur. His igitur duobus remotis angelicæ contemplationi circulari conformes erimus Rectus autem in Angelis ut ex uno in alterum conſiderando procedant accipi non poteſt ſed ex ordine tantũ prouidentiæ ut ſuperior inferiores per medios in luſtret. In anima uero rectus ponitur ut ab exterioribus ſenſilibus ad intelligibilium cognitionem procedat. Obliquus quoq; in angelo ex recto & circulari componitur/qua ſecũdum dei contemplationem in inferiora procedit. in anima uero quatenus e ſplendoribus diuinis & non ſenſilibus ad ipſam dei conſiderationem conſcẽdat. Ex his igitur tribus motibus ſola in patria contemplatio ad motum pertinet circularem.

Contemplatio præſtat actioni & quomodo non ſine actione interdum eſſe ualeat. LXII

i N libro Ethicorum decimo res hec diligentius tractatur/ac octo preſtare rationibus potiſſimum dicitur. Primum quod circa hominis optimũ id eſt intellectũ uerſatur/actio namq; circa exteriora. Deinde adſidua magis eſſe poteſt: tertio minus turbationis ac tumultus patitur Marta namq; circa plurima turbabatur/inſuper paucioribus indiget: porro inquit dominus unum eſt neceſſarium. Item ut finis: altera ut ad finem queritur: ex quo dicitur in pſalmo. Vnã petii a domino ut habitem in domo domini: ſexto in quadam animi uacatione quieteq; longe optabili conſiſtit: Vacate inquit Dauid & uidete quoniam ſuauis eſt dominus: deinde circa diuina longe potiora/altera circa tantum humana & corporea. Poſtremo ma

gis ad deum & futuram uitam accedimus que citra omnem actionem in ſola ac perpetua dei meditatione uerſatur. Preterea hec libertate precipua inſignis. Gregorius in Ezechielem: Animæ inquit libertas contemplatio. Actio uero ſeruitus uocatur. Boetius autẽ in. vi. de conſolatione: Humanas inquit animas liberiores eſſe neceſſe eſt: quum ſe in mentis diuinæ ſpeculatione conſeruant/minus autẽ quum ad corporea dilabuntur. Actio nihilominus interdum ac pro tempore preferenda ut in tertio Topicorum dicitur Philoſophari meliusq̃ ditari: ſed ditari melius egenti. Quamobrem caritatis neceſſariæ gratia a contemplatione non tamen eam omnino deſerendo ſe uocamur: ſi quãdo inquit Auguſtinus ad actionem iure caritatis conuertamur/non ita tamen ueritatis delectatio deſerẽda/ut illa ſuauitas ſubtrahatur/& hec neceſſitas appareat. Sed ut clarius utra utri preſtet/& quomodo alterutra inter ſe ope indigeat parumper ex actionis diſtinctione uideamus. Hãc duobus quidem intelligimus modis: primo quoad ſtudium ipſum/exercitationẽq; continuam: ſic enim palam eſt contemplationem impediri quum rebus exterioribus occupatus deo ſimul uacare nequeat. Ad ſedandas uero interiores animæ perturbationes ac prauos cordis affectus temperandos hæc cõtemplationi neceſſaria que per illos magnopere impeditur. Vnde Gregorius in moralibus: qui contemplationis inquit arcẽ tenere deſiderant prius ſe in campo per exercitationem operis probent ut ſollicite ſciant ſi nulla iam mala proximis irrogant/ſi irrogata æquo animo ferant: ſi oblatis bonis temporalibus nequaq̃ mens lætitia ſoluatur: ſi ſubtractis non nimio dolore ſauciatur: & deinde perpendant quum ad ſeſe conuerſi redeant in eo quod ſpiritaliter uacant/nequaq̃ ſecum rerum ſecularium umbras trahant uel fortaſſe tractas manu diſcretionis abigant. Poſtremo actionem in tria omnino genera diuiſam intelligamus: primum uti ſupra narraui uitia tumultuſq; animi per mores coerceat/deinde pietatis opera ſpiritalia proximis prebet ut docere monere concionari ſcripturare: libros moribus utiles edere/aliaq; his ſimilia gerere: poſt hec aliis que ad corpus pertinent pro uirili parte adeſſe que quidem uulgo nota ſunt: poſtremo familiam propriam educando non tam utilitati aut laudi propriæ q̃ diuinæ ſeruire in qua ſi rerum copia neceſſaria forſan defuerint æquo ferre animo: deum ſperare qui nobis abunde omnia preſtat ut ait apoſtolus. Si uero abundabit pauperes pro rei facultate participes reddere/nec in incerto diuitiarum ſed in deo uiuo ſperare qui rerum huiuſcemodi non poſſeſſores ſed diſpenſatores nos pro tempore conſtituit. Contẽplationis uero unus tantum actus quemadmodum ſupra oſtendi & finis unus Dei ueritas: dei diuinitatiſq; perſcrutatio: adhunc autem effectum cõmode conſequendum quattuor imprimis expetunt. Studiũ doctrinæ ſacræ & que ad eius faciũt finẽ: preterea lectio: poſtremo deũ ſepe orare unde facile mens excitet/ac quieſcẽs citra uocẽ/exterioreſq; operã in deo figitur deũq; meditãdo contuet. De his aũt nũc huc faciam: reliqua que ad hũc locum pertinere uidebantur/in uita religioſorum quum eo uenero deſcribam.

De Beatitudinum præmiis diuerſa ſanctorum ſententia & quomodo hec donis reſpondeant: q̃d ue a fructibus differant. LXIII

VGVSTINVS de ſermone domini in monte de Beatitudinibus ait quẽadmodum in hac uita abſolui poſſunt ſicuti in apoſtolis abſolutas perfectaſq; fuiſſe credimus: nã illa omnimoda & in angelicã formã mutatio quæ poſt hanc uitã promittit nullis exponi uerbibus pot. Ambroſius uero in lucã cõtra ſentit: hec nõ ad hanc ſed futuram pertinere uitam dictitans. Chryſoſtomus in Homeliis: quedam horum preſentem nõnulla uero futurũ ait reſpicere ſtatum: quãobrem ſciẽdum quod futuræ ſpes beatitudinis duabus de cauſis in nobis eſſe pot: primũ ob merita quibus digni reddimur ante omnia & ad cœleſtem gloriam preparamur: deinde per exordium quoddam imperfectum & plane in hac uita futuræ felicitatis quaſi arrabonem: aliter enim ſpes fructus ex arbore frondibus iam uireſcendibus habet: aliter uero quũ iam fructuũ primordia apparere incipiunt: ſic igr ea que in beatitudinibus tanq̃ merita narrant/quædã præparationes ſiue ad beatitudinẽ ſiue pfectã ſiue incoatã diſpõnes

exiſtunt:ea uero quę tāquam pręmia ponuntur poſſunt quidem uel beatitudinem ſigni ficare perfectam & ſic ad futuram pertinere uitam uel aliquam certę beatitudinis incoa tionē que in iſtis inuenit̄ perfectis quo ſe in me modo premia hanc reſpicere uidenī uitā quin etiam in uirtutum actionibus quis perfectę conſpicitur ſperari quoq; poteſt hunc ad illā patriaq; metam optatam facile peruēturum Regnum coelorum Auguſtinus pfe ctę ſapientię initium in ſanctis uiris quatenus in eis ſpiritus regnare uidetur intelligi di cit:adſtipulatur & Gregorius qui militātis eccleſię ſtatum ſimiliter appellari teſtatur:nec mirum uiri namq; boni & ſi laboribus exercentur ac ſubſidiis uitę huius plurimis pri uantur/ſpiritualibus tamen abundant / contra uero iniqui quamuis uitę comodis gau deant intus tamen laceſſente conſcientia continuo cruciantur: ut in nono ſcribitur Eticorum huc illuc ab animi cupidinibus diſtracti Beatitudines autem huiuſcemo di ſeptem donis: Aquinas refert atq; adcōmodat: Deum uidere mundo corde ad ſapientiam atq; intellectum pertinere dicit: mitem eſſe ad fortitudinem / atq; pieta tem: quoad manſuetudinem proximumq; tolerandum animi patientia ſimul & pieta te ſit opus:miſericordem ad conſilium quod unicum in tantis malis remedium dare ſit inquit Auguſtinus.Pauperem & lugentem ad timorem & ſcientiam/quod ex fragilitatis humanę ſcientia ſimul & metu a delitiis & rebus fragilibus abſtinere ſoleamus:ſicq; de mum aliis alia comparantur. Reliqua uero que reſtabant dona in libro mox ſequenti

Fructus ſpūs. qum ad fidei locum uentum fuerit proſequimur/diferunt autem beatitudinis a fructibus ſpiritus.xii.ut caritate gaudio pace & reliquis ad Galatas.v.enumeratis:quod hi uirtutū illę donorum ſunt actus:unde Ambroſius Opera inquit uirtutum fructus dicuntur qđ ſuos poſſeſſores ſancta & ſincera delectatione reficiant Plus enim beatitudinis ḡ fructus ratio excellenſq; aliquod magis expoſcit Beatitudines enim/fructus recte appellantur non item contra/exquo donis conuenientius/illi uirtutibus ad tribuuntur uirtutis namq; actus qualiſcunq; modo oblectet fructus dici omnino poterit Auguſtinus in eandē epi ſtolam:nō hoc inquit ita ſuſcepit apoſtolus ut doceret uel quod ſint opera carnis uel fru ctus ſpiritus ſed ut plane oſtenderet in quo genere hęc uitanda/illa uero ſectanda ſint:ex

Fides fructus quo plus minuiue dici facile poterat. Inter hos aūt fidem nominatam:certam quandam ac ſingularem credentium animos exhilarantem eſſe uolunt.

DE INSTITVTIONE CHRISTIANA LIBER QVINTVS

De bono & malo in uniuerſum contra Pythagoram & Manicheos. I

PARS ultima noſtri ab initio propoſiti uirtutes uitiaq; quoad diſcipli nam pertinēt chriſtianam recenſenda/quod fruſtra reliqua teneamus/ niſi ea nobis ad bene beateq; iuuēdum auxilio fuerint. Quamobrem mala bonaq; ante omnia cognoſcenda:boni definitione nihil clarius Ariſtotelica id eſſe quod adpetunt omnia:cuncta enim bonum ut finē formamq; reſpiciunt cuius gratia res eſt/materia uero cuius grat a ideſt ad finem formamq; aliquam:forma namq; agendi principium in.ii. metaphyſice dicitur:forma finiſq; idem & bonum ſeu uerum ſiue appa rens:finis denique is in quo agentis ſeu mouentis motiq; quieſcit adpetitus. Explere namq; adpetitum in bonorum ratione:omnis namq; actus actioq; boni gratia:nā malū niſi in potentia ab actu deficiente nuſq̄ reperitur.Enimuero agentia naturalia finem ab aliquo adpetitu circunſcriptum ſponte habent ut quoad liceat corruptioni reſiſtant:mate rię tranſmutatio ex ſe finē ſpectat:priuatio pręter intentionē conſequit̄:igit̄ agēs mouēſq; in bonū tendit/malū uero pręter mētis & naturę agētis puenit ppoſitū:quaobrē ſi dicas id qđ in fine reſpicit̄ eſſe uoluntariū/ergo finis certus malū:reſpondemus qđ malū ex ſe minime ſpectat/aut excogitatur ſed ex accidēte cōſequit̄/quēadmodum q mercē in ma ri proicit nō dānum ſed ſalutem & comodū ante oia reſpicit:ſimiliter aliquod indignū

loptas facimus non mali gratia ſed ad explendum expetitum qui boni commodiq; ratio
nem habere uidetur:malum itaq; ſeſe boni ſpetie/ac auctoritate tuetur:qua enim malum
nihil omnino in rerum eſt natura ſed anypoteſtaton hoc eſt minime ſubſiſtēs minimeq;
ens:bonum enim cum ente conuertitur:ex forma rei perfectio exiſtendiq; initium:priua
tio negat omnino in ſuſtantia quicq̄:quamobrem dicitur uidit cuncta que fecerat & erāt
ualde bona:& ad Timotheum omnis creatura bona eſt:malum ait Dionyſius de diui
nis nominibus per ſe ſubſiſtens non eſt/nec in exiſtentibus aliquid quaſi accidens ſicuti
color:qum igitur nihil ſit entium ex bono tantum cauſam ſuſcipit/uirtuteq; boni ex acci
dente ut ſupra oſtendimus prouenit/nec niſi in bono firmatur aliquo ut malum culpæ
in natura/Naturæ uero malum:hoc eſt formæ priuatio in materia in qua bonum ſicut
ens in potentia exiſtit:malum inquam in boni ſubiecto/non attamen omnino contrarii
conſpicitur/uelut cecitas uiſum penitus tollit:ex quo non in ſubiecto uiſus ſed in anima
li tanquam in bono uniuerſali fuerit:quanto igitur minus in potentia forma ad id bonū
tanto minus fuerit bonum. In hoc enim forma impedita non per ſubiecti partis alicuius
ſubtractionem:nec ex eo quod pars aliqua potentia dominatur ſed ex eo quod actu cō
traria potentia ingreditur/ne in actum exire ualeat:malum per bonum magis adpeten
do contrarium:de bonoq; item magis aliquid ſubtrahēdo impeditur. Ergo ex his Pytha
goræ Manicheorumq; ſimul opinio reiicitur malum & bonum duo principia ponentiū
dicētiumq; aliquod ſummum malum malorum omnium initium eſſe:ſub bono qdem
infinitum par unum dextrum maſculum quieſcens rectum lucem quadratum & alterū
bonum. Sub malo autem infinitum impar plurale ſiniſtrum femineum motum tenebræ
altera parte longius & alterum malum. Manichei namq; deum ueteris legis/deum ma
lorum tenebrarum & corporeorum:nouæ autem bonorum & lucis & ſpiritalium appel
lauere qui errare facile probamus:Primum quod ſi penitus ambo conueniant ſuperua
cua quidem ait Ricardus ad unam ſententiam plura Penitus uero contrarius neceſſe ut
alter ens/alter minime ſit ens/quoniam hec interſe omnino aduerſa:neq; demū partim
conuenire partim diſſentire poſſunt qum ſiquid alteri principio ex perfectione deeſſet/
ut ſapientia aut ſciētia deeſſet/deus nequaq̄ eſſet/cui abſoluta integraq; cuncta requirun
tur. Sed & neq; diabolus quāuis malorum ſit caput ex ſimilitudine appellatus auctor eſt
omnino nec intrinſecus neq; extrinſecus peccandi:deus enim hominum corda & nouit
ſolus & mouet/Per exteriora uero ut uoluntatis obiecta boni ſpetie ac ratione a diabolo
quidem ſiue homine perſuaderi nō impelli ſeu cogi omnino ualemus Propria itaq; uo
luntas ꝓpria cuiq; cauſa mali:nemo inquit apoſtolus dicat quod a domino tētetur:deus
intentator malorum eſt ſed unuſquiſq; a concupiſcentia ſua diſtractus atq; illectus:& ori
genes ſi nō eſſet inquit in rerum natura diabolus hominem nihilominus libido gulaq;
urgeret:quapropter Dauid orabat:ne tradideris domine animam meam ad excuſandas
excuſationes in peccatis. Sed quanquam dei uoluntas peccati cauſa non eſt. actus
tamen peccati cauſa eſt ut in˘ tertio de trinitate ſcribit Auguſtinus. Actus enim peccati
ens & actus eſt/utrumq; ſane ex deo:ens namq; omne quocunq; modo ex primo eſt
ente. Omnis item actio ab aliquo exiſtente uenit/qum nihil ut actu non eſt:agat omne
namq; actu ens in primum actum ut in primam cauſam reducitur:hic deus eſt qui per
ſuam eſt eſſentiam:ergo omnis actionis cauſa/qua eſt actio peccatum itaq; ens & actio
nem ſimul cum defectu quodam comitatur:defectus autem ex cauſa creata ideſt libero
arbitrio prouenit/quo a primi agentis perfectione omnino deficit:quemadmodum clau
dicationis morbus ex pede curuo/non ex motus uirtute oritur/ex qua tamē uirtute quic
quid eſt motus in claudicatione cauſam ſummit. Deus igitur actus peccati/non peccati
cauſa quia quod actus huiuſcemodi cum defectu ſit/nec ipſe uult neq; omnino cauſa eſt
cauſa inquam actus eſt deus ſed homo defectus ſimul actum comitantis cauſa.

Malum anypo ſtaton.

Pythagoras. Manichei

Vnde quomodo ue in rebus malum/quodq; triplex omnino in quo culpa potiſſimum obtinet locum. II

EM hác rurſus lectoꝶ deguſtationi tanꝗ ad ſpicilegium relicta manu rede-
diemur:nõnulli ueteꝶ admodũ inepti nec ſatis primæ cauſe dociles uti ſupra
meminimꝰ geminũ poſuere bonoꝶ.ſ.& maloꝶ principiũ tm̃ ꝑticulares reꝶ
cãs nõ aũt uniuerſalẽ cõſiderãtes qũ illæ ſæpe cõtrariæ in unã cõueniãt:queãdmodũ ex cœ-
leſtis uirtute corporis qualitates elementoꝶ inter ſe aduerſæ diriguntr:in unum itaq; duo
contraria facile conuenire & unam exiſtendi habere rationem palam eſt. Non mirum
ergo utrumq; e ſummi dei prouidentia pendere uniuerſi namq; perfectio ut omnis boni-
tatis ordo expleretur rerum inæqualitatem expoſcere uidebatur:eſt enim quoddam ita
bonum/ut a bono deficere non poſſit:aliud non item. Quemadmodum & in naturali-
bus quedam incorruptibilia quedam corruptibilia corpora:nam & malum in natura
quoddam corruptio. Eſt igitur prouidentie ut ait Dionyſius naturam ſemel editam
non delere ſed defendere ac ſeruare: mala enim que particulatim eueniunt/gene-
ratim pro ſunt/ad uniuerſaliumq; faciunt conſeruationem: niſi enim aer corrumpe-
retur ignis nequaꝗ oriretur/nec accipitris uita ſeruaretur niſi minor auis raperetur:deni-
q; nec Rectorum iuſtitia neq; oppreſſorum patientia laudem haberet ullam ſi improbo-
rum omnino ceſſaret iniquitas. Malum igitur boni non negatio ſed priuatio:quod ſi ne-
gatio/malum dicemus hominem quod leonis non habeat uires. Malum rurſus leonem
quod ratione careat. Quamobrem non ignorandum triplex omnino eſſe bonum
quoddam per malum penitus oppoſitus prorſus tollitur ut lumen per tenebras. Per cęci-
tatem uiſus:quoddam uero nec tollitur neq; diminuitur ut eſt mali ſubiectum:nõ enim
per tenebras aer neq; item per cecitatem animal deficit. Tertium non tollitur quidam
attamen diminuitur. Et hoc quidem ſubiecti eſt habitus ad actum. Cuius quidem dimi-
nutio non ut in quantitatibus per ſubtractionem ſed ſicuti in qualitatibus & formis per
remiſſionem accipienda. Malum rurſus omnino triplex. Naturæ:pœnæ:culpæ:primum
ad naturam pertinere diximus ipſam corruptionem. Reliqua uero tantum ratione uten-
tium. Nam actibus duobus quorum primus ipſa forma integritaſq; eſt alter eius actio
totidem mala reſpondent:primum qum ſeu corporis ſiue animi dolor adeſt/ſeu etiam
grãtiæ gloriæq; priuatio:& quicquid demum preter uoluntatem hominibus euenit loco
pœnarum ſane omnia:alterum qum actio ab ordine fineq; debito deficit ubi culpa eſt
hoc ſane uolũtarium:primum uero minime. Nec pœna abſolute malam:ſed peccatum
quod ante omnia deo fit aduerſum/ad quod euitandum pœna ſæpe præuenitur/medici-
naq; ut ſanitas recuperetur ad ſummitur. Eſt & alia ratio. Bonum namq; abſolute in actu
non potentia conſiſtit/tantoq; perfectior actus quanto minus de potentia retinet:quam-
obrem ſecundus actus qui per actionem uſumq; rerum abſoluitur perfectior erit/hunc
rurſus extra ordinem/rationemq; traere longe peius fuerit. Nec ſolum peius ſed cæteris
malis omnibus frequentius ſolet euenire/qum adpetitum plerumq; ſequantur homi-
nes/qui proprium ac uerum nequaquam eſt hominis bonum. Quod autem nul-
lam habeat malum naturam: tantumq; in boni ratione conſiſtat/ſupra ſatis mihi ex-
plicatum. Quodlibet enim ad bonum tendit:malum ex accidente preter intentionem
uenit/& quanquam interdum alterius mali/& deinde aliorum fit ex ſe cauſa non tamen
in infinitum progreditur/neceſſeq; tandem ad aliquod reduci bonum exquo ipſum ex
accidente malum proueniat:uerbi gratia Ciuitas ab hoſtibus direpta/huius cauſa quod
uictus defuit obſeſſis huius:item quod frumentum expectatum non uenit.rurſus & hu-
ius quod in mari proiectũ a nautis fuit/cuius poſtremo cauſa ut nauis in naufragio ſer-
uaretur. Quod autem Ariſtoteles:malum ac bonum non inter decem ſed aliorum ge-
nera ponit/ex more ac opinione Pythagoræ ſupra narrata uiſus eſt dicere/non quod re
uera malum in aliquo genere/neq; item in ſpecie comprendatur/quaꝗ idem uirtutis ac
uitii diuerſam poſuit/hoc tantum moralibus conuenit/quæ ſpecies ac differentias
ex fine tanquam uoluntatis obiecto unde mores pendent accipiunt. Qua enim
bonum/finem habet rationem. Bonum namq; ut finem quiſq; ſequitur/alius

ueri apparens delectabileq; alius. Malum uero qua malum/ nullo modo differentiam constituere dicimus.

Quod peccata non sunt nec paria neq; cōnexa contra Stoicos. III

TOICORVM fuit opinio ut inquit in Paradoxis Cicero quod oīa peccata essent paria:quoniam ut ipse refert imparitatem priuationis causa cēsebant ut a ratione discessum:priuationem uero nullam magis ac minus suscipere dictitabant:error itaq; non distinguendo priuationem fuit una simplex ac pura reperitur quæ residuum nihil de habitu retinet opposito.nec ꝑpterea magis ac minus admittit/consistitq; in eo quod dicitur corruptum est ut mors uitæ priuatio/nec magis qui recens est cadauere mortuus q̄ qui fetido dicitur.Est altera priuatio non admodum simplex & aliquid de habitu retinens opposito que in corrūpi magis q̄ corruptum esse consistit ut corpus quod debito humoꝝ temperamento priuat̄/ita tñ quod eius aliquid remaneat/animal scilicet uiuum.Sic item in uitiis debitæ rationis mensura ita priuatur/ut rationis ordo non omnino tollatur:nam si malum integrū esset sese oīa destrueret ut in quarto dicitur ethicoꝝ:non item cōnexa nam quedam inter se cōtraria ut in secundo item eiusdem scribit opis reperiunt̄ cōtraria uero simul in eodē non existunt:preterea alio studiosus alio uitiosus mentē dirigit:uirtutis namq; cuiuslibet ratio in idem contendit:quamobrem oēs ſm eam actiones inter se cōnexæ existunt/ac in una agibilium recta ratione que est prudentia conueniunt:ac peccantis studiū non eo tendit ut ab eo quod est secundum rationem recedat sed in aliquod potius adpetibile bonum a quo speciem sortitur postea diuersam spectare uidetur:non enim ex multitudine unitati addendo quēadmodū uirtutibus euenit que cōnexæ sunt sed ab unitate potius ad multitudinem adcedēdo peccatum admittitur:cōnexæ inquam uirtutes in uno oēs principio quod est dei amor conueniuntis dei ciuitatem unius congregationis qua hominis adfectū a multis auertens ad unam deducit uirtutis uitam:at non ita proprius amoris nāq; Babylonis ciuitatem cōstituit & oium peccatoꝝ est radix ut ait in.xiiii.de ciuitate Augustinus:qui enim se nimis diligit plura uariaq; ac diuersa adpetit & ad diuersas demum trahitur uoluptates:exquo palam est quod uirtutis una est uia/uitioꝝ uero plurimæ.Illud etiam non ignorandum quēadmodum non ex actu quocunq; peccati uirtus tollitur opposita:nam ob culpam uenia dignam minime aufertur.Lætifera uero uirtutem eripit infusam qua ab ipso deo auertimur:at unius peccati uel lætiferi actus:acquisitæ uirtutis habitum nequaq̄ tollit.

Originale quid sit quidue fames qui ex eo liberi an protoplastes in gratia creatus. IIII

X Protoplaste ad oī sane fluxit una pestis nec est aliud q̄ ob illius culpam originalis amissio iustitiæ qua deo imprimis anima:animæ uero corporis partes/ac demum adpetitus rationi sine controuersia obtemperabant/unde nec mors corpis neq; corporeæ pestes ullæ quæ postea subsecutæ sunt emanassent:malum tamen hoc dei benignitate ac prouidentia non solum deletur sed etiam gratia recuperatur Fomes autem ad peccatum pronitas minime quidē tollitur mens enim renouata/& gratia restituta/non corpus ab incendio & cupiditate liberatum/quod & proli perpetuo transmittitur/& ut ait in libro retractationum Augustinus concupiscentia fuit si materiam originalis queris:si formam iustitiæ priuatio:quæ in eo potissimum existit ut a deo intellectus deficeret.Quod autem animæ partes reliquæ ad bonum commutabile se conuerterent/nihil aliud q̄ comuni nomine concupiscentia dici potest.Et quanq̄ eo partes etiam irascibiles pertinent/ad defectus tamen concupiscibiles ut ad potiores omnes reducuntur quod libidinis concupiscentia uehementius moueat/magisq; seuiat/ac rōni minimū seruiat:exquo ꝑ eā in reliquas ꝑtes pc̄tum originale trāsmitti cōgruum est uisum ut in.xv.de ciuitate Augustinus ait:cuius rei gratia mors subsecuta/cum ab initio imortalis creatus esset.Hanc igitur ad peccandū pronam procliuēq;

naturam loco pœnæ inflictam/Fomitem uocant/a quo liber nemo ſane mortalis quã originali liberatus ac ſanctus redditus inuenitur:nõnulli eminentiore ſanctitate ſingulari quadam gratia prouidentiaq; in utero uſq; materno ita fuere ut lætalis tñ noxæ nullo unq̃ adpetitu tenerentur/quod & Hieremiæ & Joannibaptiſtæ eueniſſe legimus:matrẽ uero dei omnium in hac parte ut in reliquis eminẽtiſſimam omnis omnino & fomitus & labis immunem fuiſſe credimus. Antiquam uero ipſius ſuper hoc quæſtionem repetere ſeu definire/huius nec operis neq; temporis ſum arbitratus.

Quid ex animæ potentiis aut corporis membris rationi pareat: Quid ue minime. V

i N anima namq; humana trium generum potentiæ ſunt intellectiuæ ſenſitiuæ:naturales Primæ duæ rationi ſunt aptæ obtemperare Tertiæ nequaq̃:hæ ſunt que uegetandi/nutriendi/generandi/pulſandi uim habẽt/quod a ratione procul recedant/& cognitionis omnino ſint expertes ut ait Gregorius Nyſenus:membra uero corporis oĩa preterquã cor & genitale obediunt/ causam ex aquinatis auctoritate ſic adducimus.quẽadmodum enim in his que ad intellectum pertinent primum id quod ex natura eſt inuenitur ut ex principiorũ naturaliter notorũ cognitione Symperaſmatum notitia uenit/& ex uoluntate finis naturaliter deſiderati eorũ optio que ſunt ad finem deducitur:ſic uẽ in corporeis motibus principia ex natura conſiſtunt:nam ut in libro de cauſis motus animalium Ariſtoteles docet ad horum motus membrorũ aliqua naturalis requirit cõmotio calidi ſcilicet & frigidi que rationis imperio minime ſubiacet/quamobrẽ eorũ utrumq; quatenus uitæ principium eſt ut aial profecto eſt ſeparatum.principium namq; uirtute totum exiſtit:Cor enim corporeorum ſenſuum Genitale uero ſpermatum principium quod in ſpermatis uirtute animal ſane lateat totum. Itaq; proprios retinent naturaliter motus:quod naturalia oporteat eſſe principia:huiuſcemodi namq; ad unum preſcripta tantum/ac optionis libertate omnino carẽtia/ut & leuia & grauia conſpicimus:quoad partes autem genitales Auguſtinus.xiiii.de Ciuitate ait hanc illis contumaciam ex parentis primi peccato proueniſſe ut quando anima primum deo non obtemperauit/in eo proprio membro in obedientia pœnas daret per quod originale ad poſteros traducitur.Sed quoniam p peccatum ſupernaturali dono quod ei diuinitus datum erat ſubtracto/naturalis tantum pronitas remanſit/ideo ſup hoc naturalis inueſtiganda ratio fuit.

De differentibus peccatorum actibus/an ullus medius reperiatur actus. An culpa ſimul & pœna ſit infinita. VI

n ON igitur ut Stoici putabant æqualia peccata ſed diuerſa & imparia theologi poſuere Originale quod ſupra enarrauimus imprimis.Item eorũ que actu admittuntur/aliquod ueniæ:quoddam uero morte dignũ ut perfectũ ab imperfecto i eodem peccati genere diſtinguitur:quẽadmodum enim in corpore duplex eſt nitor unus ex diſpoſitione extrinſecus mẽbrorũ & coloris:alter uero ex interiore calore prouenienſ:ita quoq; in anima unus quaſi habitu interiore alter actu exteriore apparens quodãmodo fulgor:uenia dignum nitorem q̃dem q̃ habitu conſtat non tñ actu impedit quamobrem caritatis aliarũq; uirtutum habitum nequaq̃ amittit/actum uero tñ interpellat:quod ſi propoſitum negligentiaq; peccandi adſidua/ad patranda que ſunt lætalia diſpoſitio quedam fuerit Paulus hec p lignum ſenum ſtipulam ſupra fidei fundamentum conſtructa pulcherrime notat/quẽ locum quamuis alter alii exponant ſenſus attamen oĩum unus ut ait Auguſtinus/ipſa ſcilicet uenia digna que ab hominibus alioquin deum timentibus ac uxorem liberos poſſeſſiones retinentibus admitti ſolent/per ſenum ligna ſtipulam ſignificantur que ſimul ad ædificii ſuſtantiã minime pertinent ſed facile cõburi ædificio remanente poſſunt. Ita huiuſcemodi in homine aggerata peccata ſpiritali officio remãte p ignem oĩno aut laborũ in hac uita ſeu purgatoriũ poſt mortem expiari neceſſe eſt/ut eius demum ſpiritus ſaluus fiat:dicuntur nihilo

Gregorius Nyſenus Cor & genuale cur rationi nõ obtẽperat

minus ſuper ædificata non uere ſed iuxta edificata poſitaq; illi aūt q in ſtatu degunt perfe
ctiore ſeq; in rebus fragilibus ſemel abdicarunt:liqua uenia digna forte admiſerūt leuia
ſunt admodum & caritatis ardore facile expianda quaq; paruam in his moram trahāt/
non ſuperedificare dicunt:at coꝝ mora diuturnior q circa caduca fragiliaq; uerſant/quīn
ad ea delenda ſpiritus feruore non admodum compellant.Eſt uē aliud genus peccati di
uerſum qd in ſpiritum ſanctū appellant pluriſariamq; ponunt:preſumptionē hoc eſt ad
rogantiā inanēq; ſpem citra merita regni conſequendi:preterea deſperationē Gratie quo
q; fraternæ inuidentiā:que ad unam tñ oia obſtinatam in his mentē atq; ad extremū uſq;
impenitentē rediguntur cui malo non oēs minime penitentes tm̄ obnoxii uidenť/quan
tum ꝓprie obſtinati ac diſperantes:qui enim in patrē cui tributa eſt potētia peccant ex fra
gilitate infirmitateq; peccant:q uero in filium/cui ſapientia/ex ignorantia:q demum in ſpi
ritum ex malignitate iniquitateq; quim dei bonitate atq; miſericordia que ſpiritui tribuiť
oino abutatur.Hoꝝ poſtremo ut ait Comicus mala mens malus animus q de rebus fu
turis/deq; anima male oino ſentiūt.Auguſtinus ubi nullum eſſe dixit in ſpiritum peccā
tum ad extremum in libro retractionum correxit:eſt inſuper peccatū cauſa peccati & pec
catum pœna pecca:Gregorius in moralibus Peccatum inquit quod penitentia nō diluiť
ſuo pondere mox ad aliud trait:unde fit ut non ſolum peccatum ſed et peccati pœna/qd
iuſto deus iudicio cor peccantis tenebris inuoluit ut peccati precedentis merito in aliud
rurſus incidat:exquo apoſtolus ait propterea tradidit eos deus in ſenſum repbobū & paſ
ſiones ignominiæ.Sed qñ de actibus diſputamus diuerſis:ad referam quod de ſermone
domini in monte ait Auguſtinus:quedam eſſe media que bono ſeu malo fieri poſſunt
animo/ut poſſidere diuitias externaq; bona/curare cor pus:& his ſimilia ſi tñ ex ſpetie &
in uniuerſum dicant:ſi uero ad indiuiduum particularēq; deſcendaŧ/nulla qdem actiō
media ſeu neutra dici poterit/modo a rōne/animiq; deliberatione proficiſcat:finis enim
actionem cōmendat:quo enim quiſq; animo rem gerit/ita laudem ac uituperationē me
ret.Sunt attamen nōnulla admodum leuia/que imaginatione quadam ſubitoq; motu/
nec ratione/aut mente ſatis adibita fiunt/ut ſurgere ambulare/ad tollere manum/aliquid
ſtatim mouere/& his ſimilia media quidem ſeu neutra hoc eſt nec bona neu mala eſſe
poterunt:Aliter quidem minime:nam qua mente diuitiis/curaq; corporis uteris ita de
mum a domino iudicaberis.Ceterum ſolent illæ inter hec uerſari quæſtiones:an peccā
tum infinitum.Deinde an pœna & duratione & magnitudine infinita ſit plectēda.Qua
enim ꝑ illud a deo q bonum eſt infinitum auertimur/infinitum eſſe/congruum uideť:a
parte alia finitum/qua ſcilicet ad bonum cōmutabile conuertimur:quod ſane bonum ſi
mul & actio noſtra quim finem quandoq; habeant:æquum quoq; fuerit ſenſus pœnæ quā
titatē eſſe terminatam:dāni uero nequaq̄/quod a deo ſummo bono nos auertendo ſuſti
nemus.Eſt & illa ratio:ſi pœna ſenſus infinita quim infinita nulla ſit differentia/nullum itē
peccatoꝝ diſcrimen eſſet æterna tñ merito pœna infligitur/quod finis in peccato conſti
tuatur uoluntaſq; in æternum ſi liceret peccandi adſit:ait enim in moralibus Grægorius
iniqui ſine fine uiuere uoluiſſent ut ſine fine peccare potuiſſent/Huc adcedit exemplum
quod ad alioꝝ confirmationem facit:ut in prouerbus.xix.dicitur peſtilēte flagellato ſtul
tus.ſapientior erit Similiter in pſalmo:dediſti metuentibus te ſignificationem ut fugiant
a facie arcus & liberentur dilecti tui.Non ab his diſcedam præterito ſubtilis.Is aquinatis
ſententiæ minime adſentitur:peccatum uel ipſius ratione dei eſſe infinitum dictitantis:
Quod ſi malum inquit/deo contrarium:par ei infinitate/ac magnitudine fuerit:alterum
deum Manicheoꝝ ponemus maloꝝ principium.Nā ſi merita bona ꝑ noſtra finita ſunt/
quod liberi arbitrii ſequanť ſapiantq; naturam ut poſtea ex ipſius auctoritate dicemus:
peccata rurſus eadem haberi ratione:par erit.Poſtremo & eiuſdem aliam in alio genere
ſententiam ad feram:peccati iam remiſſi reatum inquit quim illud ſemel ad nihilum ſit
redactum noua culpa nō ſentit/ueꝝ ob ingratitudinē grauatur/more ſerui q quo ſæpius
dñm offenderit/qd eius clemētia humanitateq; abutaŧ/grauius ſemꝑ q̄ ab initio peccat.

Subtilis contra aquinatē in .iii. ſen. di. xxxvii.

Quid eſt habitus & quotuplex/quomodoue creſcere ac decreſcere uideantur. VII

e EST enim habitus quem græci ἕξιν uocant ad actum diſpoſitio quoq; bene uel male ad rē aliquam diſponitur/ſitus aūt p potentiam/non eſſentiā in anima:eſt ēt per uirtutes & uitia in adpetitu ſenſitiuo in intellectu p ſciētiam. Adeſt inſuper cuiq; ex cōſuetudine frequentiq; actu:adeſt & ex natura deniq; ex gratia infuſus. Ex natura ſextus Ethicorum liber teſtatur:qui inter alias habitus intellectum principiorū ponit:unde & principia prima naturaliter cogni to dicuntur:ex ipſa namq; animæ natura intellectualis homini datum ut ſtatim cognito quid eſt totum & quid eſt pars/noſcat item oportet/quemadmodum totum eſt ſua parte maius. Sed quid totum & quid pars niſi per ſpecies e phantaſmatis acceptas deprendere nullo modo poteſt:quamobrem in fine poſteriorum ut principiorum cognitio nobis e ſenſu proueniat clare oſtenditur/ex natura quoq; corporis & indiuidui ex organorum ēt diſpoſitione alius alio ad intelligendum magis aptus:ſimiliter & in potentiis adpetenti bus/nōnulli ex ipſa corporis qualitate ac naturali ſenſuum bonitate/ad caſtitatem māſue tudinem/aliaſq; uirtutes pronti reperiuntur:demum dono ſancti ſpiritus diuinitus obue niens habitus aliis alias tribuere gratias ſolet. Sicut item ex uno actu non gignitur habi tus ita nec amittitur præterq̄ in uirtutibus infuſis/Ob unam namq; læthiferam culpam/ca ritas omnino abſcedit. INSVPER in habitibus & formis augumentum non magnitu dinis aut numeri adiectione ſed uirtute perfectioneq; fit:nam & in quarto de phyſica au ditione dicitur ex calido fit calidum magis:nullo facto in materia calido:quod nō eſſet calidum quando minus calidū erat. Pari ergo ratione & in aliis formis ac qualitatibus que augeri & minui ſolent/ſeu uerius ampliari ac remitti ut de his proprie loquuntur phi loſophi. Quod autem in magnitudinis augumentum non fiat ex parte primum formæ deinde ſubiecti probant. Forma namq; natura ſua ſimplex atq; indiſcreta eſt:ex quo tali augumento facile uariat ſpeciemq; ac formam mutat:ut quum de pallido fit album/ſicut etiam & numeri uariant. Subiectum quoq; plus una forma recipere nō poteſt/niſi ſubie cto forſan aliud adiciatur/quod & corporibus euenit/que etiam p rarefactionem intus interdum extumeſcunt more panis fermentati ut in.iiii.de phy.narratur. In animalibus & plantis modo quo ſupra narraui uegetatiua uirtus augeſcit/non quidem pro tempo ris aut actionis portione/ſed uirtute intrinſecus ita paulatim adoleſcunt/ut ſtatim poſtea in magnitudinem euadāt perfectam & ultimus in eis actus priorum uirtute/uim omnium potiſſimam habeat/ueluti quum multis arbor ictibus in concuſſa permanens uno tandē poſtremo dicitur:eodem quoq; modo habitus formæq; ac qualitates adoleſcere dicuntur/ in quibus perfecta & meliora/maiora dicuntur/ſimilitudine a corporeis tranſlata quod intellectus noſter abſq; corporea/ac phantaſmate nequaq̄ intelligat:quamobrē cauſa agēs habitum/quum in ſubiecto quidem ſemper aliquid faciat nouam tamen formā minime facit ſed iam exiſtentem perfectiorem ampliorem q; reddit in ſcientia tamen forte incre mentum ratione obiecti ex numero ueniet uerbi gratia quum in geometria plures ac ua rias ediſcimus ꝓpoſitiones quod uirtutibus euenire nequaq̄ poteſt:nam id circa quod minor caritas uerſari ſolet poterit item maximæ caritatis eſſe obiectum.

Variæ ſuper habitibus & qualitatibus phyloſophorum ſententiæ. VIII

s SIMPLICIVS in prædicamentorū cōmentariis diuerſas ſuper hoc adſe rens ſententias. Plotinus inquit ſimul cum aliis platonicis qualitates ipſas ſimul & habitus materiales idest ubi in materiæ ſubiectū inciderēt qđ hæc infinitatē quandam haberet plus & minus habere dicebant. Nonnulli uero minime ſed qualia tm̄ quam ferme opinionē in prædicamētis Ariſtoteles adducit:alii qualitates tm̄ & formas materiales id recipere:immateriales uero nequaq̄:de niq; ſimplicius ea que alioquin neutra indiuiſibilia ſpeciem ſubiecto tribuūt/ut ſunt for mæ ſubſtantiales & in toto ſubſtantiæ genere pariter euenit plus & minus nō admittere, te ſtatur. In octauo ēt metaphyſicæ dī ſicuti numerus magis & minus nō habet:ſic enim nec

ſecun ſum ſpetiem ſuſtantia ut minima pars corporis minus animæ non habet quanꝙ
ſubiecti quantitatis minor. Sed & quantitas qum ſuſtantiæ ſit proxima: itēꝙ figura ipſam
ſequens nō admittunt. Quamobrem in ſeptimo de phyſica auditione: qum inquit figu
raiam aliquid accepit/alterari non dicitur ſed fieri: ſicuti & in numeris quilibet ſpetiem fa
ciet: eadem ratio de continuæ quantitatis ſpeciebus que ex numero accipiuntur ut bicu
bitum & de relationibus ut duplum triplum: & de figuris ut trigonum tetragonum. Ra
tio in predicamentis adducitur: ubi figuras magis & minus nequaꝙ recipere dicit: que
enim trigoni ſeu circuli rationem accipiunt/quod eorum ſit indiuiſibilis ratio ſimiliter
ſemper exiſtunt & quicquid eſt particeps rationis eorum: ſimiliter eſt particeps: quanꝙ
ipſius ratione ſubiecti maior aut minor triangulus ſeu figura dicitur. His itaꝙ intellectis
quemadmodum habitus & diſpoſitio ut in. vii. de phy. narratur in ordine ad aliquid di
cuntur/nec ſubiecto dant ſpetiem neꝙ natura ſua indiuiſibiles exiſtunt/quamobrem ex
numero augeri non admodum incongrue iam obiecti ut ſcientia quam ſubiecti ut ſanitas
ratione poterunt/ſed in uirtutibus uti ſupra iam diximus alia ratio. Preterea plures habi
tus eadem potentia ſuſcipere poterit ut intellectus ſcientias uarias. deniꝙ ea ferme ratio
qua quo generari ac corrumpi per frequentiam ſcilicet atꝙ infrequentiam actus: ſic auge
ri minuiꝙ poterunt.

Quæ ad peccatum cauſæ concurrant: deꝙ adpetitu & ratione. IX

OMNI naliꝙ moralih regula certa pariterꝙ obiectum: delectatio eſt/uolū
tatis quidem actus qua quiſꝙ in bono uitioſus quidem apparēti: ſtudioſus
autem uero finem conſtituit. Adpetitus & ratio totidem in animi potentiæ
ſunt: ambæ ſuperior & inferior cognominātur. Superior namꝙ adpetitus
ipſa uoluntas rationi ſubiecta dicitur. Inferior uero ſenſitiuus. Ratio autē
huic aduerſa quanquā ad intellectus potentiam pertinet & actus eſt quodāmodo ipſius
duplici tamen fungitur officio: cognoſcendi primum: deinde imperandi que recta ſint:
Dicitur & ipſa quoꝙ ſuperior qua perſpiciendis conſulendiſꝙ diuinis intēdimus ut ait
Auguſtinus inferior uero qua noſtra facta naturali quodam honeſto/rerumꝙ menſura
humanarum dirigimus & eandē eſſe quam Syntereſim uocant in alio ſupra loco quoſ
dam diximus exiſtimare. His igitur cognitis ſcire opus quemadmodum ad uitium om
nino conſumatum tria cōcurrunt/Adpetitus imprimis inferior/ſeu ſenſitiuus/inquo nul
lum quidem peccatum ſed uirtuti ſimul & uitio materia quedam obicitur/ut cibi ſuaui
tatem natura ipſa qui ualent ſentiunt omnes/hac tamen boni ex ratione/mali uero ſecus
utuntur. Hi ut uiuant edere illi uiuere ut edant cupiunt. Hic igitur ſi blanda perſuaſione
oblectationeꝙ rationem inferiorem in ſuam traxerit ſententiam tunc noxium poculum
paro mulier dedit/peccatumꝙ iam mente conceptum putabitur/quod in opus conſu
mationemꝙ modo liceat tandem exibit/qum pars ſuperior diuinæ iuſtitiæ iudicium ſi
ue conſideratum ſeu minime conſideratum/& neglectum omnino contemnet: ad hanc
enim tanquam ad ultimum tribunal ſupremamꝙ ſententiam rei deducta nullum habet
amplius ſalutis refugium. Sic itaꝙ fit/ut quod inferioris iudicio ſubigitur alterius quoꝙ
ſubigatur/non ita contra/In adſentiendo tantum neceſſe utraꝙ concurrat: in exſequendo
uero non item ſed ſuperiores erunt partes alteram coibere/ac dei metu ab actione patrā
doꝙ ope oino auertere. Nā quēadmodū ars architectonica principalis Ariſtoteli dr quod
illa finis: cæteræ uero ad finem & huius gratia ſint: ut lignarii cementarii ærarii ſic pecca
ti cogitationis oblectationiſꝙ cōſenſus ad inferiorem pertinens rationem: actionis com
paratione/in quam exire adpoſtremū facile poterit ſuperioris arbitrio cuius eſt ultimus
conſenſus ut miniſter regitur/atꝙ omnino abſoluitur. Hanc rurſus geminam rationem
ſupra libro tertio/ad intellectus geminos actus non autem diuerſas potentias ex Augu
ſtini auctoritate Ariſtotelem contra ſententem reprendentis pertinere diximus.

An natura ſit nobis habitus moralis: an ad uirtutem magiſꝙ ad uitium propenſio. X

VEMADMODVM corpoꝶ qdã formas ex eã interiore/alii uero exteriore:atqua ſcilicet ad actum p agẽs ordinatum ꝑgredi dixere/ſic ꝗ circa
mente & ſi non uanis argumentis ſed ſcripturæ crederent tantum:ea quæ
uériſimilia & æqua non ſunt obſtinato animo minime defenderent. Vt ſiquis flores ui
deat neget omnino fructum uenturum. Aut recte aliquem loqui ac agere conſpiciat
omnino ſtultum aut improbum exiſtiet/ ſeu ex ſatis frugibus tribulos ſeu uepres naſci
contendat atq; affirmet/nonne omnino ſenſu ac ratione deficietur. Si enim ea quæ do/
minus ieſus egerit per euangelium apud uniuerſas gentes in cõfeſſo ſunt neceſſe qui/
dem ut deum omnes fateantur/ex ꝓdigiis: ex doctrina ex apoſtolorum uocatione ſu/
bito parentum/extrahi figuratione ex imperio proprio mandante exingenti uirtute cũ
modeſtia & humilitate ſociata. Deniq; ex ipſius teſtimonio & affirmatione. Qui/
bus nempe ſignis aut concedi diuinitatem eis neceſſe/aut non ut ipſi fatentur prophetã
ſeu uirum alioquin ſanctum uerum quod ſtultiſſimum & impium cogitare hominẽ
omnium peſſimum:quin ſi non eſſet ſe deum feciſſet/mortales in perditionem & exi
tium miſerabile traxiſſet. In orbe uniuerſo flamam tantæ perſuaſionis excitaſſet Do/
mos priuatas:res publicas:tot martyrum millia tanta crudelitate perdendi cauſa eſſet
ut ait apoſtolus. Si decipimur miſerabiliores cũctis hominibus ſumus pugnãtia ſunt
hæc prophetam aut uirum iuſtum fateri:uerba ueri ipſius & ſigna refellere:fundamẽ/
tum eſſe firmum non negare:& ei reliquum ædificium non credere. Virtutem laudare
& in uirtute uitium notare. Vera ꝓdicentem aliquem/deiq; amicum eſſe affirmare/ ſi/
mulq; eundem fallacem & ſubdolum & ſibi non ſua uendicantem opinari. Furor igi
tur furor inquam talium mentes inuaſit/qui euangelio minime obtemperantes ſecũq;
incogitationum uanitate diſſidentes ſua nõ dei culpa qui uult omnis homines ſaluos
fieri a ueritate deſciuerint. Enimuero non omnium eſt fides ſed illorum tantum quos
ab initio deus elegit:uocauit autem ſtatuto tempore/ut ſine qui miſericordiam ac di/
uitias bonitatis eius/nonnulli uero qui iuſticiam experiantur.

De auctoritate credentium. XXVIII

OX De auctoritate credentiũ/quorũ imprimis miracula narrare/qum
his nõ ſolũ ſacra uolumina ſed pluriũ monumenta ſcriptoꝝ ſint referta
m ſupuacuũ pœne uidet. Hæc itaq; in cõfeſſo relinquamus/ac ea tãtũ ꝙ ani
mũ mutare humanũ & ex improbo bonũ/ex impio iuſtũ: ex crudeli mitẽ
ex libidinoſo caſtũ:ex ꝓteruo modeſtũ/ ex icredulo fidelẽ: ex lupo deniq;
agnũ ſubito reddũt/maiore lõge nõ oculis humanis ſed recte cõſiderantiũ pectoribus
exiſtũt. breuiter uideamus ut ab ipſis apoſtolis ordiamur. Quenã uis.quiſnã ſubitus ar
dor eorũ inuaſit mẽtes ut rudes homines & aggreſtes nulla educati diſciplina/ nõ obtẽ
perare aſſueti ad primã donũ uocẽ relictis oibus ꝗ poſſidebãt ilico parerẽt. Nulla inq̃t
Augu. prius eius facta famãue/nullũ ꝓceptũ audinerãt/nullũ etiã ꝓdigiũ uiderãt. Ad par
ua reliq̃rũt. Parua em̃ paupi & uictũ manibus q̃rẽtiꝑ maximis ſunt. Ecce Matheus di/
ues & publicanus dimiſſo ſtatim teloneo ſecutus eſt nũq̃ rediturus. Ad latronẽ ueniã
unde q̃ſo tã ſubitus in tãto & extremo cruciatu ipetus tã inſꝑato pctõꝝ pnia tãta in deũ
ſibi ꝓximũ quẽ ante ignorauerat pietas charitaſq; quẽ ualẽs icolumiſq; nũq̃ metuit nũq̃
ꝓdicãtẽ & incolumẽ dignatus ẽ/ in ſupplicio qñ etiã ſanæ mẽtes ac uirtute exercitatæ la
borare hærereq; ſolẽt ualidior audẽtiorq; interiore ſpũ ex hoie ipuriſſimo ſtati dei filius
eſt factus. Magdalenæ deinde mirã mutationẽ cõſidera ex ipudica molli delicata in ſer

uatorē ſuū una tm̄ eius oratiōe ita exarſit ut nulla uirginū quāq̄ martyr una excepta dei matre/nec animi pudicitia/neq; mentis conſtantia non ſpiritus feruore non denicq; cor poris abſtinentia fuerit æquiparanda. Mariæ Aegyptiace poſt eam nouiſſima fama / ut ex lupanari propriū corpus ereptum templū deo uiuens tradiderit: interq; feras atq; ſal tus ſe poſita ab uno tantū hæremita. Eucharistiam miniſtrante aditi ſolita fuerit. Ne an/ tiquas recenſeamus millia quotidie in huiuſcemodi genere impudicarum dominus uocat millia inquam uidemus ad ſanctam migrare caſtitatem & in cœnobiis deo re/ liquam ætatem perpetuo dicare. Sed quæſo reliquam exempla ſimilia apud ueteres il los tam Romanos q̄ exteros in omni uirtutū genere laudatos. Q uotus quiſq; a ſcele/ re in quo eſt educatus ac diu remanſit aliquando ad officium & uitæ frugem ſe rece/ pit. Nam quanq̄ meretrices aliquot legimus nonnullis ob formam aliquando placuiſ ſe & in ſtatū ueniſſe matronalem ut Rhodopen Sanuitico Aegyptiorū regi & Aſpaſiā Pericli Athenieñſi & nuper Mariam græcū ſcortū Andree paleologo Deſpoto ſociatas Attamen in uirtutis & uitæ ſanctiſſimæ/ſublimitatem/non ſolū non perueniſſe ſed in/ fra eam longe conſtitiſſe uidemus/nec ab his propterea uitiū relictū ſed honeſtatum/ non tam deteſtata prioris uitæ infamia q̄ occultata. Non denicq; uitiis opus: ſed for/ tune munus eſſe uidet. At noſtris diuinū fulgur emicuit / & in his uiſceribus ita ſubito chriſti ſunt amore incenſe ut nihil niſi cœleſte iam ſaperent. Pauli conuerſione quid p digioſius: aut celerius chriſtū inter homines agentē minime conſpexit uocibus diſcipu lorū eius non ſolū non auſcultabat ſed eos omni ſtudio inſectabat. Non demum in le ctionibus aut diſputationibus ſeu meditationibus occupatus/ quando ueritas diligen tius animus illabit: ſed itineri minus ac cedibus intentus e ueſtigio uocatus eſt. Q uid mirabilius Auguſtino: qui Manicheorū ſectæ addictus tanta pertinacia cōtra noſtros inuehebat/tanta deinde conſtantia/ doctrina perſeuerantia eoſdem defenderet ut eius ſcripta ſi cætera ſanctorum omnium monumēta perirent ſatis eccleſiæ ad omnē theo/ logiæ materiam ſuppeditarent. Si philoſophos quærimus Dionyſius Ariopagita Ariſti/ des Iuſtinus Amonius innumerabileſq; alii ſingulari ingenio doctrinaq; præditi ſemel perſuaſi uſq; ad extremū fidei animo ingenti retinuere. Proximis uero temporibus ex iudæis Nicholaus de lyra Rabbi Salomon nuper uero Rabbi. Ioannes baptiſta me/ dicus qui pauloante urbem obſequitabat multa contra patriam ſectam conſcripſere/ magnoq; chriſtiani exemplo ac argumēto fuere/illos in errore uerſari. Saneq; per eos qui ad nos ex iudaiſmo quotidie migrant intelligimus magnam partē duabus de cau ſis in maioris erroribus retineri. Primū auaritia ſeu potius paupertatis metu ne ſua p baptiſmū amittant. Deinde uerecundia/ne pbro origo dei/quæ ſane tertiam uſq; ſobo lem notare/ac inter chriſtianos plane incontumeliam obiici ſolet. Nam & quota por tio in patria ſorde remanſit. Siqui uero ſunt ingenio ſiue naturali prudentia ſeu etiam ſublimi doctrina omnes ſane ab ea deſciuere.

De Sacrorum uoluminū auctoritate. XXIX

ACRI æloquii tanta inter fideles obſeruatio ut eius p ratione omnino putet auctoritas. Cæteris nanq; & phyſicis & liberalibus artibus experi/
8 mentū ratioq; ac demonſtratio requirit/nec ulli fatis ſine ratione credimꝰ auctori. Terram eſſe rotundā eclypſim ſolis ac lunæ niſi parti ſenſu par/ tim rationibus oſtendat non facile aſſentimur. Sola ſcriptura eſt diuina cui ſtatim indemonſtratæ ueluti primis principiis animo firmius credimus. Nec mi/ rū quum deū ſanctūq; ſpm̄ habeat auctorē minime fallacē. Q uaobrē humilitate opus nō cōtētiōe ueritatē hæc diligētibus retegit ſupbis & ambitioſis minime deguſtat cordis magis ac uoluntatis promptitudine q̄ ingenii uiribus deprēdit. Indicio ē qđ mulierculæ ſe pe rerū oim̄ ignara ſancta ecc̄ſa ſpū ad diuinitatis altiora extollit/q̄ Platonici ſutliniq; ſcientia uiri nūq̄ ſunt aſſecuti. Enigmatis ſæpe inuoluit nō ut te lateat ſed exerceat animū. Legē ueterē hebræi ſtulte interpolauere pū ppeā interſpādo: pū his q̄ ſcripta ſunt ſuper/

Talmutum

Cabala

ſtitioſe addēdo. Talmutū uocāt legē ſcʒ in mētibus cōditā quā dicūt a moyſe primū traditā in collegio ſenū.lxx. Deīde ab eleazaro & Ioſue & Phinees excepta. Per eos demū ſucceſſoribus p manus tradita uſq; ad Dauid inde ad alios/donec a poſteris tādē ſcriberet̄ & in codicē magnū reduceret̄. Cabala uero gloſſemata q̄dā uocāt & ſupſtitioſaʒ ac interlinearē legis interp̄tationē ab eoꝝ ſenibus cōtra eoꝝ ueritatē additā. Quaobrē oīa flagitiis & erroribus inuoluerūt. Noſtri uero doctores q̄q̄ in his q̄ extra ſunt canonē q̄ñq; diſſentiāt ubi tñ ſimplex cognitio & neceſſarius aſſenſus ad unū oēs cōueniūt.

De antiquitate ipſorum. XXX

IQVID aūt ad rē facit legis antiq̄tas nō p̄tereūda q̄ oīm q̄dē codices p̄ceſſit in terris eī p ipſm Moyſem ex deo effluxit q̄ cecropi Athenaꝝ regi coeuus fuit q̄ñ nec leges ullæ neq; hyſtoriæ ſcripte repiunt̄ beroſus & ſudinas oīm alioꝝ uetuſtiſſimi ex caldeis breuē ad modū hyſtoriā lōge poſt ſcripſere. Silr̄ & hieraglypha ſacerdotū illorū ægyptiorū quorū ueſtigia in obeliſcis adhuc Romæ uident̄. Et trimegiſtus q̄ppius ad dei cognitionē acceſſit & babylonii q̄ multis annoꝝ millibus ſe añ alios cōditos dicūt. Oīa ſane uana & ſi q̄ priora putant̄ pui ad modū momēti exciderūt/in obliuionēq; uenerūt. Hec inquā nō ex philoſophis aut aliqua humana ſcientia ſed diuinitus fideli & mitiſſimo uiro iſraelitici populi duci patefacta.

De ſenſu & interp̄tatione ip̄orum. XXXI

IGILANTI & cogitanti & in p̄cādo deo/ac bn̄factis pſeuerāti multa deus apīt & ex iuris ſacroꝝ uoluminū ſenſibus pſunda retegit cæteros uero celat ut ſicut ait dn̄s uidētes nō uideāt aut intelligāt. Et rurſus appēt his deus q̄ recto ſunt corde. Ex quo nullus q̄q̄ alto pollet ingenio ſatis ad ea interp̄tāda niſi diuini ſpūs inſtinctu ydoneus. Tenerum corpus acus q̄uis p̄ua cito pœnetrabit/durū ne magna q̄ñq; uis ferri. Sic dei charitate mēs colliquata breue lectiōis ſtudiū breuiter exercedit. Solis ſplēdore ac radiis totū licet corpus illuſtraī/ex eo tñ oculus minimū oīm mēbrū minimuſq; ſenſus excitat̄ imprimis ac ſentit. Ex multo lectiōis apparatu ac lectiōe unicū tñ ueritatis uerbū rē q̄uis dubiā aptū ē ſoluere. Q uæ tuent̄ ſanitatē unica diætæ formula/aut unus abſtinētia diei ſæpe fuerit/quia ſine alia q̄plura ſeruare ſeu ſectari fruſtra erit. Sic in phalerata hoīm uita plurima illa q̄ magna uulgo uident̄. Eloquētia dignitas memoria ingeniū fœlix rerum euētus nō adeo q̄ ignobilis humilitas:indocta fides.aurea ſimplicitas:recti obſeruatio: ad dei uerbū pœnetrandū faciēt. His igit̄ artibus inſtructi ſancti uiri hāc enarrauerūt. Imprimis Hieronymus cui plurimū illa debet. Nā & ex hebræo legē ueterē & ex greco nouā in latinū ſermonē cōuertit: p̄hemiis & ordine digeſſit. Cōmētariis ſupadditis etiā expoſuit pſalterīū rurſus ex hebræo q̄d ſcd̄m hebraicā dr̄ ueritatē cōuertit. In nōnullis etiam legit̄ eccleſiis. Et quanq̄ quinq; primæ fuerant æditiones.lxxii.interp̄tum. Symmachi Aquillæ Theodotionis Origenis ipſius attamen auctoritas ſilentium nō ſolum præteritis ſed etiam futuris omnibus cōtentionibus aut diſcordiis/quæ ſuper his oriri facile poſſent ſtulit ita ut nemo hiſcere poſt eum audeat. Laboris huiuſcemodi aſſumpti cauſam ipſe in quadam ad Auguſtinū æpiſtola ſuper hoc mirantem adducit/quod.lxxii.illi quorum æditio tunc erat in uſu q̄dam ad trinitatē pertinentia de induſtria p̄terierūt ut Ptholomeo plures non eſſe deos facile perſuaderent. Quaobrem imitatus origenem ciſteſcis & obeliſcis ſuam conuerſionem adnotauit ut his plane ſignis iuxta poſitis loca ipſa ubi illi aut aliquid p̄terierunt ſeu de ſuo aliquid depoſuerunt oſtenderet. Senſus autem eius quanq̄ plurimis ingeminum tamen uis omnis exit Hyſtoricum & allegoricum. Sub quo ſpiritalis moraliſue ſeu grecæ Analogicus & Tropologicus comprenduntur/ quando ſub alienis uerbis ſententia intelligitur alia quæ innumerabilis ad modum eſt & aduerſis modo quidem ſæpe diuerſo ad unum tamen tendentibus finem enarrata. Verum ex multis pauci ab eccleſia recepti ut finis quoq; inter

petandi aut enarrandi eſſet. Eam uero tractare non tam difficile ymaginati cuiq; ſua periculoſum & in uarios errores ac ſectas indiligēter ac p̄ter diuini ſp̄us tractata deducens. Hinc & hæreticorū & contentioſorū hominū peſtilētes ſectæ & inſanæ diſputationes/quum ſeſe ſcripturæ omnes auctoritate defendant. Ex his uero q̄ poſt doctores illa p̄be ſunt uſi due p̄clare manarunt ſcientiæ ius canonicū & theologia. Primæ gratianus alterius petrus lōbardus auctores: inter quos cōmentatorū nobilium tanta inſecuta eſt turba ut tā res chriſtiana non amplius ut ab initio nuda ſimplexq; ac plana / ſed dyalecticis munita epicherematis/ac philoſophicis coniuncta ſilogiſmis cū omnibus illam impugnantibus facile uictrix congredi ualeat.

De p̄ſtantia ſimulq; in legēdo audiēdoq; utilitate ipſorū. XXXII

QVANTVM res hæc nobis conferat ex eo primū depēdere licet quod eius ſtudioſos ac p̄feſſores magnis homines horroribꝰ decorat. Animos immortalitate donat/a uitiis expiat/a noxiis cogitatiōibus occupatos abducit/a uanis & inutilibus doctrinis diſtrare/a prauis cupiditatibus ac ſodalitatibus abductos ad altas traducit/ac erigit cauſas. Mortis & humanæ miſeriæ memoriā excitat. In ſolitudine p̄ dulci comite quo cū cōtinuo loqmur & diſſerimus habeī in ſocietate ac hominū cōuerſatione recte loquendi materiā ac p̄ximos inſtruendi ædificandi/cōſolandi/caſtigandi cōtinuo p̄bet. Quum nihil in rerum natura euenire ſoleat/cui ſacrorū librorū allegatio atq; auctoritas lumen non afferat/aut mendaciū nō redarguat ſeu demū in dubiis modū non aperiat. Quin quum cæteræ quidez pleræq; diſciplinæ ſuos inflent/ac tumidos reddant p̄feſſores: hæc tantū inſtruit & ædificat. Doctores nanq; noſtri qui ab æloquentiæ ſtudiis ad hæc migrauerunt/non ſolum apud deū magni/ſed apud nos nominis memoriam ſempiternam reliquere/quum antea uili uerborū queſtuant ſcripta mendatiis plena uenditare curioſis: aut diſciplinam ſuperuacuam alios docere apti extitiſſent. In his ſunt Tertullianus Lactantius Cyprianus Auguſtinus Iuſtinus. Verū artes ſingulas p̄curramus quæ uanitatem per ſe maximam oſtendūt/tantū uero utilitatis quantū theologiæ ſunt adminicula parientes uelut ei res multæ q̄ per ſe uim non habent ad modū multam in unū coactæ pharmacū ſalubritatem afferunt. Vt etiam in cōuiuio muſica ſiue unguentū q̄ oblectant tantū / minime nutriunt. Imprimis artes illæ quas cyclicas appellamus in ingenii omnes oſtentatione ac oblectatione uerſantur grāmaticus in uocabulis expiſcandis idoneis & ignotis uocibus interp̄tandis inſup p̄matū enigmaticas ſententias ab ipſis quoq; auctoribꝰ munire ſæpe conſideratas ſcholis enarrandi p̄uinciam aſſumunt/quibus demū intellectus nihilomagis addiī doctrinæ/nihilo etiam doctores euadunt. Similes nāq; pythiæ ſunt oraculis aut ſphingis poblematis. Quæ omnia nihil ad rem/aut rerū prudentiam faciunt. Vt ſi quis cū multo labore nullos aut murenas contēnens lacertos & chamas expiſcari curet. Poetica dic mihi quid niſi nugas affert: nec ſolū chriſtianis ſed philoſophis & ipſi platoni de teſtabulis qui in ſua repu. hoc genus hominum nequaq̄ admittit grauiſſimo etiā uiro. M. Catoni Ceu ſermo quipbro dat. M. Nobiliori quod Ennium in p̄uinciam duxiſſet. Ficta enim ſub obſcenis uerbis deſcribentes quid niſi ueritati primū/deinde bonis moribus aduerſa ſunt. Pueritiam ſtatim in libidinem & omne delicti genus aſſueſaciunt unde poſtea leuiſſimi euadunt. Exemplo nanq; anacreore unus poema totū fere amatoriū & item reliqui poetæ lyrici elegiq;. Noſtrorū adhuc ſalua ſere omnia obſceua carmina. Græci in hac parte ſeueriores omnia æbibliothecis ſuſtulere. Exitus item poetaꝝ pariter & oratorū pleróq; infœlix aut in ægeſtate/aut in erumnis moriuntur/ſeu etiam ob linguæ petulantiam inimicitias incidunt/ unde incommoda maxima illis eueniunt ut illud Iuuenalis recte dici ualeat. Raro cauſidici maduerunt ueſtra puſilli. Has igitur artes quod initia ſint plærunq; nequitiæ & uitiorum ac ſectarum factionumq; in ciuitatibus. Præterea uoluptatum ac libidinum blandis & amatoriis colloquiis conciliatrices omnino in ipſæ exordio ſugiendæ

& ſummi dei ac ſeruatoris noſtri ieſu xp̄i lex & omnia quæ ad ea pertinent ediſcenda lectitandaq̧ cenſeo. Quid de ſcientia quadruuali appellata q̄ in mathematicas deduci tur. Non ne magis omnes curioſæ q̄ neceſſariæ & ad paſcendos animos inani quadā ſpe magis q̄ in ueritatis cōſtantia roborādo inuente. Sed ante omnis aſtrologia nimiū humana ingenia ꝓter q̄ a cultu eripit diuino dū nō omnibus rite obſeruat atq̧ intelligi tur. Dū auidius q̄ ſunt in cœlo ſidereo reqrimus: ea q̄ ſupra ſunt cœlū ad nos magis ꝑ/tinentia omnino negligimus cōiecturam de futuris ex his facimus incertis & illa quæ uera certaq̧ ſunt futura intelligere nolumus. Quæ extra nos ſunt cupide ueſtigamus. Quæ uero intra nos nullo modo deguſtamus mens auida futurorū/ignara ſortes ſu/turæ ſuo decipit̄ uoto & ignota plærūq̧ ꝑ notis accipit. Phyloſophia uero qd niſi inanis ſuperſtitioſaq̧ indagatio. An uacuū in natura an alia cœlo q̄ ælemētis materia/an aſtra ſint animalia ſeu in forma/aut ut motrix tantū his addita intelligentia. An unū ſeu plu/ra principia poſt longas indagine: & diſertationes nulli ueterū ſatis deprenſum Mētiū ſunt omnia potius ad lites ac uarios errores fomenta. Dyalecticæ captiōibus qd opus uiro chriſtiano/ cui per ſophiſmata dogma noſtrū ꝓbare niſi qua his aduerſarios inter dū refellimus omnino ſuperuacuū. Quod ſi epicurei hanc philoſophiæ minime neceſ ſariam eſſe dictitabant cōtra chryſippi clientuſq̧ ac zenonis ꝓceptam. Quid habēt exiſti mare fideles quorū non dicendo ſed faciendo uirtus enitet. Quid ergo Ariſtotelem in mediū adducere ſollicitamur/quo ſiue nullus ſe theologus putat. ubi charitate nudiſq̧ dei uerbis opus eſt. Falleris extrinſecus armamur: bonis intus per ſciētiæ tumorē eua cuamur. Vmbram non ſolem ſequimur. Opinioni non ueritati ſeruimus: putamina nō nucleum deguſtamus. Hinc religioſorū in eorū conuentibus comitiiſq̧ ac diſceptatio nibus faſtus oritur loco acquirendæ ueritatis ſæpe ad nominū inanitates & definitionū contentiones euangelica relicta ſimplicitate ambitionis gratia diuertunt & q̄ maxime ſcotum aut aliquem intellectu difficilē iactat is maxime ſapere ſcireq̧ uidet̄. Plus igit̄ apoſtoli nudo ſermone ſine uerborū apparatu ac dialecticorū acumine ſeu tragica uo cis facilitate q̄ ſchola omnis phyloſophorū oēſue indorum aut Aegyptiorū ſapiētes ꝓ/phetæq̧ pſuadere potuerūt. Quáobrem cæteras omnis ſcientias ad hanc unam referre æquū fuerit qua ſine ut ait Hieronymus Dæmonū ſcientiæ ſunt/& tanq̄ captiuas olim hæbræis alienigenas ſectis unguibus & capillis hoc eſt rerū ſupuacanea laſciuia reciſa ad noſtrū fas dogma transferri: ita tandē ab adoleſcētibus ediſci impune poterūt. Quo ferme mō ex malis bona exhumo flores legere ualebimus. Hec inquā finis/cætera q̄ di ſcunt̄ ad finē. Hic laborū requies & uitæ uiæq̧ mōſtra te auxiliū. Cæterorū ad errorem potius longaſq̧ ambages deductio diſtractioq̧. Hic principii exituſq̧ noſtri ratio cerni tur: q̄ nos bonos reddat hoīes & ad cauſas altiſſimas erigat. Deniq̧ perſiana illa carmi na hic ꝓbe cōſiderare licet. Diſcite & o miſeri cauſas cognoſcite rerū. Quid ſumus qd nā uicturi gignimur ordo qs datus & metæ q̄ breuis flexus & unde. Quis modus ar/gēto qd fas optare: qd aſp utile nūm⁹ hꝫ p̄riæ chariſq̧ ꝓpinqs. Quātū largiri deceat: quē te deus eē iuſſit: & humana qua pte locatus es in re. Sacræ igit̄ lectiōis utilitas his oib⁹ q̄ ſupra narraui appet. Nuda nudū oſtēdit deū. An diuinæ ſapientiæ æloquentia & om nia q̄ uiros apud populos euehūt fortaſſe dæerant. An non deus una cū orbe toto etiam inueniēdæ doctrinæ oīs ſpm̄ dedit. An dn̄i manus breuior facta illa qua in græcorum ſcholis tot diſciplinæ fluxerūt. Verū ſtultā deus mūdi ſapiētā & debilia ut fortia cōfun/dat elegit: ut nō glīet̄ oīs caro aduerſ⁹ eū. Quib⁹ ꝑfecto de cāis nulla nos dies a ſtudio lectioneue ſiue acromate ſacrorū codicū uacuos tenere decet Vn̄ iuſtis pſeuerātia: iuue nib⁹ diſciplina: ſenib⁹ ſolatiū: mulierib⁹ ornamētū: iiuſtis deniq̧ caſtigatio eruditioq̧ ui/ta ut nemo hāc ꝯſuetudinē ex aī inſtituto aſſūpſiſſe uiſus ē q nō demū uitæ fruct⁹ uberes ſit aſſecut⁹. Inuēu nāq̧ q cæteraꝝ uirtutū uacui: cupidi alioqn ueritatē euāgelicā ſiue au diēdi ſeu lectitādi ad extremū ſeſe ad melioris uitæ frugē ꝯuertiſſe ſeu id eueniſſe ut ſi a uitiis nō oīno abſtieret/ aduerſante tn̄ ac repugnāte ꝯſciētia peccarēt. Antē quēq̧ pdere ſeu

Perſius

uſui hſe quã ɔtinuo tractat uerisiſe ut Pharmacopola quãuis unguentũ ſecũ minime fe
rat/redolet attamen & qui enſem tractare aſſidue exercitationis ſeu oblectationis gra/
tia cõſueuit:ad uiolentos incurſus ſi forte eueniat defenſionis oportunitati tẽpeſtiuæ oc
currit. Sic quod lingua aſſidue uoluit/aut auris audit facile animo quandoq́ʒ corrupto
ut remediũ pſentaneũ aderit. Quantũ enim per uerba bona & ſpiritualia animæ uulne/
ra ſanenẽ lymphatici docent qui ſpũ ad feſti immundo quotidie ex horũ pnunciatiõe
curanẽ. Vim quoq́ʒ pleriſq́ʒ rebus addi ex illis ſepenumero uidemus/qũ deũ ſanctoſq́ʒ
pſamur/ aut pſalmi uerſiculos pnunciamus:mirũ q̃tum inceptandis rebus arduis & iã
ceptis animũ cõſtantem alacremq́ʒ reddat. Naʒ in bellis Machabei/nulla re magiſq̃ dei
uerbo & exhortationibus per illud contra hoſtes pficiebant. Quin tanta eius uirtus:di
ctu mirabile:ut ipſe dominus e cœlo ad aram ob ſacerdotis dictata uerba / ſacramenti
uirtute deſcendat.ſeſeq́ʒ in panis & uini ſpeciem uiſibilem reddat/ex quo non ſine cau
ſa inquit apoſtolus uiuus eſt ſermo dei & penetrabilior omni gladio ancipiti pungẽs
uſq́ʒ ad cõpages & medullas. Quin & ad maleficos uſq́ʒ deo cõnnnente/eius quãdoq́ʒ
uis quum faſcinant/aut incantant deſcendere ad perditionẽ uidemus aurũ luto coinqui
nare conantes. Quibus euenit ueluti cibus alioquin pſtantiſſimus ſanis quidẽ utilis.
ægris uero pernitiẽ afferens. Docere uerbũ nõ omnibus datum. Audire magis tutum
cõmuneq́ʒ. Quod & Iacobus mouere uidetẽ. Sic omnis hõ tardus ad loquendũ/uelox
ad audiendum/quod in hoc plus utilitatis/in altero inflationis repitẽ. Pauci admodũ
quos æquus amauit Ieſus ſibi temperant in auditorio frequenti/ac ingenti hominũ tur/
ba cõcurſuq́ʒ ut obliti pprii nominis & exiſtimatiõis:prſus in gloriã ſeruatoris linguas
mutorũ ſoluentis exardeſcant/illiq́ʒ laudem citra ſui reſpectũ tribuant. Audire uero qli
bet ſine arrogantia poterit & dũ tacitus q̃ ſibi utilia ſunt apud homines uel iferiores in/
genio quandoq́ʒ audit:ſeſe apud deũ excellentiore dignum loco & officio facit. Audit
inquã ſepe q̃ nouit:fructum tamen de nouo quo carebat aſſequitẽ. Nec ullus ita erudi
tus qui ob audiendi ſtudiũ nõ quedam tenus pficere uideatẽ. Nam ſepe que ipſi legi/
mus deuoramus. Quum uero ab aliis memoranẽ/ magis & deguſtamus & deguſtata
ppetuo retinemus:modo aſſit intentio. Nam ut in ſermone quodã ad populũ ait Au/
guſtinus. Attentiores nos iudei uerbo audiendo q̃ in eius corpore ſuſcipiẽdo neq̃d fra
gminis excidat/eſſe decet:nõ quod nobilius xpi uerbũ q̃ corpus ſed utilius ac uniuerſa
lius. Illud enim in gratia tantũ agentes ædificat atq́ʒ iuuat: hoc etiã agẽtes extra reuocat
atq́ʒ ad ueritatẽ ſuſcipiendã animo diſponit. Quãobrẽ maiores noſtri optimo inſtituto
primũ doctores legiſpitos in tẽplis publici ad erudiẽdos populos cõſtituerũt. Vt Ori/
genes Athanaſiuſq́ʒ Alexãdriæ. Itẽq́ʒ alibi alii fuere. Mox mutata conſuetudine q̃ plane
docebãt/etiã declamabãt/ut nõ ſolũ eſſet diſciplinæ ſenſus:ſed etiã ad ea q̃ noſſent faciẽ
di uolũtas atq́ʒ ardor. Sicq́ʒ deinde Ambro. aug. Gregorius cæteriq́ʒ põtifices. Apoſtolo/
rũ officio ſuccedẽtes homeliis atq́ʒ ſermonibus ad populũ habitis fructus uberes mete
bãt. Poſt hæc hominũ inualeſcẽte paulati licẽtia iniq̃tateq́ʒ ex ardẽte illa in xpm charita/
te ad ſecordiã/uitiaq́ʒ tẽdẽtes/nec ea qua prius ſanctitate pollẽtes hoc tãtũ deſeruere offi
ciũ/dũ q̃ſq́ʒ magis rei q̃ pprie ſaluti ſtudet/& de redditu q̃ de plebis ei ſub recte cura ſol
licitior exiſtit. Ex quo diuina pudẽtia q̃ nũq̃ hoibus deeſt neceſſe fuit religioſorũ pau/
perũ excitare turbã q illoʒ diligẽtiæ uicarii quodã mõ exiſterent. Vnde dei populus in
ſtrui doceri caſtigari continuo/ac eam quam ſemel accepit chriſti fide uirtute uerbi re/
tinere perpetuo ualeret.

Demõſtratio myſterioʒ xpi oiʒ ex lege ueti ſũpta ex greg. nyſeno ɔtra iudæos. xxxiii

VANDO religionis chriſtianæ dogmata una cum ſacris uoluminibus
cõmendare ſimul & cõfirmare cepimus. Ex eiſdẽ libris omnia myſteria p
q nũciata in medium breuiter afferemus. Ex ueteri pſertim lege fas añ om/
nia pdium irritare ut nullus ſit in fidelium mentibus expugnationi locus
imprimis enim quæ Trinitatem oſtendunt/ ſupra quum de illa men/

tionem facerem omnia fere collegi. Deinceps que ad domini pertinent aduentum ui
deamus. Malachias.iii. Ecce ueniet dominus exercituum & quis poterit cogitare diem
aduentus eius. Hieremias.xxxiii. Ecce dies uenient dicit dominus & ſuſcitabo uerbũ
bonum quod locutus ſum ad domum iſrael in tempore illo germinare faciam. Da/
uid germen iuſtum & faciet iudicium & iuſticiam in terra. In diebus illis ſeruabitur iu
da & iſrael habitabit confidenter/& hoc erit nomen quod uocabunt eũ/dominus chri
ſtus noſter. Item.xxxi. Ecce dies uenient dicit dominus & feriã domui iſrael & domui
iuda fedus nouũ/nõ ſecundũ pactũ qđ pepigi cũ patribus eorũ: pactũ qđ irritũ fecerũt
hoc erit pactũ qđ feriã cũ domo iſrael. Dabo legẽ nouã in uiſceribus eorũ & in cordi/
bus eorum ſcribam eam. Quibus ſane uerbis deprendi poteſt per eius aduentum no
uã legis inſtitutio non tam ſcripto ꝙ gratia & mentis renouatiõe. Eſaias.xxv. Dicite pu
ſillanimes confortamini & nolite timere. Ecce deus noſter ultionem adducet retribu/
tionis. Deus ipſe ueniet & ſeruabit nos. Itẽ.xiiii. Prope ẽ ut ueniat tempus eius & dies
eius non elongabuntur. Miſerebitur enim dominus iacob & eligit adhuc de iſrael &
requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam. Adiungeẽ aduena ad eos & adherebit do/
mui iacob. Item.xi. Egredieẽ uirga de radice ieſſe & flos de radice eius aſcendet & re/
quieſcet ſuper eum ſpiritus domini ſpiritus ſapientiæ & intellectus: ſpiritus conſilii &
fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ & pietatis & replebit eum ſpiritu timoris domini. Non ſe
cundũ uiſionem oculorum iudicabit/neq; ſecundũ auditum aurium arguet ſed iudica
bit in iuſticia pauperes & arguet in equitate ꝓ mãſuetis terræ & percutiet terram uirga
oris ſui & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Habitabit lupus cum agno &
pardus cum edo & uitulus & leo & ouis ſimul morabũtur & puer paruulus minabit
eos uitulus & rurſus paſcentur ſimul. Quid nam clarius aureũ chriſti ſeculũ & aduẽ/
tum ſignificare poterat. Et paulo inferius. Radix ieſſe qui ſtat in ſignum populorum ip
ſum gentes præcabuntur/& erit ſepulchrum eius glorioſum. Itẽ.xlii. Ecce ſeruus meus
ſuſcipiam eum/electus meus complaceat ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meũ
ſuper eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit/ neq; accipiet perſonam nec au
dietur uox eius foris calamum quaſſatum non conteret & lignum fumigans non ex/
tinguet: in ueritate educet iudicium/ non erit triſtis neq; turbatus donec ponat in terra
iudicium & legem eius inſulæ expectabunt. Item.xlv. Rorate celi deſuper & nubes
pluant iuſtum aperiatur terra/& germinet ſaluatorem.xlix. Reges uidebunt & conſur
gent principes & adorabunt propter dominum: quia fidelis eſt & ſanctum iſrael qui te
elegit. Hæc dicit dominus: In tempore placido exaudiui te & in tempore ſalutis adiuui
te.lxii. Videbunt gentes iuſtum tuum & cuncti reges inclitum tuum & uocabunt eum
tali nomine/quod os domini nominat.ix. Paruulus natus eſt nobis filius datus eſt no
bis/& factus eſt principatus ſuper humerum eius & uocabitur nomen eius admirabi/
lis conſilii angelus fortis pater futuri ſæculi/princeps pacis/ multiplicabitur eius impe
riũ & pacis non erit finis. Micheas.v. Et tu bethleem effrata paruulus es in millibus iu
da/ex te egredietur qui ſit dominator in iſrael & egreſſus eius ab initio æternitatis. Ia/
cob geneſeos.xlix. Non exibit ſceptrum: ſceptrum de iuda/nec dux de femore eius/do
nec ueniat q mittẽdus eſt & ipſe erit expectatio gẽtiũ. Tenemus eñ quẽadmodũ hæro
des cuius tpe natus ẽ xp̃s aſcalonita & ꝑegrinꝰ regno iudæoꝝ ſucceſſit. Zacharias.ix.
Gaude filia ſiõ/exulta ſatis filia hierlm. Ecce rex tuus uenit mãſuetꝰ & ſaluator/ipſe pau
per aſcẽdẽs ſup aſinã & ſup pullũ aſinæ & diſꝑdet q̃drigã de exercitu/& equũ de habita
tiõibus & loqueẽ pacẽ cũ gẽtibus & poteſtas eius amari uſq; ad mare & a flumine uſq;
ad terminos orbis terraꝝ. Quis eñ unq̃ regũ aſino inſidẽs hierlm uenit. Balaã nũero
rũ libro.xx. Orieẽ ſtella ex iacob & hõ ex iſrl & feriet duces moab & erit Edon hæredi
tas gẽtiũ. Moyſes ꝓphetam excitabit nobis dñs ex fratribus nr̃is ſicuti meipſum audite
in omnibus quæ loquetur ad uos/& quicunq; non audierit prophetam illum in ſer
uitutẽ redigeẽ. Multi nãq; ſurrexerũt ꝓphetæ: de quo nãq; Moyſes dicat uideamus/aut

De aduẽtu dñi

quis ꝓcepta alia ab eo dabit/qum ſatis ille ad legē tradendam ſit uiſus/nec ullus poſtea
ꝓpheta æque ac ille in hac parte audiri dignus fuerit.Ipſe igitur dominus ꝓbe de ſe hoc
uaticiniū eſſe oſtendit dicens. Moſi ꝓphetam eis excitabo in medio fratrū eorū ſicuti
te & dabo uerbū meū more ipſius conſidera quæſo huius uim dicti Non eñ alteri ꝓ/
phetæ dediſſe uerbū dixit.Illi nāq̧ ut ſerui dicebant.Hec dicit dominus.Ipſe uero ex pa
tria dignitate ut uolo mundare.Et mortuo tibi dico ſurge Et lazaro Exi foras.Item im
perauit uentis & mari.Deinde qum dicit ipſm audite quecunq̧ uos alloquet̃ ipſius ex
cellentiam uaticinii demonſtrat/Micheas ui exordio. Audite populi omnes & attēdat
terra & plenitudo eius.Ecce dominus egrediet̃ de loco ſancto ſuo & deſcendet & cal/
cabit ſup deſerta terræ.In pſalmis uero innumerabilia documēta.Deus manifeſte ue/
niet:deus noſter & non ſilebit.Videbit̃ deus deorum in ſyon.Deus dominus & mani
feſtabit nobis.Qui ſedes ſup cherubin manifeſtare.Excita potentiam tuam & ueni ad
ſaluandū nos.Item deſcendet ſicuti pluuia in uellus.Per hanc ſiquidē quietē & pacem
aduentus eius ſignificat. Nam ſuper uellus & lauacri ymber ſonum ac tumultum non
excitat.Item iurauit dñs.Dauid ueritatem/ & non fruſtrabit̃ eum de fructu uentris tui
Ego hodie ge/uui te.
ponam ſuper ſedē tuam.Item diſpoſui teſtamentum electis meis & edificabo in gene
ratione in generationē thronū eius.De interꝑtatione aūt illius loci.Ego hodie genui te
Gregorius ſic ait.Hoc de aduentu domini dictū conuenit/q humanam habuit geneſim
Eſichius theologus
Hodie nanq̧ & cras dierum ſunt appellationes.ut hodie mecū eris in paradiſo. Et ho/
die ſi uocem eius audieritis.Quotiens enim ſimpliciter dicit̃ in creatione tempus no/
tat. De hoc item.Eſichius græcus theologus. Ego inq̃t hodie genui te.Ego hodie ma/
nifeſtū te reddidi.Ante enim ſecula latebas in me patre tuo quemadmodū ſcriptū eſt.
Filius qui eſt in ſinu patris ipſe patrē clarum reddidit.Monarchia inquit deitatis priuſq̃
dignitatis regnabat.Nondū palam filius erat/aut noſcebatur ꝓphetis/non erat attamen
ignoratus.Poſtea uero humanitas ſine patre per corpus palam fuit/diuinitas aūt & ꝓ
De uirgine matre
digiis nota.Nonnulli tamen aliter. Dicunt enim hodie diuinam eius geneſim notare
Alma puella
quaſi ꝑpetuo qum abſolute dicat̃/Mihi uero ſuperior ſentētia potior.De ipſius autem
ex uirgine Geneſi.Eſaias.Ecce uirgo concipiet & pariet filiū & uocabitur nomen eius
Emanuel.Butyrum & mel comedet. Hoc enim infans matre languēte apud hæbreos
nutriri ſolebat.Obiiciunt hic iudæi uirginem.Alma ſcribi apud eos quod puellā ſigni
ficet/nec tamen obſtat/qum teſte Baſilio in ſacris libris puella ꝓ uirgine ſummatur Eze
chiel xliiii.Dixit dñs ad me filius hominis porta hæc clauſa erit & nullus ꝑ ipſam uā/
ſibitq̧ dominus deus iſrael ingrediet̃ per eā & erat clauſa principi. Quid hæc aliud
q̃ genitale uirginis inuiolatum ſibi uult.Daniel. ii.Abſciſus eſt lapis de monte ſine ma
nibus & ꝑcuſſit ſtatuam & factus eſt mons magnus & impleuit uniuerſam terram.La
pis igit̃ hic abſq̧ manu inciſus filius eſt abſq̧ humano ſemine genitus.Eſaias in operis
exordio filios nutriui & exaltaui. Ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſo
rem ſuum & aſinum ꝑſepe domini ſui iſrael aūt non me cognouit. Non enim popu
lus eius incontaminatā eius geneſim intellexit.Itē omne maſculinū aperiens uuluam
ſanctū domino uocabit̃.Nullū enim maſculinū aperit uuluā ſed uiri ac feminæ coitus
De precurſore
quēobrē de domino dicendū.Plures nāq̧ primogenitos & impios & peccatores eē ſe/
pe contingit.Quomodo hi ergo ſancti & immaculati: Cur enim non omne femini/
nū:Palam igit̃ quēadmodū ipſe ſolus ſanctus.De Precurſore Malachias.iiii.Ecce ego
mittam angelū meū & ꝑparabit uiam ante faciem tuam & ſtatim ueniet ad templū ſan
ctū ſuū dominator dominus & angelus teſtamēti quem uos uultis Eſaias.xl.Vox cla/
mantis in deſerto parate uiam domino/rectas facite ſemitas eius:omnis uallis exalta/
De uocatiōe gētium
bit̃ & omnis mons & collis humiliabit̃ & erunt plana indirecta & aſpera in uias pla/
nas & multiplicabit̃ gloria domini & uidebit omnis caro quod os domini locutū eſt.
De uocatiōe gentiū & obſtinatiōe iudæorū.Eſaias.ii.Fluēt ad eū gētes & ppli multi.Et
dicēt uenite aſcēdamus ad montē dñi & ad domū dei iacob & docebit nos uias ſuas &c

ambulabimus in ſemitis ſuis quia de ſyō exibit lex & uerbũ dñi de hieruſalem iudica/
bit gentes & arguet populos multos & cõflabit gladios ſuos in uomeres & lãceas ſuas
in falces. Nõ leuabit gens cõtra gentē gladiũ/nec exercebit̃ ultra ad pliũ. Quod non ſo
lũ de ſpirituali pace ſed humana intellige: quum auguſti tpe hæc maxima fuerit. Itē paulo
inferius in die illo piciet hõ Idola argēti ſui & ſimulachra auri ſui q̃ ſibi fecerat ut ado/
raret talpas & ueſpertiliones. xlix. Ecce teſtē populis dedi/eũ ducē & pceptorē gentibus.
Ecce gentē quã neſciebas uocabis & gētes q̃ te nõ cognouerũt ad te currēt ꝑpter dñm deũ
tuũ & ſanctũ iſrael q te elegit. Itē q̃rite deũ dũ inueniri põt: inuocate eũ dũ ꝑpe eſt. Itē ap
parui nõ inq̃rētibus me: inuētus ſum a nõ diligentibus me. Itē. lxvi. Mittã ad eos q ſer
uati fuerint ad gentes in mare. In affricã & lydiã tenētes ſagittã: In italiã & græciã in in/
ſulas lõge ad eos q nõ audiuerũt me & nõ uiderũt gloriã meam & annũciabũt gloriam
meã gentibus. Hieremias in libri exordio ait dñs ad me. Ecce dedi ſermones meos in
ore tuo: ecce cõſtitui hodie ſigna gentes & reges ut euellas & deſtrues & diſſipes & ædi
fices & plãtes. Si eñ hæc de hieremia: dic rogo: qđ nã ipe regnũ euertit/uel quas gentes
pdidit Verũ de dño dicit̃/q ab omni anima fideli regnũ inimici radicitus euulſit/quiq;
uitia omnia euertit ut meliorē uitæ frugē plantaret. Dauid. Cõſtitues me in caput gētiũ
populus quē nõ cognoui ſeruiuit mihi. Itē filii alieni inueterati ſunt & claudicauerunt
a ſemitis ſuis. Itē ipſi me ꝑuocauerũt in eo quod nõ erat deus & irritauerunt in ydolis
ſuis & ego ꝑuocabo eos in quo nõ eſt populus in gēte ſtulta irritabo illos. Itē Poſtula
a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam: poſſeſſionem tuã/terminos terræ. De Ma/ De Magis
gis adorantibus. Eſaias. lx. Surge illuminare hieruſalē quia uenit lumen tuũ & gloria
dñi ſuper te orta eſt & q̃ ſequunt̃: uſq; ad locũ illũ. Omnes de ſabba uenient/aurũ & thus
deferente & laudē dño annũciantes. Si eñ uberius uatianũ hoc & de uocatione gentiũ
& motu Magorũ & dñi potentia ſcire cupis pſalmũ. lxxi. legito. Deus iudiciũ tuũ regi
da ibi nanq; cõdita ſunt omnia. Præterea ſi uagari aliquantulũ extra licet ad hoc ꝑpoſi/ Pſalmus. lxxi.
tũ Suetonii tranqlli maxime facientē locũ unũ nõ pteribo. Sic eñ in Titi legit̃ uita ubi Tranquillus
cauſam defectionis iudæorũ narrat. Percrebuerat oriēte toto uetus & conſtans opinio
ut iudæa pfecti rerũ potirent̃: id de impatore Romano quantũ poſtea euentu patuit iu
dæi ad ſe pdictũ trahentes rebellauerũt. Ex quo ſatis apparet uēturi dñi famã non ſolũ
in iudæa ſed in populis cũctis orientalibus fuiſſe diffuſam: unde facile magi ſigno ſu/
puenię te ſunt magis excitati. De prodigiis aũt quæ chriſtus facturus erat. Eſaias. xxxv.
Ecce deus noſter ultionē adducet retributiõis. Deus ipe ueniet & ſeruabit nos: tũc ape/ De pdigiis
rient̃ oculi cæcorũ & aperta erit lingua mutorũ. Item ſpũs dñi ſup me cuius gratia un
xit me: euangelizare pauperibus miſit me nũciare captiuis redemptionem & cæcis ui
ſum. Hieremias. Ecce poſui te in lucem gentiũ ad conſtituendũ hereditatem dicens his
qui erant in uinculis. Egredimini e tenebris & ingredimini in lucem. Quod autē nõ
de ſimplici dicat homine ipe ꝓpheta declarat. Hic deus non benedicet̃ alter cõtra eum
fortes eſtote manus remiſſæ & genua diſſoluta. De euangelio futuro ſic ſcribit̃ in pſal De publicatio/
mis. Dominus dabit uerbũ euangelizantibus uirtute multa & rurſus Eſaias. Quã ſpe/ ne euangelii.
cioſi pedes euangelizantiũ pacem Dauid. Implebit̃ omnis terra gloria domini uelut
aqua multa cooperuit mare. Item reminiſcent̃ & conuertent̃ ad dominũ omnes fines
terræ & adorabũt coram ipſo omnes tribus terræ. Quoniam dominus eſt regnũ & ip
ſe dominabit̃ gentibus. Quibus ſane uerbis omnino apparet/regnũ a iudeis quãdoq;
auferendũ ac per euangeliũ genti dandũ fructũ facienti: ut palam nunc uidemus illius
ſectæ & exiſtimationem & prophetiam: & obſeruationem ad uilem & quotam por/
tionem redactas eſſe. De Migratione in Aegyptũ. Ecce dominus ſedens in nube leui/
& ueniet in Aegyptum & commouebit omnia manifeſta Aegypti. De reditu autem
Oſeas. xi. Ex Aegypto uocaui filiũ meũ. De baptiſmo Ezechiel. xxxvi. Effundam ſuper
uos aquam mũdam & mũdabimini ab omnibus inquinamentis noſtris & dabo uo/ De baptiſmo
bis cor nouũ & ſpiritũ nouũ ponam in medio ueſtri. ¶ Item Dixit ad me Aqua hæc p/

cidens in galileam ſanctificabit aquas & erit omnis anima inquam deſcēdet aqua ui/
uet & ſanabitᷓ. De ſpũ ſancto Ioel.ii. Poſt hæc effundam de ſpũ meo ſuper omnem car/
nē & ꝓphetabũt filii uri & filie ure ſõnia ſõniabũt & iuuenes uri uiſiões uidebũt. Sol cõ
De ſpũ ſancto — uertetᷓ in ſtuporē & erit quicunq; inuocauerit nomen dñi ſaluus erit. Itē dixit dñs Moyſi.
Duces ad me.lxx. ꝑſbyteros & ſummam de ſpũ abs te/& effundam in ipſis pſalmorũ
quoq; liber ſpũ quoq; totus refertus. Cor mundum crea in me deus & ſpm̃ ſanctũ tuũ
ne auferas a me. Quo ibo a ſpũ fugiam. Auſugies ſpm̃ eorum & deficient. Emittes ſpi
ritum tuum & creabuntᷓ/& renouabis faciem terræ. De laboribus & morte ipſius Eſa
ias.l. Corpus meum dedi percutientibus & genas meas uellentibus faciem meam/nõ
Demorte dñi — auerti ab increpantibus & conſpuentibus. Domine deus meus auxiliator meus: ideo
non ſum confuſus. Item.liii. Quis credidit audi tui noſtro/aut brachium noſtrum cui
reuelatum eſt & quæ ſequuntᷓ perpetua oratione malorum domini tolerantiam conti
nent: circa finem uero ſic ait. Iuſtificauit ipſe iuſtus ſeruos meos multos & iniqtates no/
ſtras ipſe portauit. Ideo in hereditatem acquiret plurimos & fortium participabit ſpo/
lia pro eo quod tradidit in mortem ſuam & cum ſceleratis reputatus eſt & ipſe peccato
rum multorum tulit pœnas & protinus greſſoribus rogauit. Ex his palam eſt quod nõ
pro populo ducto in babyloniam propheta dicit: ſicuti quidã opinantᷓ hebræi. Quo/
modo eñ populus a peccatis populi ductus eſt ad mortẽ: aut qui populus ſeu cuius
populus: ꝑſertim qum paulo ſupra dicat generationem eius quis enarrabit. Hieremiæ
inſuper threnos qui legit facile plæraq; de ſeruatore dicta/ac eum domum anguſtias
quærentem comperiet. Zacharias.xiii. Surge framea ſuper paſtorem meum & ſup ui/
rum coherentem mihi dicit dominus. Percute paſtorem meum & diſpergentᷓ oues.
Pſalmo.ii. Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges
terræ & principes conuenerunt in unum aduerſus dominum & aduerſus chriſtũ eius
Pſalmo.xx. Circundederunt me canes multi concilium malignantium obſedit me fo
derunt manus meas & pedes meos & dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi uero cõ
ſiderauerunt & inſpexerunt me diuiſerunt ſibi ueſtē meã/ & ſuper ueſtem meã miſerũt
ſortem. Item pſalmo.lxviii. Dederunt in cibum meum fel & in ſiti mea potauerũt me
aceto. Quæ omnia nihil ad ipſm Dauid pertinere palã eſt Oſeas.xiii. Colligata ē iniq
tas ephraim abſconditum peccatum eius & paulopoſt. De manu mortis liberabo eos
& de morte redimã eos. Ero mors tua o mors morſus tuus o inferne. De ꝑcio quoq;
ſcribitᷓ. Acceperunt.xxx.argenteos ꝑcium appꝛciati quem appꝛciauerũt a filiis iſrael & de/
De cruce con/ſtantini — derunt ipſos in agrum figuli De cruce item cõſtantini ſupra equi habenas. Zacharias
xiiii. In die illa erit quod ſupra frenum eſt æqui ſanctum domino. De Eclypſi autem
facta Amos.viii. Et erit in die illa dicit dominus occidet ſol in meridie & tenebreſce/
De reſurrectiõe — re faciam terram in die luminis. De reſurrectione. Oſeas.vi. Dominus percutiet & ſa
nabit nos poſt duos dies. Die tertia ſuſcitabit nos: & uiuemus in conſpectu eius: ſeq/
murq; ut cognoſcamus dominum quaſi diluculum: ꝑparatus eſt egreſſus eius. Dauid
Exurge quare obdormis & non repellis in finem. Item non relinques animam meã
in inferno neq; dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Item ſurge domine adiu/
ua nos & redime nos propter nomen tuum. Surge domine iudica terram: quoniam
De aſcenſione — tu hæreditabis in omnibus gentibus. Item factus ſum ſicut homo iter mortuos liber.
Quis autem liber niſi deus fiunt autem ſicut homo ſine auxilio ſeſe humiliãs uſq; ad
mortem. De aſcenſione Dauid pſalmo.xlvi. Aſcēdit deus in iubilo & dominus in uo
ce tubæ. Quod autem de ſeruatore hoc dicatur. Daniel.vii. oſtendit dicens. Aſpexi in
uiſione noctis & ecce cum nubibus cœli quaſi filium hominis ueniebat & uſq; ad an
tiquum dierum peruenit: & in conſpectu eius obtulerunt eum & dedit ei poteſtatem
& honorem & regnum & omnes populi tribus & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius
poteſtas æterna quæ non auferetur/& regnum eius quod non corrumpetur. Pſalmo.
cix. Dixit dominus domino meo ſede a dextris meis/donec ponam inimicos tuos

ſcabellum pedum tuorum. Dicunt enim iudei in Cyrum Perſarũ regem hoc dictum ex Eſayæ auctoritate. XLV. Dixit dominus chriſto meo Cyro. Ridiculũ ſane. Quomodo enim quæ ſequuntur Cyro conueniunt. Tenui manum eius dextram ut ſubigam ante faciem eius gentes & regum fortitudinem uertam. Et aperiam coram eo ianuas & portę nõ claudentur. Ego autem ibo & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas cõteram & uectes ferreos confringam & dabo tibi theſauros abſconditos & archana ſecretorum. Quomodo inquam hæc Cyro conueniũt: quem ſcimus paulopoſt a ſcythis trucidatum fuiſſe: regnumq; cum uita miſeris modis amiſiſſe. De iudicio futuro. Eſaie. iii. Dominus ad iudicium ueniet cum ſenibus populi & principibus eius. Item. lx. Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem neq; nocte ſplendor lunæ: ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam. lxvi Ecce dominus in igne ueniet et q̃ſi turbo quadriga eius reddere: in indignationem furorem ſuum et increpationem ſuam in flamma ignis quia in igne dominus iudicabit. Item ueniet omnis caro ut adoret coram faciem meam dicit dominus iudicabit et egredietur et uidebunt cadauera uirorum qui preuaricati ſunt in me: uermis eorum non morietur: et ignis eorum non extinguetur Ioel. ii. Conſurgent in iudicium gẽtes in uallem Ioſaphat quia ibi ſedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. Ezechielis. xxxvii. Vaticinare oſſibus iſtis. Oſſa arida ecce ego intromittam in uobis ſpiritum et uiuetis. Et paulo inferius. Ecce ego aperiam tumulos ueſtros et educam uos de ſepulchris ueſtris. Quod autẽ Helyas ante iuditium ſit uenturus Malachias. iiii. probe oſtendit. Ecce ego mitto uobis Helyam prophetam anteq̃ ueniet dies domini magnus et horribilis et conuertet cor patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum: neforte ueniam et percutiam terrẽ anathemathe. Iob etiã uaticiniũ. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum et que ſequunẽ Dauid. Iudicabit in nationibus implebit ruinas cõquaſſabit capita de terra multorum. Pluribus inſuper locis chriſtus petra et lapis ut robur et firammentum diuinitatis eſt appellatus. Quemadmodum ait apoſtolus. Conſequente eos petra. Petra autem erat chriſtus. Item tu es petrus et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Huic itaq; uaticinium illud Dauid conforme. Et ſtatuit ſupra petrã pedes meos. In petra exaltauit me. Similiter et lapis nominatus. Lapidem inquit quẽ reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli: ideo namq; angularis quod utrumq; complectuntur teſtamentum. legem et gratiam iudeos et gentes circumciſionem et baptiſmum unam ex utriſq; faciens eccleſiam ac fidem Ex quo ipſe apoſtolus ait ipſo ſummo angulari lapide chriſto ieſu in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum dei. Eſaias item Ecce ego pono in ſyon lapidem electum angularem paratum: et omnis in eo credens non cõfundetur Hunc demũ lapidem Daniel uidit abſq; manibus inciſum uirginitatis ſcilicet partum ſignificans: hunc igitur uidit ſtatuum: hãc uitæ uanitatem conterentem eundẽ quoq; maximum montem et orbem terrarum operientem. De circumciſione et ſabbati ac animalium ſacrificii obſeruationibus quandoq; per aduentum chriſti deſituris Eſaias Ecce dies ueniet dicit dominus & diſponam domui Iſrael teſtamentum nouum: non ſecundũ teſtamentum quod diſpoſui patribus ueſtris. Et rurſus accuſans iudeos ait. Omnes gentes incircumciſe ſunt carne populus autem hic corde. Item circumcidite cor ueſtrum & nõ carnem preputii ueſtri. Quod autẽ nullum iuſtum circũciſio reddat palam ex his eſt Habraam in circumciſus primũ deo ſeruiuit placuitq;: ei poſtea circũciſio mãdata. Et in æremo annis. xl incircumciſi fuere. Data namq; non ob aliam cauſam fuit niſi gentibus commiſcerentur. Initiumq; ex Habraam cœpit: quem cum deus ante alios diligeret ſtatim ex eius genere populum deſceſſurum ut uere religionis cultorem: per hoc ſignum tanq̃ in ſe pro quodam ſeu clauſtro in lege ſeruarentur. Adueniente autẽ eo per quem inſtituta ſunt ſuperflua iam legis eſt obſeruatio. Clamat itaq; per Eſayam dominus. Quid mihi multitudo ſacrificiorum: plenus namq; ſum holocauſtis arietum pinguedinem hircorum taurorumq; ſanguinem nolo. Neomenias ueſtras & ſabbata ueſtra & diem magnum nõ ſuſtineo. Ieiuniũ & uacationẽ & feſta ueſtra odit anima mea. Dauid nõ comedã carnes tau

Dixit dñs xpo meo Cyro.

De iudicio futuro

De Heliæ aduentu

Chriſtus petra & lapis.

De circũciſione legẽ deſituris.

BSOLVTA iã fidei ac fundamenti narratione ꝗd reſtat niſi ꝑ charitatẽ reliquũ ædificare/qum fruſtra credamus niſi amemus:quẽadmodũ eñ
a ignis memoria corpus minime calfacit/ſic cõtra charitatẽ fides aiam neq̃ illuſtrat/aut excitat. Nã per ſolã fidẽ trãſferri mõtes poſſe paulꝰ fateť. Hos uolaterris uidimus ciuẽ quẽdã infamẽ beatoꝝ Petri & Pauli oſſa quãtulũ tũc primũ petefacta parũq; adorãtẽ toto fere ꝑditũ ſtatum ſano itegroq; ſeſe erexiſſe q nihilominus paucis poſt annis in furto ac ſacrilegio deprẽſus capite dãnatus eſt. Quotidie multoꝝ exaudit deus ꝑces q alioqn in eius gratia ob uaria pc̃tã nõ exiſtũt/fidẽ illorũ uacuã nõ oino patiẽs. Ex quo multa ꝑ uaria tẽpla litia & cerea uota ſuſpẽſa & uariis curati morbis ac periculis liberati plurimi ꝑ fidẽ aſpiciunť quãq̃ a dño nullos corpore q pariter & animæ morbo liberati non fuerint curatos legimus. Hæc ex illo ſolo tantũ gr̃a benignitaſq; ut a creatore & omniũ principe emanauit. Sed & tantã in hac ꝑte uim animus retinet humanus ut indulgente deo ac cõniuẽte ꝑ magicã quoq; modo animi uehæmentia inſtantiaq; aſſit multa ꝑdigia uideanť/ut pharaoni euenit. Nõne is eadem q̃ Moyſes oſtenta dedit. Incãtationes quante ubiq; fiunt unde uulnera lætalia uelociter ſananť. Philtra etiã & potiones ad amorẽ cõciliandũ notiſſima ſunt orbi. Quod ſi hæc aduerſa deo/deo tñ cõueniente ab his q abſtinatæ uanitati cõfidunt iniqs patranť hominibus/quanto maiorẽ in dño cõſtantiã atq; uirtutẽ recta fides habebit:quãto maiora faciet. E duobus nãq; ſeruis dño ſuo minime dilectis alter eũ eiuſq; amicos nihilominꝰ confidẽtius poſtulat ſiqd eget/alter uero nequaq̃:ſi tñ eget ad hoſtes potius dñi cõfugit. Si turpiter deus patiť/quãto magis primũ modo:ac uia meliore petẽtẽ quanq̃ minime alioqn acceptũ uoci qñq; cõpotem reddet. Dei aũt gratia in qua oia cõuenent/Hæreditas illa magna/ſpes eternæ uitæ ſummũ & immortale bonũ:ꝑfecta pax:gaudiũ cõtinuũ mũdi uictoria.dei cognitio/angelorũ ſocietas. In hac poſtremo uita horũ oĩʒ arrabo de guſtatioq; nequaq̃ ex fide tantũ ſed amore.

Charitas ꝗd ſit quõ ꝑ ſonos uirtutẽ ad eã gradus ꝑuenit. XXXVI

MOREM initiũ rerũ Orpheus poeta eſſe uoluit/quẽ phaneta quaſi a d paritorẽ uocat quo ſane uelut orbi primũ ꝑ rerũ creationẽ apparẽte a d eo ſummo cõdito eundem illi debemus. ſignũ quod abſq; delectatione qualicunq; animus cõſiſtere nequæat humanus neq; in rebus durius diu ꝑſeuerare. neq; opus aliquod exercere:ueri demũ in actiõe rerũ ulla niſi hoc actionis delinimento cõpulſi diu eſſe ualeamus quo ſane deficiente ſpes corruit:actio debilitatur ac eo pœnitus euacuato nihil omnino rerum uim habet:nitorporeʒ atq; deſidiam uita inclinat. Nam & muſica omnis & harmonia nil aliud q̃ inter ſe concordiã & delectationem & amorẽ ꝑ interualla neruorum quorum auſpicantur. Et in cœlo planetarum quoq; aſpectus in coitu pigono tetragono hexagono ex ipſo deo & natura cõuenientem inter ſe congruenteq; congreſſum habent. Quin & res ſæpe contrariæ ut q̃dam ac leue quo conciliante conueniunt. Ex quo humus arrida ymbreʒ cupit. Ymber uero ſolem & igneum uaporem ad rerum ſobolem & generationẽ excitandam ut plane doceamur non ſolum nobis ꝓpinquitate coniunctos:ſed etiam genere ac locis remotiſſimos qum ſimus inuicem membra iure charitatis conciliandos eſſe. Plato uenerẽ cœleſtem hanc ponit q̃ nos in conditoris honoreʒ totos mente rapit. Romani ueteres pietatem uocabant græci ὁσίην κ εὐσέβειαν καὶ ὄπιν qua ſublata indignos hominum conſortio putabant. Hæc ſanctos uiros ad cõtemplãdam diuinitatẽ erexit:hac incenſa Magdalena relicta terrena uoluptate ieſum ita dilexit ut uirginibus oibus meritis antecederet. Amor inquã diuinus nullo cogente initiũ orbi rebuſq; ſpõte tribuit/nos in lucẽ educit/eductos tueť paſciť curat:quãobrẽ nos eũdẽ illi ꝑter oia debemus. Charitas inqt. Maximus Homologetes eſt animi affectus quidam erga deũ cura quẽ omnis de illo cognitio fruſtra & inanis eſt. Hanc nullus rebus fragilibus incũbens conſeq potenti:hãc item gaudium gignit:gaudium uero ſpes:ſpem patientia:patiẽtiam dei timor:

Margin notes: φανητα (beside "Orpheus"); ὁσίην εὐσέβεια ὄπις (beside "Plato … Romani ueteres"); Maximus homologetes græcus auctor (beside "Maximus Homologetes"); Fides (beside the last line).

Tremor
tamen officii quod humanũ eſt/uel magnis quãdoq́ uiris errare contingit. Vt in orto
ſciſmate quẽ ſequamur ſepe neſcimus: Vt etiam in Chriſtiani dogmatis queſtionibus
ubi citra canonẽ quandoq́ dubitatur/Alius aliam ſequit ſententiã/certum attamen qd
una tantum recta ſit/qum una ſit recti ueriq́ uia in primis preſertim relligionis initiis
quod nõdum omnia eo quo nunc ſunt ordine declarata erãt/multos uiros alioqn ſan
ctitate doctrinaq́ pollentes heſitare in nõnullis contigit.Nam & paulus nõ malignita
te aliqua ſed Moſaicæ paternæq́ legis Zelo ad inſectandos chriſtianos impellebatur.
Rurſus idem poſtea reſtitiſſe in faciem Petro ſcribitur qui hebreos recutitos eſſe & le/
gis ritum adhuc ſeruare clam gentibus pateretur. Multa item Auguſtinus & Hierony/
mus ut non recte in quibuſdã minime ſentientes interſe taxantur Q ui ſane ob eandẽ
cauſam mitius iudicandi & ad cognoſcendã quoq́ ueritatẽ qum conſcientiæ ſeruiant/
facile a deo dirigendi uideri poſſunt.Poſtq̃ uero rebus expoſitis: dubiis ſublatis:in cõ/
cionibus in diſputationibus:in conciliis: in tot doctorũ monumentis omnia declara/
ta:nulla ſane uenia:nulla ignorationis excuſatio errantem poſteritatẽ liberat. Neq́ itẽ
ſiue priores ſeu poſteriores qui non ueri ſiue officii opinione/ſed contentionis gloriæ
q́ gratia ambitioſe ab orthodoxis deſciuerũt Vt Arrius Macedonius Neſtorius reli/
quiq́ innumerabiles.Caute igitur ambulare admonemur nõ ſolum ut potiora deliga
mus ſed etiã ne male ſentiamus: ueluti ſi rombo quis reiecto lacertos ſummat / quod
hi non ſolum guſtui magis ſatiſfaciant/ ſed eſſe meliores pertinacius adfirmet. Sunt.n.
nonnulli ita ſuis addicti ſententiis ut que in confeſſo ſunt apud omnis potiora peiori/
bus poſt habeant.Verbigratia ſiquis corporis exercitationẽ pietate potiorẽ habeat ↄtra
Pauli & doctorũ omniũ ſententiã errat In ipſa quoq́ coporis exercitatione aliud alio
melius.Siquis abſtinens:cibo meridiano contentus ſe ſanctius atq́ utilius q̃ ieiunium

uſq; ad ſolis occaſum ꝓrogare putauerit Hieronymi Hilarioniſq; & alioꝝ ſanctoꝝ pa
trum iudicio conſuetudiniq; cõtraueniet. In dando uero ſiquis templa ædificãs eaq; &
auro & coſtũmus: ꝑterea ueſtibus precioſis & argenteis uaſibus ornans ſe magis place
re deo q̃ uiduas pupillos peregrinos iuuando: omniũ auctoritate ſcriptoꝝ ſe decipit.
Siquis item Monachus aut alius paſtori præſidi præfecto cui eſt auctoratus obtempe
rare refugit ut que ſibi placent uel utiliora & meliora gerat quis non damnabit? Si cõ
iuges in matrimonio dare opam liberis ſanctius exiſtiment q̃ abſtinere uł orationi ui
taeq; ſpiritali uacent ab apoſtolo facile errantes deprendunẽ. Hec & his ſimilia homini
bus relligioni uirtutiq; ſtudentibus animaduertenda. Nam que ſupra narraui de his q
in fide errant eo ſpectant ut nõ ſolum male ſentiant ſed agant Hec uero ut tantum ma
le ſentiant Nam ſi non eligere meliora ſe noſſent/quia nõ omnia poſſumus omnes:
tolerandũ ſane/& gratia cuiq; ex deo conceſſa imitanda/ac ex apoſtoli ſententia Vnus
quiſq; in ſuo ſenſu abundet. Verum ea que agunt meliora/qum uere nõ exiſtant exiſti
mando/& omnino pertinaciter adfirmando digni nullo modo ſunt uenia. Alioqn Py Pyrrhonii
rhonios ſe eſſe fatebunẽ. Pyrrho enim philoſophus cuncta in opinione ponebat uirtu
tes uitiaq;: Idq; ut cuiq; uidereẽ/ita demũ eſſe exiſtimabat/quem Epicurus quoq; imita
tus ſolem pedis tantũ magnitudine quod ita oculis appareret humanis dixit. Et lucia/
nus ille ſtultiſſimus fidei chriſtiane deſertor qui magnum idialogoꝝ uolumẽ reliqt in
eadem quoq; opinione ex tetraſtico quod in ope ſuo poſtremo cõſcripſit fuiſſe uideẽ.

¶ De Iuſtitia Commutatiua/& diſtributiua. XVIII.

HIS que de prudentia & eius partibus dicenda erãt enarratis Secunda ho
neſti pari iuſtitia ſequiẽ. Hæc duplex eſt uirtus Communis & particula/
ris. De prima poſtea. Alteram indiſtributiuã & commutatiuã · Quintus
ethicoꝝ liber diuidit medium in utra ꝙ nõ alioꝝ modo ſecundũ rationẽ
ſed rem diuerſis attamen modis ꝑ reꝝ diuerſitate accipiẽ. In diſtributiuã
medium ſiue æqualitas in ꝓportione geometrica. In altera ex Arithmetica conſideraẽ
Rurſus in diſtributiua nõ mediũ ex rei ad rem æqualitate ſed ex rei ad perſonã ꝓpor/
tione attendamus: Vt ſi aliquis dignitate alium excedat: Ita etiam ius quod uni conce/
ditur/uis alterius ſuperet. Ideoq; medium ex ꝓportione nõ ex quãtitate reſpiciẽ. Ver/
bigratia Sicuti ſe habet Sex ad Quatuor/ Sic tria ad Duo: quia utrobiq; ſeſquialtera
portio: nõ exceſſus æqualitas reperitur/ quia ſex quatuor in duobus Tria uero Duo
in uno excedunt/In cõmutationibus autem ubi rem rei ad æquare oportet Arithmeti/
cum medium ſecundũ exceſſus quãtitatẽ ſtatuitur/quemadmodũ: Quinq; mediũ in/
ter ſex & quattuor quia uno tantum ſuperet/ac ſupetur. Si enim abinitio uterq; Quin
que poſſideat & alter abaltero unum accipiat uni ſex & aleri tantum Quattuor rema
nebit. Res itaq; admodũ reduceẽ ſi unum exeo qui ſex poſſideat abſtuleris: eiq; qui
Quatuor habet tradideris: Præterea in eodem Ariſtoteles libro oſtendit / quẽadmodũ δίκαιον ἀντι
non omne cõmutatiuũ iuſtum Antipathumenon exiſtat: hoc enim apud nos contra πεπονθός
paſſum conuerti poteſt/ æqualẽq; actioni præcedẽti actionis compenſationẽ ſignificat.
Quod ꝓprie & ante omnia in damno corporis diciẽ. Vt ſi uerberet/uerbereẽ/Quem
admodũ in lege ueteri dicitur Oculum ꝓ oculo Dentem ꝓ dente Iuſciuile latiniq; ta
lionem appellant. Deinde ſecundo loco in damno ſuſtantiæ dici poteſt: Tertio ad uo
luntarias cõmutationes transfereẽ In quibus hinc inde actio paſſioq; repitur. In his igi Talio
tur omnibus nõ omnino ac ſemp reſpicitur æqualitas. Nõ autem æqua ſemp fierent
ſi eadem que quis fecit forte pateretur Vt qui principẽ ꝑcuſſit/qum actio maior q̃ paſ/
ſio excellentioris iure pſonæ exiſtat grauius puniri debet. Similiter qum aliquis inuo/
luntarium in ſuſtantia leſerit/maior eſt actio q̃ paſſio ſi damnũ inſerẽs rem tantũ abla/
tam reddere conatur: qum damnũ nullũ ipſe forte ſuſtineat Quamobrem magis mul

ctandus quod non ſolum in pſonæ incomodū innixerit/ſed remp. eius ſecuritatē auferen do leſerit. Similiter & in commutationibus uoluntariis nō ſemp æqua paſſio foret ſi que dat alter pluris exiſtat q̄ que accipit. Opor tet igitur actionē paſſioni in cōmutationibus adæquare ut Antipathumenon iuſtum fiat: Quod ut facilius eueniat diuina pṙudētia

Cur pecunia inuenta

pecuniam inuenit. IN diſtributiua uero nō æqualitatis proportionis rei ad rē ſeu paſſio nis ad actionē unde dicitur Antipathumenon ſed ex rerum proportione ad perſonas uti ſu pra narrauimus conſideratr. Quod autem in puniendo iuſtitiæ medium in utriſq; idē eſt omnino Reſpondemus quod in Antipathumeno perſonæ cōditio ex rei quantita te reſpicitur Maior enim iniuria ſi princeps q̄ priuatus cedatur Indiſtributiua itaq; pſo næ conditio ſui ratione conſideratur/In cōmutatiua uero/ut ex hoc res ab alia diuerſa efficiť. Præterea cōmutatiua in eo pſiſtit ut aliq unī addāt/Diſtributiua ut unus multis.

Quid & quō ex iuſtitia pximis debeamus/an negotiū publicū gerēdum. XIX.

QVANDO Iuſtitia uirtus ad alterum eſt/in ea officium omne quod pxi mis debemus cōuincitur Imprimis antiqua quæſtio an ad remp. accede re/ſeu negotium publicū gerere debeamus: Publicum enim ſeu politicū Aquinas uel quum uni tantum preſtat officium dicit/quanq̄ communitati & reip. longe pclarius. Semel enim nō ſolū chriſtianis ſed etiam platoni cis legibus ita inſtructi ſumus ut non ſolum nobis ſed patriæ pꝑinquis amicis natos nos eſſe omnino exiſtimemus. Seneca iṅ Alus u uat oportet qui ſibi uult uiuere Pau lus quoq; Gratiam inqt quā quiſq; ex deo conſequit ita in alterutrum adminiſtrantes. Item Hoſpitales inuicem & in alio loco Alter alterius onera portate. Deniq; pietatis opera que precipue in noſtro dogmate mandanť/haud aliud q̄ piū gerere negotiū fuerit. Exquo Epicureorꝫ refellitur opinio qui officium ſimul cū pudentia in uita ne gabant tantum ſibi cōſulentes quorꝫ ueſtigia quicūq; ſecuti fuere/ſtultitiæ teſtem exitū infelicē pleriq; ſortiti ſunt/quēadmodū ut uetera dimittamus in Laurētio medico flo rentino ſimul & Emanuel Siculo trilingui appellato uiris aliogn doctiſſimis utriſq; ſe in altos deiicientibus puteos pximis annis uidere licuit. Quamobrē de penu ſua p mere ad utilitatem publicam quēlibet bonū oportebit cuius nulla ſatis ad formulā cer tam preceptio niſi ex menſura & teſtimonio cuiuſq; cōſciētiæ preberi poteſt: aliis alias naturæ dotes obtinentibus. Hi enim qui ingenio rebuſq; agendis ualent Ciceronis de officiis illud audiant. Quod autem quidā deſpicere ſe dicunt ea que pleriq; gerūt ma giſtratus & imperia his non laudi ſed uitio dandū puto Deſerunt enim quos tueri de bent. Nōnullos uero qui rebus longe maioribus utiliores/aut certe uiribus ſiue animi ſeu corporis deficientes nō ſatis ad miniſtrationi reꝫ idonei uident. Rurſus auctor idē excuſare uidetur. His inquit forſitan cōcedendū rem p. nō capeſſentibus qui excellenti ingenio doctrinæ ſeſe dediderūt & his q ualitudinis imbecillitate ſeu aliqua graui cauſa impediti a rep. receſſerūt quum eius adminiſtrādæ poteſtatē aliis laudēq; cōcedūt. Quod in his etiam tolerari ſolet qui de rep. ſiue humana ſeu chriſtiana ob res pꝑe geſtas bn̄ meriti ac iā ſenes honeſtam animi liberaliq; exercitationē receſſerūt: quum ſenibus pſertim ut in eodē libro dicit minuendi corporis: animi uero agēdi labores recte ſint liceq; in om ni ordine aliqua ueteranis ad extremū remiſſionis uenia concedat. Verūtamē labores

Seruilius uatia

oino detrectātes quidā domū ſeu uillā ignauiæ potius ac ſecordiæ q̄ uirtutis aut animi excolendi diuerſorꝫ elegerunt ut ſeruiliū Vaciā quēdā prædiuitē Seneca ſuo tēpore ta xare ſolebat. Is enim rep. cæteroq; officio relictis ſeſe ruri cōtinebat ex quo illac ille quā doq; traſiens. Hic ſitus eſt uacia dicere ſolebat. Memoriæ pditum Socratem ſemp ur bem coluiſſe quod in hac fructuoſius ſibi & aliis cōſulendo monendo docendo pauē do ſe uitam ducere putauerit. Ex quo præter doctrinā ſapientiæ nomē apud poſteros celeberrimū reliquit ut plane Socrati cæteris preſtare philoſophis uiderenť. At contra

Democritus non mirum ſi ſe ruri in Abderitano cōtinere ſit ſolitus qum officiū in uita neglexerit ac ꝓut ſententiam omnino negauerit. Quamobrē exitum moribus ſimilem eſt adſecutus in inſaniam & ipſe redēdi ueniens: ſibi fortaſſe ſapiens uiſus: ciuibus uero ſuis qui ad eum curatum Hippocratem miſerunt/ nequaq̄?

Vir bonus qui ſit: Quidue inter natura/ & relligione boni interſit. XX.

I LLVD Autem præter cætera huic peculiare uirtuti ut hinc uir bonus appelletur: quicunq; uero is fuerit nō facile omnibus dep̄nditur/ qum ſæpe qs citra relligionē naturæ dote ac bonitate honeſti æquiq; ſeruator appareat Ex quo uidere licet nōnullos quandoq; ita iuſtitia p̄ditos ut neminē lædant: inuenit omnis Quemadmodū Naſica inter Romanos qui delphico oraculo unus omniū bonus dicitur appellatus: præterea Pomponius Acticus Titus Traianus. Inter græcos Pythagoras Socrates Ariſtides Inter chriſtianos etiam quoſdam nō tam dei metu q̄ naturæ ꝓbitate aut philoſophiæ inſtituto ab iniuria/ maleficioq; abſtinentes: At relligioſus deumq; timens ſæpe etiam ex natura ad iniuſtitiā libidinemq; ꝓnus ſibi uix temꝑabit Innumerabilia illoꝝ ſunt exempla qui quāq̄ ex ſeuis benigni dei gratia ſuffragante facti ſunt/ naturā tamen omnino negare nequiuere. Ira libidineq; pariter æſtuebat Hieronymus: alterā omnio magna tamē difficultate ſuppreſſit alteram uero iracundiam ſubiugare ꝓrſus non ualuit quanq̄ hac ꝓbe/ contraq; orthodoxæ fidei hoſtes eſt uſus. Deus enim ab initio ut rerūm aliaꝝ ſic hominū naturas ita inſtituit ut eas minime mutet inquit Auguſtinus. Secus autem nec ex uoluntatis ipſius immutabilitate/ nec plane ex ꝓuidentia foret. Ex quo hi tantum iure appellādi iuſti ac boni qui uerū ſcopum/ rectamq; metā ipſum ſcilicet deūm contingunt / eoq; iuſtiores quo magis naturæ ꝓpriæ dominat: Alii uero qui contra eam minime cōtendunt forte boni non uoluntate natura non induſtria/ humano p̄mio nō diuino illecti ſibi magis q̄ rerum auctori ſatiſſaciunt/ apti tamen ſi dederint operam: quod eis deeſt breuiter abſoluere/ lumenq; cœleſte quod omnē excedit naturā in idoneo iam fundamento ædificare. Si uero neglexerint palmā fidelibus legitime certantibus nullatenus adſequi ualebunt/ Nam ſponte naturæ/ nulla adibita diligentia bonus nō magnop̄e laudandus Arte uero/ diligentia conatu ad cedentibus ex omni parte obſolutius uidebit. Quæ enim naturali tantū inſtinctu/ ac pſuaſione ad officium intendit ſiluestri plantæ. Qui uero dei metu compellitur/ domeſtici longe nobiliori comꝑabitur. Vt enim in paruis color ceruleus ante omnia ſumptus uiolaceum ſupraddictū longe ſplendidiorem reddere ſolet. Et uilia ſæpe pigmenta tabulis illita ſecundū p̄tioſius ac clarius oſtendūt Sic in homine natura muneri quod præter naturam eſt nobile fundamentū præparat Neutrum igitur ſine altero ſatis cōſumatū. Tellus nihil omnino ſponte ferens nullā aut admodum paruam culturæ ac diligentiæ ſpem præbere ſolet / Siluas autem uberesq; ramos ꝑferens/ longe maximā. Talem igitur terram ut facilē ad chriſtianæ philoſophiæ fructum ꝓducendū Paulus apoſtolus in Senecam ſi ueræ ſunt eius quæ ad illum ferūtur epiſtolæ magnopere laudauit.

De Fide/ iureiurandoq; ſeruandis. XXI.

F IDEM Vel inimicis ſeruandā Romanos Chriſtianis exēpla prius præbuiſſe facile inuenimus ſi Reguli & aliorum ducum in ſeruādis pactis conſtantia conſiderat Vbi uero iuſti uiri nutus & ad ſenſus ad ſtipulatore aut teſtibus nequaq̄ opus: Fallacibus hominū mētibus hæ repertæ cautiones Iuramentū uero ita cuſtoditū ut apud illos loco magnæ relligiōis haberetur/ quo ſane uinculo milites in officio cōtinebant/ nec niſi iuratus pugnare le

Cato gipti me poterat. Cato ſenex in quadã epiſtola ut auctor eſt Liuius filium monet/ ut ſi
miſſus factus ſit ad urbem redeat/aut ſi in exercitu remanere uelit iniurgrus ab impe/
ratore impetret ut ſibi aduerſus hoſtem pugnare/aut cum inte cere liceat/ Q uin etiã
tanta eius obſeruantia fuit/ut uel coactum ſeruari mandaretur/Q uemadmodũ in T.
Manlio imperioſo euenit Is enim teſte Cæcilio Die a. M. Pomponio Trib.Pl.ſibi di
cta ob ea quæ in dictatura impie/ac crudeliter geſſerat a T. filio liberatus ferẽ qui ſtatiꝫ
T.Maulius imperio ſui erure ueniens ſtricto illum gladio iurare coegit/nihil ſe in patrem tentaturũ. Apud nos
T.Maulius torquatus filius utroq́ leges pariter & canones nullũ ad hoc ſeruando nec ſexum neq; ætatem excipiunt
idemq; modo nõ coactũ nec item contra dei mandatũ omnẽ pactũ nõ rite aliogn facti
celebratiue compenſare ptinus defectũ uolunt. Nõ iurandũ omnino dñs in euange/
lio iubet/quãuis iuramenti loco ad firmationes potius in ſacris uoluminibus reperiã
tur/ut uiuit deus & uiuit aïa tua. Paulus itẽ teſtis eſt mihi deus. Baſilius in pſalmũ.xiiii.
i locũ illũ qui iurat pximo ſuo Q ui iurat inquit ppriã fidẽ infamat/cui aliter credi nõ
debeat. Laudat & Cliniam Pythagoreũ qui quum trium talentoꝶ mulctam uerũ iuran
Clinias pythagoreus do uitare poſſet/damnũ ſuſtinere ualuerit. Sed & ſiquis mandatũ ſeu negotiũ cuiuſlis
bet amici præſertim/quod ſe factuꝛũ receperit forte p negligentiã uel aliam excuſabilẽ
cauſam deſeruerit: eiuſdẽ mulctæ quã pximo inferre uidetur/apud deũ reus apparebit.
In uerbis item ſiquis etiam credita reticuerit/uel etiam nõ etiam ſed tantũ eadem grauia
nec alius ullo modo referenda exiſtimet magnopere nocens putabit. In quibus ratio ſa
tis æquam oſtendit/ ut qualia ex aliis nobis optamus talia rurſus aliis iure præſtemus.
Ex hominũ itaq; ſandiũ leuitate ſimul & infidelitate magna ſepe orta mala ſeditiones
Angerona dea cedes odia etiam ppetua cõſpiciunẽ. Ex quo Deam Romani Angeronã digito a dos
Ara Volupiæ ad ligato in ara uolupiæ conſtituerunt/ Q uod taciturnitas ubi opus maximam adfe/
rat hominibus uoluptatem.

De Vindicatione/quomodo pars iuſtitiæ & quas habeat cautiones. XXII.

P LVRIMIS In locis ſacra uolumina uindictam clamare ſimul & exo/
ptare uidentur Lucæ.xviii. Deus nõ faciet uindictã electoꝶ ſuoꝶ clamã/
tium ad ſe: Item Dauid Lætabitur iuſtus quum uiderit uindictã/ Itẽ Deꝰ
ultionũ dominus: deus ultionũ. Exaltare qui iudicas terram. Redde re/
tributionẽ ſuperbis. Item uindica domine ſanguinẽ ſeruoꝶ tuoꝶ Q ue
quomodo intelligenda ſint ſupra libro nihi quarto: deſcribuntur. Similiter & Cicero
ni & Aquinati Vidincatio: pars iuſtitiæ Verum cautiões præſertim apud nos qui om
nia ex caritate metimur habet/Principis primũ ac magiſtratus improba facta ni coerce
re punireq; fuerit quibus pœnaꝶ genera Octo Ciceroni de legibus & Auguſtino.xxi.
de Ciuitate memorata tribuunẽ. Mors Mulcta Talio Seruitus Vincula Exiliũ Dam/
num Ignominia/Priuatim uero multa uenia dignus ſiquis ultionẽ pſequitẽ quum p ſe
iniuriamq; ppriam aliis forte grauarentẽ ut in legatione aut magiſtratu aliquo conſtitu/
tus unde princeps/aut reſp ledatur/Q uemadmodũ & Silueſtro Pontifici legiẽ in de/
Silueſter pont. cretis eueniſſe qui quum eccleſiæ perſonã referret/eos a quibus eſt in exilium miſſus ſa
Helias cris interdixit/Et Helias ſup eos duã ad eum capiendũ uenerant ignem deſcendere iuſ
Heliſeus ſit Heliſeus item pueris eum irridentibus maledixit/Sanſon quoq; quum inter ſanctos
Sanſon Paulo ponatur ut ſe ulciſceretur concuſſis domus columnis ſeq; ac inimicos ſimul in/
terfectura diuini ſpiritus inſtinctu admonitus/ut ait Auguſtinus qui omnes nõ ſe im/
primis ſed deum in ſuis ſanctis ac pphetis cõtemptos reſpexere. Q um igitur ſiue deꝰ
ſeu pximus attingitur ultionẽ iure querimus aut iure iraſcimur/aut etiam quum laceſſenti
maloꝶq; auctori mala ad caſtigationẽ penitentiãq; imprecamur: noſtri autem ratione
nequaq̃ Sed boni uiri officium uincere in bono malũ ut ait Apoſtolus Nihil enim ui
ndictatus opus habet inquit Gregorius niſi maneat in radice caritatis: citra quam/ad cõ

tentionem iram emulalionē ſectas omnia que aduerſariis male optamus ſpectare ui/
dentur/Q uo ferme modo hi qui deum ignorant uiuere ſolent/Vnde & templa ob ſu/
peratos quandoq̧ inimicos Romæ ab Auguſto Marti ultori.Similiter ab Agrippa Io
ui ultori dicata fuiſſe legimus:partim adhuc extantia uidemus.

De Caſtigatione fraterna. XXIII.

NOLITE Cum operibus infructuoſis comunicare Paulus ait hoc eſt no/
lite alieni participes eſſe peccati Q uod alias a me in Baſilio conuerſum
paucis repetere ad hunc locū declarandū ab re minime uidebitur Q uo
modo enim in errores alieni ſotietatem incidamus triplici modo p ſa/
crum docemur eloquium Aut enim re peccatis adſentimur alienis ut in
puerbiis dicitur Veni nobiſcum & comunica ſanguinē.Dicitur namq̧ apud apoſtolū
Conſortes uos omnes caritatis exiſtentes & comunicantes mecū in tribulatione Inſtru
ctus namq̧ atq̧ inſtitutus in ſermone cū eo qui inſtruit atq̧ inſtituit in omnibus bonis
comunicat Ex quo humanus auditor æque fere ac docens meritorſieſt particeps . Sic
rurſus in malis qum contrarioꝝ ſit eadem diſciplina Q uod pſalmus pulchre ad mo/
dum deſcribit.Si uidebas furem currebas cū eo & cū adulteris portionem tuam pone
bas Deinde ait hec feciſti & tacui exiſtimāſti quod ero tui ſimilis:arguā te & ſtatuā cō/
tra faciem tuam Secundus uero modus quādo ꝓpoſito tantū atq̧ animo peccatis alie
nis adſentimur:in eadem namq̧ & nos actione cenſemur dum crimē alterius uel ab/
ſentis uel qnq̧ ignoti ꝓbamus Contra quos ꝓpheta clamat Veh nobis q dicitis bonū
malū & malum bonū Amarū dulce & dulce amarū: dicimus enim dum taciti proba/
mus. Tertium genus eoꝝ q nec re neq̧ animo quidē culpam ꝓbant alienā . Attamen
ſiue negligentiā quādā ſeu timore:aut etiam comodi alicuius gratia: ſiue alio quauis i
excuſabili cauſa repreſſi eos quos re aut uerbis modis ue aliis caſtigare ac conpeſcere
debuerunt/omnino pretereūt.Q uo ſane errore Paulus Corinthios notare uidet.Non
luxiſtiſ inqt qum hoc ageret/nō operam dediſtis ut de medio ueſtri tolleret.Modicum
namq̧ fermentū totā maſſam corrumpit Et rurſus . Siquis frater mœchus exiſtimatur
uel auarus aut ebrius ſiue maledicus cum hoc ue cibum ſummite Obhoc enim uenit
ira dei in filios diffidentiæ.Item abſiſtite ab omni fratre nō ordine neq̧ ſecundū tradi/
tionem quam a uobis accepit ambulāte . Igitur cauendum & omni nobis ſtudio uigi
landū recta mente ſinceroq̧ animo mandata quemadmodū deus iubet ex omni parte
ſeruare/maxime q̧ illud animaduertendū/ne ꝓximis contaminati contagione modis
quos ſupra narraui:prauis & infructoſis actionibus comunicemus . Nam ſi minimā
eccleſiæ militantis culpam beati in patria forte ſentientes nō dolerent / omnes ilico cor
ruerent.Verum in obiurgando cautiones adibendæ ut caſtigatio ſeparatim fiat/ut leni
ter:ſicut ait apoſtolus Siquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto uos uoſ q ſpiritales
eſtis/corripite hunc in ſpiritu lenitatis Contumelia namq̧ iracundiā potius ac in ince/
pto pertinaciam gignit/ Q uod ſi inimis hoc modo ꝓfeceris: poſtremo cibi uitandus
& ſicut Ethnicus ut ait dominus habendus. Ab hoc tamen officio peccator abſtineat q
in eodem uel forte æquali maiori ue præſertim publico uitio fuerit Vt ad Romanos
dicitur.Inquo alium iudicas teipſum cōdemnas: eadem enim facis que iudicas Item
Auguſtinus de ſermone dn̄i in monte Accuſare inqt uitia bonoꝝ ac beniuoloꝝ eſt ho
minū quod qum mali faciunt alienas agūt partes.Iſidorus de ſummo bono: Non de
bet ait aliena corrigere is qui uitiis eſt ſubiectus Item in euangelio . Q ue feſtucam in
aliis uides:trabē ante oculos tuos uerſari non uides.In hanc cenſurā ueniūt hi ꝑſertim
qui inter fideles palā docent beneq̧ dicunt nec faciūt:q quanq̄ ex ꝓcepto dominico au/
diendi nec opa illoꝝ facienda ſunt:magna tamē temeritate/magnoq̧ piaculo non ſolū
ſuo ſed eoꝝ qui ꝑmittunt qum ꝓibere poſſent/tentare talia uidentur. Enim quoq̧ q no

bis præſit quin opus:nō ab re quandoq; caſtigare fuerit Nam Paulus licet Petro infe/rior infaciem reſtitiſſe dicitur Et Coloſſenſes admonet ut ſuū reprehēdant paſtorē.Di/cite Archippo miniſterium tuū imple. Nūc autem qd dicam ex multa plerīq; ad ſenta/tione uictū ſibi & amicicias & comoditates magnoꝝ præſertim ſibi cōſparauit/& dū mūdi huius potiuſq̄ dei regnū querūt/totius iuſtitiæ Chriſtianæ obliti ac cæci ambo in foueam cadūt/Verū ego reliquos nō miror/ſed nonnullos quos uulgus adorare ſolet exemploq; reliqs uidenē eſſe:mercari interdū uerba factaq; apud principes iniqua ut & ipſi promoueanē ꝓbareq; his temporibus uidemus.

❡Cur lex humana licentioſior q̄ diuina. XXIIII

C ONSCRIPTA Lex naturæ claritatem attulit/nec aliud ſapientes qbus hoc datū negotiū/q̄ æquum ex natura ſcriptū moribus hominū diſtinxerūt aliis alii nationibus ac populis longe tamen ab ea q̄ a nobis diuinitus data indulgentior Auguſtinus de libero arbitrio Lex inqt humana que re/gendis ciuitatibus fertur/ multa cōcedit atq; impunita relinqi que per di/uinam ꝓuidentiam inter dicuntur Ea namq; maxime cuſtodit que ad iniuriam perti/neatē alienam ſiue qbus comunitas ac ſotietas ſeruari nequaq̄ poteſt/ ut ſunt homicidia adulteria furta/Quo autem ad libidinem in meretrices & uoluptatē ſpectaculoꝝ cibo/rum ſodalicioꝝ minime coercet. In mercando etiam laxior fori q̄ poli cōmutationis comertioriq; obſeruatio Ratio/quia multitudini cōſulit Cui quod ex magna parte ho/mines ſunt nō admodū uirtuti diditi/ plura maioris mali euitandi gratia q̄ aliis uirtutē ſequentibus permittenda errant. Legibus alioqn humanis modo honeſtis conſcientia ſubdiē.Si minus:nequaq̄ niſi forte ex ꝑiumati periculū/ aut ſcādalū/ſicut illud Mathei Qui angariauerit te mille paſſus Vade cū eo.Et qui abſtulerit tibi tunicā da ei & palliū

❡Quomodo nihil per uim extorquendū/quodq; Deus humani arbitri libertatem eſſe ſaluam magnopere cupit. XXV.

D VAE precipuæ iuſtitiæ ſunt partes. Prima ab iniuria/ac alieno abſtinere Deinde de ſuo concedere. In prima Innocentia: In ſecunda Benignitas ac liberalitas continetur De utraq; igitur pauca ex noſtroꝝ penu ſapien/tum ꝓmam/illis tantum que ex doctoꝝ doctrina cauēda traduntē/ quod uulgo ſunt cognita præteritis. Adhec Chilonis dictum magnopere facit. Nihil per uim Ac cō apoſtoli ſententia quadrare quodāmodo uideē / Non ex triſtitia aut neceſſitate hilarem dotorem diligit deus Quidā enim cogendi ut Aeretici & qui/cunq; legū potius obnoxii Nōnulli exorandi ut infideles. Quidam diſſimulanda ut iniuriæ & quecūq; ex aliis patimur. Ipſius namq; ſummi dei exemplo res agere inſtrui/mur q qum liberū hominē ſemel ediderit/nolentem nō regere omnino ſtatuit Qui/n ei quandoq; penitus aduerſum/auctorēq; ſuū impiis dictis factiſue ex ſecrantē & mo/dis omnibus ſpernentē qum unus omniū maxime poſſit minime comprimit/ nec de ſtatu ac dignitate qua cū donauit ullo modo deicit/ tanta illi in genus humanu pietas atq; patientia. Quamobrem tolerat/expectat/ diſſimulat & ut errantem in ujam dedu/cat/plurimis admodū remediis leuat/ſacris primū uoluminibus: preterea ſanctoꝝ ui/rorum exortationibus ſermonibus homeliis. Deinde precibus ꝓmiſſq; maximis in/uitat:minis etiam ꝓdigiis uaticiniis legibus diuinis pariter & humanis deterret Poſtre/mo rationem cunctis agendis faciem præferētem dedit. Nos igitur ad hanc mutationē ſimiliter admonemur/ſpiritu nunc lenitatis/nūc ſeueritatis obſeruando increpādo mō/ſtrando detrectantes deducere:negligentes excitare Ex quo bene & ordine a maioribꝰ noſtris in templis cathetizationes: cathedræ cōtiones lectiones ac roamata & his ſimi/

lia ad mores religionemq;/ac iuſtitiam non tam ui/q̃ inductione ac perſuaſione intro/
ducendam conſtitutæ fuerunt. Vis.n.aíum uel ſæpe conſtantem de ſtatu deicit/ ut quæ
extrinſecus cogitur/minime itus ſentiat. Paulo ſupra ætatem noſtram. Hi quos uulgus
Marranos uocat in Hiſpania ex hebræorum ſecta ad fidem iuſſu Ioannis regis ueni/
re compulſi:minime uirus occultum dimiſerunt/ ex quo uarios deinde populos ad
quos aufugerunt/eorum ſcelere contaminauerunt. Vt autem hoc magis exploratum
habeamus. Seruatoris noſtri/ſpectanda humanitas que uim omnem/ triſtitiam mor/
talibus adferentem tollere uolens ueteris ſeueritatem legis omni manſuetudine inter
polauit. Hoiem ſabbato curauit. Adulteram a legis pœna liberauit. Inimicis parcere — Nouæ legis libertas.
iuſſit. Iura Cæſaris:tributaq; minime prohibuit. Deniq; ritum a legali iugo ad chriſtia
nam plane libertatem reduxit. Ita ut contra naturam/contraq; dogma noſtrum ſeruus
aliquis uideri poſſit. Hanc miſeriam iuſgentium/ac bellorum in orbem introduxit/nunc
uero dei benignitate/liberi oẽs in Chriſto corpore pariter & ſpiritu ſumus:ut cum Da
uid aduerſus hoſtem inſultando dicamus. Ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Nos aũt
ſurreximus & erecti ſumus. Et Philemonem Paulus per epiſtolam hortatur:ut Oneſi/ — Philemon Oneſimus.
mum eius ſeruum fugitiuum quem Romæ in uinculis baptizauerat conciliatum nõ
iam ut ſeruum:ſed ut fratrem in Chriſto recipiat. Apud latinos aurea Saturni ſecula &
poſtea Saturnalia inſtituta libertatem hanc oĩbus chriſtianam plane portendere uide/
bantur. Quamobrem nõnullos legimus magnos uiros deum alioquin uerentes ſer/
uos familiareſq; domi uti contubernales & ſocios & fraterna ſibi iunctos caritate ha/
buiſſe/utq; illis parcerent æquã negociorum partem obiuiſſe ac una miniſtraſſe. Et hæc q/
dem ingenere morum/ac diſciplinæ norma cæteris actionibus formulam ſatis oſten
dere uidetur:ut nihil per uim quod ẽt ſponte rogas ab aliquo contendas. Nam qum
nolentem ſæpe/ac negãtem noſtri præſertim cauſa cõmodi precibus expugnamus / ac
plus æquo urgemus:uiolentum eſſe quis non uidet? Ex quo ſepe euenit ut etiam ſi po
titur nequaq̃ bene ſuccedat. Res admodum uituperatione digna magnanimo pſertim
quem & continentem/& grauiter modeſteq; agere/minimeq; anxium/aut aĩo ſollicitũ
uideri decet. Auguſtus Cæſar in ſenatu aliquid alicui ex ſuis petiturus id continuo adi
cere ſolebat ſi mereretur. Forum anguſtius fecit non auſus a poſſeſſoribus domos ex
torquere/quem & auus tuus ſancte pater imitatus uidetur/qui qum unus omnia poſ
ſet lutianorum ei contiguam/magnoq; incõmodo domum inuitis dominis nunq̃ attin/
gere/aut mercari contendit. Si uero quandoq; inſtandum:pro ſpiritalibus inſtandum/
ut ſcribitur ad Timotheum. Inſta oportune importune. Deinde p egentibus ope atq;
auxilio honeſtius q̃ pro nobis/aut noſtris. Preter omnis aũt uiro potenti quẽ uerentur
hoies qd/aut quomodo petat aĩaduertendum/qum eius uiolentæ ſint preces/ ac roga/
re/imparare fuerit. Nihil coactum deo aut hoibus acceptum. Quę.n.aut ex aĩo ſunt hi/
lari longe naturaliora. Naturæ namq; ſi recte conſideramus preſtantiora ſunt opera q̃
artis. Coloris namq; decus & omne factitium longe infra naturale conſpicitur.

De Præcepto Pauli unuſquiſq; placere ſuo pximo ſtudeat. XXVI.

LTERAM iuſtitiæ ptem nõ ſolum in ſponte tribuendo/ſed poſtulanti ad
a nuendo:nihil nẽgãdo pceptum ſupra Pauli poſitum clare uidet̃ oſtendere.
Verum idẽ alio in loco contra prorſus dicere appet. Si hoibus placerem Xpi
ſeruus nõ eſſem. Pugnãtia nãq; ſcripturæ uerba inter ſe uideri cõtentioſis fa/
cile poterũt humilibus aũt & modeſtis clariſſima/uiamq; purius ueritatis oſtendentia.
Vt manna olim hebreis pro morum qualitate ſapiebat. Nã & idẽ apoſtolus qum alio in
loco dixiſſet. Pacẽ cũ oibus hoibus hñtes. Q m hoc p quorũdam puerſos mores non
licebat. Addidit Quãtũ in uobis eſt. Itẽ ubi ait/uolo adoleſcẽtiores uiduas nubere. Q m
alibi uirginitatẽ ac cõtinẽtiã mrĩmonio ptulerat/adpoſuit Iã q̃dã abierũt poſt Satanã:ut
plãe cãm pcepti redderet in his q̃ abſtiere nõ poterãt & piculũ ne ruerẽt erat. In hoc igr̃
loco idẽ facere uſ̃. Ne in uitio pxio placere dixiſſe uideret̃/addidit in bonũ. Conuenit

item cum altero apoſtolico dicto. Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter deū.
Ad tolerandam itaq; iniuriam: ad ferendam contumeliam: ad oia deniq; mala que no
bis iure ꝓximi obueniunt: preterea ad benigne faciendum: ad alienas uirtutes ac lau/
des ꝓprus præferendas: ad comoda fraterna potiora ſuis habēda/ hec apoſtolica dicta
ſunt uerba. Sic.n.dominus hominibus placuit ut qum malediceret non malediceret.
Oibus gratiam petentibus adnueret/ mortem deniq; pro oibus ferret. Sed & ſuper iu/
ſtos & iniuſtos ſolem ſuum oriri iubet. Agrum improbi uiri æque bene ac iuſti cuſto
dit fructibuſq; uberem reddit. Hec igitur diuina opera ut hoc placēdi preceptum exeq
ualeamus ſubire nos oportet. In caritate non ficta ambulare/ nec ut ait ꝓpheta qui pa/
cem loquntur in lingua ſua/ mala uero in cordibus eoꝝ. Quamobrem quanto ſubli/
mior quis tanto ſubmiſſior etiam in Ciceronis officiis monetur eſſe/ tanto item obſe
quentior. Nemini uel ignoto fauorem/ conſilium/ auxilium ſiquo fuerit opus negare
uirum petētem/ ac plane nobilem decet. Nam & pagani fidelium doctores in hac pte
facti ſunt. Titus princeps eum diem quo nemini gratum aliqd feciſſet perdidiſſe ſe di
cere ſolebat. Humanitatem Cicero: uirtutem uocat hanc/ qum ait. Tribus nos rebus in
rep. magnos effici uirtute. ſ. bellica. Ingenio hoc eſt literis. Humanitate ſtudio. ſ. placen
di. His demū artibus. Innocentius. viii. noſtra etate ex humili loco ad pontificatū Fran
ciſcus Sfortia ad principatum. Deniq; Alfonſus Arrago ſenex ad Italiæ regnū puenit
Referam & de Falcone Sinibaldo uiro Romano in ea curia principi qui nulla alia
uirtute apud oēs nationes & ordines gratus celeberq; fuit. Ipſe ſeſe uel ignotis ad obſe
quium offerre ultro ſolebat Principibus uero qui faciles ſunt aditu & ad audiendum
prompti oia proſpere ſuccedunt. Hec ego percurri exempla ut plane conſideremus ſi
hoc uim ad parandam ſibi in hac uita gloriam habet/ non admodum perfecta/ neu ēt
uera caritas. Quantum ea humanitas que ex Chriſti timore & ſpiritus ſancti gratia p
uenit ad utramq; uitā facit euehit atq; extollit: NVNC uero parump ea in qbus Apo/
ſtolus placere refugit inſpiciamus. In eandem.n. ſentētiam ꝓpheta loqui eſt uiſus Dñs
diſſipat oſſa eoꝝ qui hominibus placent. Hæc namq; extrema: mirum: quantum diuer
ſos uideri faciant chriſtiani optimi mores: ut nunc uſq; uiliſſimis placeat: nunc uſq; po
tentibus & principibus diſpliceat. Hinc mitiſſimus & benignus. Inde ſeuerus & aſper.
ubi ad prima uerba placidus ac facilis: paulopoſt: nec iræ: neq; ruinis aliēis/ aut ulli ter/
rori cedens appareat. Dauid Semes ſeruū qui ſaxis eū petebat/ nō eſt paſſus ut Abiſai
interficeret. Idem poſtea eum qui Saulem regem occiderat placere putantem interfici
iuſſit. Rurſus eidem regi inimico dormienti pepercit Goliat uero atrocem comunēq;
hoſtem fortiter ſunda iteremit. Decem milia quoq; in bello trucidauit. Moſe nihil pla/
cabilius: qui diebus atq; noctibus pro populo deum orabat; iurgantemq; ac maledicē
tem ei humaniter ferebat. Eundem uero uitulum adorantem acriter increpuit/ tabulas
fregit: cum Madianitibus ſcortis cōcumbentes terribili cede plecti iuſſit. Petrus apoſto
lus placendi ſtudio alterum alteri ſubditum eſſe certatim iuſſit. Elemoſynam ad tēpli
portam petenti maiorē q̄ petiit ſtatim præbuit: Parte alia Simonem impudēter ſpūs ſcti
gratiā pecunia mercari q̄rentē ilico exanimatū ad pedes cadere iuſſit. Similiter Ananiā
cū uxore Zaphyra ſubita morte mulctauit. Prudentes igr̄ a dño monemur eſſe qm̄ nō
tā malefaciendo/ q̄ ēt ſepenumero bene agendo & uirtutem ſequēdo/ dū modū & ordi/
nē ꝑterimus iudicamur. Proximo placere dū ſtudes alteri fortaſſe noces: qd̄ ſæpe eue/
nit dū priuata quorūdā cōſolari q̄rimus: publica ledimus. Itaq; amicitiæ/ aut neceſſitu/
dinis gr̄a/ ſeu timore aliquo placere uolēs qum palā aliis nocere uideas iter eos fueris
quoꝝ dñs oſſa diſſipabit. Is deniq; laudatus ac inter paucos a dño dilectus q ꝓpheti/
cū illud ſibi ꝑſcripſerit. Si mei nō fuerint dñati tūc imaculatus ero. Qui ue multitudi/
nis mores: aut adfectus minime ſequēs ad iuſtitiā ſeruādam ſuis diſplicere non curat.
Odiū mauult & calūniā in his q̄ minime decēt nō obſequēdo q̄ beniuolētiā atq; laudē
uitioſæ petit. ōi adſentādo. In ptāe cōſtitutus aliquē Iudici lugātē cōmēdas nōne uides

quantũ amico placere ac ſatiſfacere ſtudes tantũ eius aduerſariũ peſſundas? Negotia
officiaq; ac ſacerdotia indignis & abutentibus ea rogatus ſeu mandas ſiue ex aliis im/
petras. Et ut magnifici liberaliſq; nomen apud uulgus tibi compares: Vt clientelam ac/
quiras quid cum illis agas quid concedas: quid aliis eorum cauſa eripias quę inco/
moda inferas: que mala exempla prebeas tibi curæ non eſt Ego uero ſatius in humili
fortuna & ſtatu ignotum ingloriũq; alioquin liberum ab his noxis eẽ dixerim q̃ in ho
minum luce & aura populari negotiũ cum periculo tractare/ quod pleriq; in gloriæ &
amicorũ comparandorũ materiam occaſionẽq; ſecuntur/ ex quo niſi quum id opus fue/
rit/ niſi cum magna cautione diligentiaq; regatur pfecto ad gehenã potiuſq̃ ad uitã ædi
ficat. Itaq; ſpiritalis hominis imprimis id fugere fuerit/ quod ſine q̃rela ſineq; iuſtitiæ
diſcrimine exerceri tractariq; uix poſſit: pluſq; apd deũ laudis in abnuẽdis rebus obla
tis q̃ accipiẽdis fuerit/ plus itẽ fugiẽdo q̃ pſequẽdo negãdoq; q̃ dando qd nõ licet/ glo/
riæ collocabit. Quid mihi amicitia opus eſt tua ſi abs te hoc impetrare nequeo: ait qui Chryſippus.
dam Chryſippo. At ille qd mihi tua reſpondit ſi ppter te aliquid inhoneſtũ ſim factu/ Themiſtocles.
rus. Themiſtocles & Cleon ut ait in moralibus Plutarchus in rep. diuerſa ſententia in Cleon.
ter ſe fuere. Alter enim acceſſurus ad remp magiſtratũq; initurus ſeſe amicis excuſa/
uit ſi nullũ eis reſpectũ habiturus eſſet nec ob principatum minime placiturus in quo
ex æquo tractare omnis ac ſine diſcrimine oporteret/ Alter Themiſtocles quum eſſet in
imperio admonitus ut æque ſe omnibus praſtaret Quin abſit inquit ut ego dũ pote/ Cæſar
ro non magis amicis cunctis in rebus nullaq; habita ratione faueam. Similis igit͛ his Cato
in Romana rep. Catonẽ & Cæſarẽ fuiſſe accepimus. Diſciplina namq; publica priua
taq; domi foriſq; modo ſeueritatẽ nõ excedat/ mediocritatẽq; cuſtodiat ſemper lauda
ta. Nam & audatiæ/ temeritati/ contumaciæ maleficio/ deniq; legum contẽptori omni
bus q ad coercẽdũ auctoritatẽ ex officio aut neceſſitudine aliqua retinent/ omnino ui
reſiſtendũ Nec ſine cauſa ſpiritalis enſis pſanũ/ ubi opus expoſcit. Vitis enim arborq;
putata uberiores pferet fructus: luxuriantes uero dimiſſiq; palmites ac rami in ſiccita/
tem reliquum conuertunt. Depaſtæ ſegetes in herbis maiorem frugis copiam reddunt
Flores ſi partim excutiant lætiores reddunt remanentes fetus Adeo caſtigatione fre/
noq; omnia indigent. Sic & in moribus uitioſa licentia: intempeſtiua indulgẽtia: mol
lis adſentatio luxuriantes animos uaſtat magis q̃ in uitium adcẽdit: negotioq; ac mo/
dici temporis ſeueritas in his que concedi fas nõ erit utriq; parti neganti ſcilicet ob cõ/
ſtantiã atq; officium: petenti uero ob patientiã magnã adfert protinus utilitatem.

De Iuſtitia communi uirtute. XXVII.

EST Inſuper in uniuerſum communis una uirtus Iuſtitia appellata Quo
nomine omnia benefacta etiam tres illæ theologicæ cẽſentur Hac inquã
plena ſacra uolumina: pleni pſalmorum & aliorum prophetarum libri
conſpiciuntur. Iuſtus ut palma florebit/ Exultabunt iuſti in gloria. Beati q
eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Ante omnia iuſtus ex fide uiuit. Ex quo tota
infidelium uita peccatum & iniuſtitia ut ait/ Auguſtinus Iuſtum igitur Chriſtianum
eſſe oportet/ ex qua iuſtitia nemo excluditur Deus inquit apoſtolus uult omnis homi
nes ſaluos eſſe/ hoc eſt ex omni genere ac ſtatu ut ait Auguſtinus. Quam latum am/
plumq; dei munus hoc non limitibus coarctatum anguſtis: non in uno tantum ordi/
ne genereuę coactum ut Pſalmus ait/ Magna opera domini: Et rurſus Magnificentia
opus eius & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Quamobrẽ ſingulos breuiter pcur
ram ſtatus ut plane quod diximus appareat & quid cuiq; agendum.

De diuerſis hominũ ſtatibus/ ac primum quomodo qui poſſident recte poſſident. Et qui diuites qui ue pauperes proprie dicendi. XXVIII.

S VNT Qui diuites aut ꝓprium aliquid poſſidentes accuſant ueluti con
tra naturam quæ facit omnia comunia agentes Apoſtoloꝝ inſuper tem
pora prædicant/quando ad eoꝝ pedes pariter uendita ponebant Contra
quos Auguſtinus in libro de Aereſibus Apoſtolici inquit dicuntur qui
ſe hoc noie adrogātiſſime ornauere eo qđ in ſocietatē uēntes coniugio &
res ꝓprias poſſidētes nō accipiūt quales habet eccleſia clericos & monachos Vt autem
eoꝝ damnatā ꝯſutemus opinionē Ex Aquinatis dicimus auctoritate Circa res exteriores
duo ꝯſiderari oportere poſſeſſionē ſcilicet & uſum. Inprimis hoi ꝓpria poſſidere ſeu cu
rare nō ſolū licet ſed etiā ad uitā humanā tuendā tribus de cauſis neceſſariū Primū qdem
qđ maiorē qſq; adeā quæ ſibi ſoli incūbunt diligentiā ꝙ ad ea que omniū uel multoꝝ
comunia ſunt adibeat Quiſq; nāq; ſibi cōſulēs alteri que cōis ſunt laboris ut in inuiſta
multitudine ſolet euenire facile relinqueret. Deinde res humanæ ordine ac bene regū
tur ſi ſingulis cura propria rei alicuius incumbat. Tertio quod res in pace magis con
ſeruantur dum quiſq; re ſua contentus eſt. Vnde ſæpe uidemus inter eos qui res poſ/
ſident indiuiſas bella contentioneſq; oriri. Alterum uero quod circa externa conſidera
tur uſus eſt ac diſpenſatio In qua res proprias ueluti comunes habere decet/hoc eſt ut
facile egentibus opitulemur ex illa apoſtoli ſententia. Diuitibus huius ſeculi precipe
Non altum ſapere/comunicare/facile tribuere. Baſilius cur inquit tu abūdas ille uero
mendicat/ niſi ut tu rectæ diſpenſationis/ ille patientiæ præmia conſequatur Sic itaq;
uterq; officium ſeruare potent/ Nec ut quidam cauillantur diuitias poſſidere pro/
prias contra relligionem aut ius naturale/ſed uiti naturali per rationis humanæ inuen
tionem prudenter additum. Quod autem ab initio uenderent omnia Pro tempore/ꝓ
q; loco hoc fuit inſtitutum ut ait Aquinas Nam Hieroſolymis erant unde cito expelli
a Iudæis aut certe ex futura ac proxima urbiſ direptione omnia ꝑditum iri metuebant.
Signū q ꝗad gētes poſtea migrātes apl'i nō eundē ritū ſeruare. Si qs aūt querat Qui ꝓpriæ
diuites quiue pauperes uocandi Xenophon in quodā de Tyranni de tractatu pulcher/
rime exprimere uidetur. Status namq; hominū inquit ut ꝓ qualitate/conditioneq; ſua
egent atq; abundant ita taxantur. Pauper eſt rex tyrannus princeps qui quanꝗ uectiga/
lia multa/multaq; item millia poſſidet eius tamen uictui/cuſtodibus/ſeruis/ militibus/
ac aliis eius conditioni conuenientibus uel nō ſuppeditant/ ſeu certe ex eis nihil ſuper
eſt Is uero diues qui quanꝗ parua poſſidet ſuo nihilominus ordini non ſolum ſatis
ſed lōge ſupſunt. Comodius itaq; hic ex ſua tenuitate ꝗ princeps ille potēs rē aliorum poſ/
ſidens ordini ſuo minime ſuppeditantē: dare benigneq; aliis facere poterit. Vt autē de
ipſa loqmur diſtinctius paupꝑtate. Hæ plane qnq; in hoibus cōſpicit̄ modis Omniū peſ
ſima ac duriſſima/quæ ex re qdem nō aīo naſcit̄ ut euenire plerūq; his ſolet q ſine pau
ca ſeu plura poſſideāt plus optare ꝗ ſatis eſt/ac ſupra nidū paternū attolli cupiūt/eo ꝑfe
cto paupꝑiores & in utroq; ſeculo infeliciores quo plura cupiūt & minus poſſidēt/ Tali
bus igit̄ ab apoſtolo dicit̄ Qui uolūt diuites fieri incidūt in tētationē & laqueū diaboli
Alii uero lōge his ſapiētiores q hāc nō tā re ꝗ aīa cōplectūt̄ Hiq; duoꝝ generū Aut enim
rē ipſi honeſta uia ſibi parāt/modūq; ꝗndoq; parādi ſtatuētes nō ultra cupiūt. Illud ſapiē
tis dictantes paupertatem aut diuitias ne dederis mihi: ſed tantum uictui meo tribue
neceſſaria. Alii uero iam parta inuenientes ad beneficentiā ac liberalitatē que ſupſunt
facile ꝯferūt Felices & ipſi q ſibi paupꝑes ꝓximis uero diuites uixere. Reliq duo ſtatus
ad relligioſoꝝ ptinēt ordines q & aīo & re paupꝑtatē ꝓfitent̄ qdā attamē priuatim nō pu
blice/Nōnulli uero & priuatim & publice hiq; oium ſupremi & apꝑlicati uitæ ꝓpriores.

ℭ De Officio boni principis. XXVIIII.

VIDEMVS Enim & legimus impatores reges principes in catalogo ſan
ctoꝝ eē q regna & ipſa uſq; ad extremū ex diſciplina xpiana ꝑ ſctē admi/
ſtrauerūt/ut dei i hac ꝑte miniſtri ita ut eoꝝ exēplo cæteri i hoc officio ſuc/
ceſſuri minīe uereant̄ ꝑ dei gratiā atq; ꝓuidentiā terrenis ſimul & ſpiritali/
bus uacare poſſe Hoꝝ itaq; officiū qđ & Habraā & cæteroꝝ ꝑtriarchaꝝ fuit Qđ uē apo

ſtolus ad Timotheum cõmemorat Diuitibus huius ſeculi precipe Non altum ſapere/ comunicare/non ſperare in incerto diuitiarũ ſuarum ſperare Pauperibus igitur nõ ſibi hi diuites fuere Re diuitias:paupertatem animo retinuere Ius faſq; ſanctũ terris:mores populis:otia ferro tribuerũt/Eremitã/uileq; habitũ interiorẽ/purpura exteriore mẽtiti ſũt Relligionẽ cultũq; diuinũ templorũ/Cœnobiorũ Xenodocheorũ cõtructiõe/ſacrorũ inſtitutione auxerũt. Viduas pupilloſq; ſuſceperũt Rẽ ſibi creditã nõ i paraſitos ludos cõgiaria uenationes argentea/ut mos eſt plerũq; principũ cõſumpſere Bella uero non ciuilia nec contra fratres ſed in Chriſti inimicos geſſerũt Nihil poſtremo ꝑ ambitionẽ aut inanem gloriam ꝑ eos geſtũ Quibus meritis tandem dignos ſe in uinea domini Sabaot operarios reddẽtes æternã in cœlo gloriam & nomẽ apud poſteros perpetuũ retulere.

¶ De Officio patris matriſq; familias. XXX.

PATERFAMILIAS Si diues erit rei modũ ſtatuat / nõ licen tioſius ædificet/ Agrum uicinum nõ emat aut uexet/modo filii nõn egeant/ſatis habet nec ex eorũ copia ſibi poſt mortẽ auxiliũ ſolãtiũ ue ullo peruenturũ putet. Quin potius ex multa anxietate ipſorũ gratia ſuſcepta ſiqd piaculi ex eo luxu infuturũ admittat/deo reos rationẽq; reddituros fore. Excuſatio auaritiæ patrũ: ſe cauſa filiorũ emulare quum ꝓpriæ cupiditati potius indulgeãt/ Si enĩ ad petitui legẽ ac metã ſtatuat/ſi pie modeſteq; uixerit:ſi deniq; in deo ſperauerit/ huic ab apoſtolo dicet Gaudeat diues in humilitate ſua:paup aũt in exaltatione ſua.Paup enim ſatis habet æquo egeſtatẽ animo tolerare:nihil eius cauſa ab officio diſcedere:in rebus duris ꝓuidentiã nõ incuſare/ſed ei gratias ſemp agere/ſeſe ſciẽtẽ re philoſophari.Nam paupertas parua quædam philoſophia ut dicebat pythagoras uidet/ Qđ enim philoſophi uerbis ꝑſuadere ꝯtendũt/re ipſa paup exercet/Deinde nouerit ꝑ patientiã & uitæ incomoda/nõ æquis cũ diuite culpis ueniã ſe citius apud deũ conſecuturũ.Diuites noxios: Plato in tartara collocat ũnde nũꝗ exitus Eſt .n. Tartarus unus e quatuor inferni fluminibus Cocyton & phlegeton amnias quandoq; purgata ſex ipſius ſentẽtia emittũt/Quas circũ ubi mille rotã uoluere ꝑ annos Letheũ ad fluuiũ deus euocat agmine magno Scilicet immemores ſupra ut cõuexa reliſnqnt/Rurſus & incipiãt in corpa uelle reuerti . Habet inqt ambroſius paupertas ſuũ martyriũ æquo alioqn aĩo tolerata:Diuiti nãq; nõ ſat bene paruũ habere/a uitiis abſtinere:uerũ benigne aliis facere:a deliciis & cultu ſupſtitioſo ac uitæ genere delicatiore abſtinẽre oportebit. Alioqn his dicet Veh uobis diuitibus q habetis ꝯſolatiõẽs ũras. Diues nãq; ille euãgelicus q ſepultus i inferno ponit/nõ fenerator/nõ adulter nõ tyrãnus nec alio crimie taxat/ſed tm̃ qđ epularet cotidie ſplẽdide/& idueret byſſũ necdemũ paupis lazari miſericordia caperet • HABET & materfamilias ꝓceptũ apſicũ Mulier ſaluabit ꝑ filiorũ gñationẽ ſi ꝑmãſerit i fide cũ caſtitatẽ Et alibi uolo doloſcẽtiores uiduas nubere/mrfamilias eẽ/ Magna his laus:Educatio liberorũ Chriſti gr̃a numerũ fide liũ augere/ꝓſertĩ ſi nutrices ipſæmet agãt/uberib9 ꝓpriſ nutriãt:His adcedit iqeſ nocturna ſõnus iterruptus:uagitus ifantiũ:ſollicitudo ſiqd eis acciderit Mox adultorũ iportunitas & ſepe ꝯtumacia Parte alia familiæ reliq diuerſa igenia tolerata uiri quandoq; dyſcoli moroſitas/ carĩſſimorũ mortes atq; morbi.Qđq; omniũ duriſſimũ ſuſtãtia uſui minie ſuppeditãs Deniq; habitu/iceſſu locutiõe/ ꝯgreſſu ſeſe cæteris feminis exẽplũ ꝓbeat. Quæ oia alacrit/ac prudẽter obita ad cœleſtẽ ꝓculdubio gl'iam matronã (ꝑducent.

¶ De Filiorum in parentes reuerentia. XXXI.

HOC Poſt dei cultũ officiũ ex his que ꝓximũ attingũt ac alterius tabulæ decalogi principiũ inter Chilonis quoq; dicta/q tẽplo delphico poſuit/ hoc itẽ erat ſecũdũ Primũ deos colẽdos Deinde uenerãdos parẽtes: Tertiũ a canibus abſtinẽdum. Obſuãtibus itẽ in ſacris uoluminibus uita que nũc eſt

Diues euangelicus

& futura promittit Magno nobis exemplo ſunt Ciconiæ/quæ parentū ſenectutem alunt
Cicero p roſcio — Lex antiquitus nulla in patricidas lata/ quod ut ait Cicero ꝑ Roſcio tantū feritatē tanq̄
atrocem in hominibus animū nullo modo exiſtimarent & adeo crudele facinus exco
gitarent/Idem in eadē oratione Duoꝝ fratrū exemplū ponit q̄ cū patre in eodem con/
claui dormiebant/Eo clam nocte interfecto quæſtio de filiis habita Quod tamē cubi/
culi fores apertas & illos alto ſomno dormientes inuenti fuerint/abſoluti facile fuere
Orestes — Quum in tanto flagitio eos quieſcere poſſe nō ſatis uerīſimile putaret/Tale namq̄ fa/
Nero — cinus de ſtatu menteq̄ deturbat ut oreſti poſt matrem interfectā eueniſſe/legimus Ne
Tullia — ro princeps ob idem crimē nō minus potuit inſanus dici ut exeo in alia innumerabi/
lia flagitia ueniens tandem populo inſectante ſibi manus adferret/Ante hūc uero Tul
Abſalon — lia Seruii regis filia/non ne crudelitatis in parentem poenas ad extremū miſera illa Re
Pruſias — gum fuga & in exilio reliqua acta uita dediſſe uidetur. Abſalonem cauſa quoq̄ ſimilis
ad infelicem deduxit exitū/Pruſias item qui Nicomedem patre regno expulit/a Ro/
manis & ipſe demū expulſus eſt. Apud Romanos olim filii cum parentibus non laua
bant/ob in eos reuerentiā/quæ tanta fuit/ut pleriq̄ ædificioꝝ opera nō ſibi ſed illis dica
Augustus — rent/Hadrianus Traiano patri ſmolem Hadriani inſcriptione adhuc extante: Ante ipſum
Traianus — uero Auguſtus Iulio multas Iulii nomine/alpes ciuitateſq̄ Herodes uero Athenienſis
Herodes athe/niniſis — Attico patri Theatrū. Antiochus Seleuco/Seleucam urbē: doctores pfecto in hac par
Antiochus — te Chriſtianoꝝ quoq̄ nōnulli non ſolū ſua illis adſcribūt ſed patrū monumēta in ſermo
menq̄ ſuū trāſferūt. His igitur obſequi obtēperareq̄ oportet/In his preceptū eſt apoſto/
licum/Filii ſubditi eſtote parentibus. Parētes nolite ad iracūdiam ꝓuocare filios Quod
pfecto non abre meminiſſe uidetur/Sunt enim ſenes plerumq̄ dyſcoli: importuni: que/
ruli ex quo illis breui de cauſa maledicūt Quæ qdem execratio uel quādoq̄ iniuſta q̄
metuenda ſit filiis multa ſepe docuerūt euenta Matres præſertim ut eſt leuior hic ſexus
ab re ſæpe querunt exactam diſciplinam ac obedientiā ex filiis poſtulāt Siquid leue ad
mittitur/grauiſſimū putant. Verbū facile uulnus exiſtimant. Iuuentutis/temporis/perſo/
narum rationē habent nullam Beneficia p iram exprobrant: clamāt a nuru ſe petita fa/
mulis deſeri: filios eſſe credulos: querelis deniq̄ ac tumultu omnē referūt domū. Durā/
dum tamen filiis p tanti officii cuſtodia/& eos imitandū q̄ omni potentia & humanita
τριπτυχια — te his trecteria reddidere Quoꝝ exempla plurima apud auctores legunt/Eius impri/
Coriolanus — mis que in carcere matris inediā clam uberibus ſuſtentauit. Coriolani quoq̄ erga ma
Veturia — trem ueturiam/cuius gratia a patriæ obſidione diſceſſit. Alexandri magni erga Olym/
Alexander — piada parentem peſſimā feminam/quam ingenti humanitate tractauit ac continuo to/
Olympias — lerauit. Fratrū illoꝝ Duoꝝ qui teſte Cicerone matrem debilem ad ſacra iunonis ꝓpe/
rantem ſubcollauerūt Quibus illa demū quod reꝝ eſſet optimū precantem/mori dici
tur eueniſſe. Et illius q̄ contra patrem iuſſus ab Auguſto uictore in bello ciuili certare
cedi potius a patre ſuſtinuit/Ioſeph in annonæ caritate genitoris ꝓcul exiſtentis memi/
nit/nec cū felicitatis in quam ipſe uenerat/expartem eſſe ullo modo eſt paſſus. Non par
uo demū exemplo eſt. Dñs q̄ parentibus & ipſe ſubditus eſſe narratur. Sic igitur deo pri
mū ac illis iure ſatiſfacimus Vnde matri longa decem tulerunt faſtidia mēſes Quoniā
ut i officiis ſcribit Dare nec ne in nr̄a eſt poteſtate Nō aūt reddere uiro bono nō licet.

De Præſbyteri dignitate ac officio. XXXII.

P RAESBYTERI Ordo quanti apud maiores olim ueneratione fuerit
& nomen ipſum eſt argumento quaſi ex omni multitudine uirtute ſenior
ac ꝓbatior electus: & multa de ipſius dignatione ueteꝝ exempla declarāt
ſPopulonienſes abeato Gregorio pontifice præſbyterum q̄ ſacra eis mini
ſtraret/magni loco beneficii receperūt/Marcum euangeliſtā ut ſacerdotio
indignus haberetur pollicem ſibi ſponte abſcidiſſe memoriæ ꝓditū: quum huiuſcemodi

ſimul & cecitatis caſus rem hanc impediant/Hieronymus hoc ſe tantũ titulo gloria/
batur/Franciſcus Minoꝝ inſtitutor hũc ita uerebaẽ ut ad eũ ꝓmoueri nunquam ſit ob
modeſtiam paſſus/Orante namq; pſbytero ſuper egrũ aut defunctũ ſeu etiam ſacri:cã/
te catholicæ uicem eccleſiæ refert Animas ſoluendi ligandiq; preterea catheuzãdi exor
cizandi monendi caſtigangi ppſum/quodq; maius ſacrificandi ac Chriſtum ad aram
eliciendi auctoritatem a deo traditam perpetuo retinet/Huius in quam & Diaconi of
ficio inquit Auguſtinus nihil periculoſius Nihil rurſus glorioſius ſi eo modo quo no
ſtet iubet imperator militet/Duplici ſacerdotẽ honorẽ/ hoc eſt munere dignũ Paulus
cenſet/Ex quo turpe admodũ hunc mendicare aut mendicantẽ in ordinẽ recipere Re/
ceptum uero ſemel ac egentem præſertim bonũ magna laus ſuſtentare Quamobrem
ſanctitate/modeſtiaq; hunc præceteris præditũ eſſe decet/Negotia que ad quæſtũ ambi
tionemq; faciant omnino uitare. Præterea inceſſu geſtu habitu grauiorẽ quadã præ ſe
uitam ferre Criniti olim & calamiſtrati choris tũ in fames eiciebanẽ.Curam animaꝝ
non ſponte ſed iuſſum demũ ſubire. Vltro namq; petentẽ & canones & omnis theolo
gorũ ſcola indignũ cenſent/Egentes uero ex eccleſiis cura curam ꝓuentus aliquot ſeu
munera optare petere ue iure permittũr: Quod ſi ex patrimonio ſeu aliunde uiuendi
facultas adſit/nequaq̃ ſed iam poſſeſſa ſeu ſponte oblata inopibus diſpenſare/Hierony
mus & ſuo aduocatus pſbyteri ambo ſine ullis eccleſiæ ꝓuẽtibus: antũ alter ex eleemo
ſynis: alter ſuo ex patrimonio uictitantes ſanctitatis & abſtinentiæ huic ordini imitan Hieronymus ſuo
da exempla reliquere/Animaꝝ autem cura uacuũ ad ſacrificandũ qdam nõ compellũt
Verũ ex plurimoꝝ & præſertim Aquinatis ſententia in celebritatibus feſtiſq; præcipuis
fas eſt A miniſtrandis tamen ſacris ſibi coſcius atq; expiatus omnino abſtineat/ Adſti/
ctis conſulat/ignaros doceat Sacerdotis eſt officium inqt Hieronymus interrogatum
reſpondere.Sacroꝝ uoluminũ lectioni ſtudioq; tantũ/legibus uero aut phyſicæ audiẽ/
dis in conſulto pontifice nequaq̃ uacet:Spectacula uitet/ Templũ frequentius colat in
hoc officium omne nõ qſtus ſed Chriſti gratia præſtet/ Ante omnia huic generi caſti/
tas peculiaris Quæ & in ueterũ quo ſuperſtitione ad eo fuit obſeruationi ut campos
elyſios poſtremo caſtris deberi ſacerdotibus apud uirgiliũ legamus. Quamobrẽ im/
purũ ac plane concubinariũ ſacrificantẽ uitare decreta nos iubent.Sed ante omnia Sci/
ſmaticũ Aereticũ Irregularem:ſacris interdictũ :ex gradu quoq; & ordine deiectũ/ nec
rite ad ordines ꝓmoueri neq; ꝓmotũ his ullo modo uti poſſe declarãt. Digne autem
ſemel ꝓmotus quanq̃ in hos poſtea inciderit errores:qd poteſtas & character ut in ba
ptiſmo nõ iterabilis perpetuo remaneat ſacrificare qdem/ ac miniſtrare nõ tamẽ abſq;
noxa poterit Nobis autem omnino uitãdus boniſq; quoad liceat deligendus. In ſacri
ficando enim duo ſunt Sacramentũ in primis quod æque a quolibet auctoritatẽ habẽ
te tractatũ ualet/Dei namq; gloriæ cedit ut ei miniſtri uel mali ex ꝓuidentia ſeruiant.
Secũdo loco eſt oratio que ſi ut ex totius eccleſiæ miniſtro q̃uis improbo conſideratur
hec & reliqua eius officia generatim pro q; aliis ꝓculdubio ꝓbantur/quanq̃ ex priuatum
ad regnũ conſequendũ minime ꝓfutura/Si autem ut ex uiro bono & ſacrificiũ & reliq̃
omnis adminiſtratio populo adſtãti ac participi longe utilius erit/ ad ſalutemq; & dei
gratiam ꝓmerendam faciet magis. Sed extanta maioꝝ obſeruantia/que aduerſus hũc
ordinem habebaẽ quo res redacta ſit facile uidemus . Nihil nũc in orbe fedius Nihil
contaminatius/nulli uilioribus dediti officiis.His culinã/ſtabulũ equoꝝ:turis negotiũ
uilia demũ omnia mandanẽ. In priuatis domibus uir uxor filia ſtanti ſedẽtes impant/
iurgia dicunt Domus nulla fere nobiliũ præſertim quæ nõ dicam honore hoc ornata
ſed dedecore inquinata exiſtat At ſaltem optimus eligeretur/ mirum quod plerumq;
uidere licet / ex omni prole hunc q & forma & moribus longe ſit inferior deo pollici/
tum dicari Ex quo non mirum ſi mala omnia exempla ex his orta conſpiciuntur
& familias tandem ex opibus huiuſcemodi auctas non admodum diu incolumes
uidere ſepenumero liceat.

¶ De Prӕſulis officio & cura omniũ grauiſſima. XXXIII.

E T Ordinem ſuũ prӕſul cuſtodit/& inſummo perfectoq́ uitӕ genere uerſatur Ex quo nõ ſolum modeſtia/caſtiſq́ moribus ante omnia probatus ſed ut populum preceptiſ ac homelius inſtruere: prӕterea zizania & inſurgentia peruerſorũ hominũ praua dogomata refellere: quum opuſ ualeat ex omniũ ſententia theologoꝝ Iuris pontificii ciuiliſq́ chriſtiani dogmatis peritus diligendus Qui ſi prodeſſe nõ minus q̃ pҽ eſſe curabit ſi animã ꝓ ouibus quum forte ſit opus põſuerit Si populi peccata que ſorte neglexerit ꝓpria reputabit Si adeant dignitatem nõ ut ad opes & delitias ſed laborem ac ſeruitutem Chriſti cauſa tantum acceſſent/ Si facultates que ſnp ſunt non paraſitis aut ſuis ſed paupꝑibus uiduiſq́ ac pupillis diſtribuerit. Is demũ ꝑ hoſtiũ ingredieť. Verũ res hӕc iam ad fures redacta & uirtute argentea parabilis conſpicit/ Nec ut olim bonũ opus exqrunt pleriq́ ſed ad urbes ꝓuentus uoluptati pariter & ambitioni ſuppeditantes palam contendunt: Ex quo grex dominicus nõ iuuať ſed inficiť: Temploꝝ ſacroꝝq́ cura ab eis poſtmodo ſubditis uel ſepe indignis mandať. Quod ſi ꝓuinciam officiuq́ ſuũ ꝓbe perſpicere uoluerint/nullum tempus otio uel honeſto ſe ſciat habiturũ Mores populoꝝ diſcordiӕ litigantium/ mulierũ intemꝑantia laſciuuſq́ ornatus/teſtamentoꝝ prelegata teſtamentoꝝ iuſta inferiӕ: ſacroꝝ loca neglecta officia/ illoꝝq́ uſurpatiq́ direptiq́ ꝓuentus Emphiteoſiſq́ ac locationes non ex ӕquo factӕ conceſſӕue Cleri decor & uenuſtas Cerimoniarum obſeruantia. Sed & quӕ ciuiũ partes uideń neqd in cõſiliis publicis contra deum boniſq́ mores ſanciať/ne ulla ꝓximis iniuria publica inferať/ Ne fœnore ſeu nouis atq́ inhoneſtis uectigalibus plebs graueť: Nõ alea palam exerceatur/ Nõ ſpectacula turpia periculo ſaue edantur Nõ deniq́ maloꝝ aliqd cui reſiſtere poſſit exſurgat ad curã ſuã pertinere omnino exiſtimabit Hӕc ars diſciplinaq́ priſcoꝝ illoꝝ quoꝝ ſi ꝓpe ueſtigia nunc imitarẽtur/aut non cӕteris quãdoq́ peiores eſſent non ſolũ ſpiritalibus ſed etiam ꝓfanis urbium ac populoꝝ omniũ rebus bona cũ uenia ꝓculdubio dominarenť/nulliſq́ his nec princeps aut tyrannus aduerſus ire reſiſtereue audiret/ Nota Theodoſie erga Ambroſium eũ a templo reiicientem reuerẽtia Et Cantuarienſis aduerſus regem ſuũ contumatia Vnde ſibi gloriam immortalẽ Illi uero & labores maximos & ignominiam parauit ſempiternã. Noſtra uero ӕtate Antonini ꝓſulis Florentini uiri ex intimo plane loco q̃tam apud eos ciues auctoritate pollens fuerit iam omnibus palã eſt. Quid igitur mirum ſi ꝓſulem ambitioni auaritiӕ libidini obnoxiũ nõ aliis faciunt homines/deteſtanť execrenť/ex urbibus pellãt/poſſeſſionibus priuẽt/ ſi ex qbus ӕdificari ſperãt/dextrum ſimulq́ ꝑditũ iri facile animaduertãt & quẽ liberi eſſe animi decebat uitioꝝ ac potẽtũ plane uiroꝝ ꝑ timore ac cupiditate miſerũ ſeruũ ꝯſpiciãt/ Romanã Curiã ad ſubter fugiẽdũ officiũ/explẽdũq́ libidinibus animũ ut honeſtũ locũ pleriq́ ſibi diligunt. Nec tñ nullã quãdoq́ cauſam ſecedẽdi interuenire poſſe ex theologoꝝ cõfeſſione omnino dixerim ut ꝑ inſectationẽ aliquã ſeu corpꝑis periculũ/modo idoneis relinquať eccleſia. Auguſtinus ad Honoratũ De ciuitate in ciuitatẽ ingt ex Chriſti uerbis pꝑſecutores ꝓſuli fugere licet modo ab aliis q nõ ita q̃runť/nõ deſerať eccleſia. Quod ſi periculũ ouibus imineat nequaq̃ Nicolaus i decreti ſi periculũ ingt nautã itrãgllitate nauẽ deſereť quãto magis in fluctibus. Ex eiuſdẽ quoq́ auctoritate libri res ꝓprias ſiue acqſitas iure ꝓſu poſſidebit/ eaſq́ ſuis modo libeat relinquet Ordinẽ uero aliquẽ ꝓfeſſus eius nihilominus inſtituta ꝓmotus ſi per ualitudinẽ & inhabilitatẽ ad officiũ licebit omnino ſeruabit.

¶ De Obedientia & in maiores obſeruentia. XXXIIII.

VSTITIA Quanq̃ omnem fere uirtutis modum amplecti in omnibuſq́

I rebus agendis que preſertim ſunt/ad alterum refulgere uidetur/ plurimum tamen erga maiores obedientia pariter & obſeruantia conſpicitur Eam ſiquidem primam in cœlo iuſſam quoniã angeli aduerſus eoꝝ au/

ctorem neglexerunt iure de cœlo ceciderunt / Qui uero remanſerũt imperpetuũ deo
non ſolũ obtemperant ſed illum cõtinuo admirantᷓ ut ait Petrus in epiſtola: Ipſi deniq̃
interſe alius alii ſuperiori paret Ab ipſis namq̃ primis choris dei mandata ad inferio/
res gradatim deducunt In quo quidem officio ita continuo perſeuerant/ ut nihil diui/
num aut humanũ ſine his agatur. Nimirũ & nobis quid agendũ/ac eorũ ſequi ueſtigia
facile oſtendũt/ quemadmodũ in eccleſiæ hierarchijs ſatis etiam apparet/ dignationes
ſcilicet primas a ceteris obſeruari oportere. Quamobrem unus populo fideliũ præſi/
det uniuerſo a quo deſciſcere nulla cauſa niſi acreſeos licet quem uel dyſcolis obtempe
rare ſacro doceamur eloquio. Has igitur actionũ primitias creatoris omnium deo pri
mũ debemus: illius ante omnia ſubdi ac parere iuſſionibus Dæmonis autem inuidia
& nos in eandem per Plotoplaſten uenientes contumaciã æternæ morti damnati: gra/
tia deinde ac humanitate dei/ ac domini noſtri Ieſu chriſti rurſus per obedientiã priſti/
næ dignitati reſtituti ſumus. Ipſe namq̃ primus obediens factus patri uſq̃ ad mortem
Veni inquit non ut facerem uolũtatem meam ſed eius q̃ miſit me patris Hac nos edo/
cti donatiq̃ uirtute p fidem ſumus. Credidit Habraam deo & reputatũ eſt illi ad iu/
ſtitiam Credens autem ilico paruũ filiũq̃ obtulit. Apoſtoli deinde ipſius ueſtigia ſequẽ
tes ac mandatis obtemperantes alius alio miſſi ſunt: Quorũ principi dictũ Qum con/
ſenueris alius precinget te & ibis quo tu non uis Horũ quoq̃ iuſſu alii diſcipuli nũtia/
tum euangeliũ euntes in diuerſas orbis partes p medias ferri acies penetrauere Nihil
enim recte factis æque contrariũ q̃ propria uoluntas que nos ſepe decipit. Ex quo in
oratione dominica non noſtram ſed illius fieri ante omnia poſtulamus que ita nobis
aduerſa eſt ut in otio iuſſo q̃ in negotio ſponte ſumpto præſtet eſſe. Quamborẽ & rel/
ligioſi qui ſe obedientiæ uoto auctorauerũt uel dormientes ſeu edentes plus præſtare q̃
multi ſua ſponte opus alioqn rectũ exercentes glorient. Quod enim dificilius hoc pre
clarius. Legimus enim Cratem Thebanũ & & Pythagorã & Socratem & alios q̃ plu/
res ſpretis facultatibus in paupertate uixiſſe/caſte/item ſobrieq̃ agitaſſe; ſeſe autẽ negaſ/
ſe nequaq̃ quod Chriſtianorũ abſolutoriũq̃ hominũ ac dominũ Ieſum omnino ſequẽ
tium pprium Seſe autem quiſq̃ negare q̃dem uidet dum nihil aduorũ agit/nihil ex ar/
bitrio tentat/ faſtũ comprimit humanũ: gloriam deniq̃ alii ſe ſubiciẽdo deſpicit/ In qua
quidem re laus potiſſima ea certatim ex ſeq ac tolerate iuſſos que nec expectata q̃uis
acerba nobis obuenire uident/ Quamobrem in rebus difficilibus & aſperis nobis ex
deo uenientibus patientia longe omni labore ſponte alioqn ſumpto preſtantior. Ex his
deniq̃ totus ſanctorũ catalogus laudem imprimis pmeruit David domeſticæ calami
tatis ac diſcidiorũ turbæ & in ſectationeſ tanta humanitate ac ſui cognitione tolerate ad
cœlũ extulerunt & alios alia. PRINCIPIBVS item regibuſq̃ terræ quos dei mini/
ſtros prudentia conſtituit ſubigi ac parere merito admonemur / non enim ſine cauſa
gladium portat ait apoſtolus His itaq̃ boni omnes q̃ agere in pace cupiunt quietemq̃
amant libenter obtemperant. O quanta p magiſtratu comoda Seditionem comprimit
audaces frenat: bonos tueat: improbis reſiſtit: uim pibet: leges ac iura ciuitatis cuſtodit
ut ſimul in una ſocietate: populus coactus: iuſte p ſancte pie uiuere liceat. Per hunc in
quã gladiumq̃ ipſius gens olim in montibus errans uelutti feræ ac ex his que ſibi q̃ſq̃
per uim parabat uictitans armorũ poteſtate compulſus ciuilibus parere mandatis didi
cit Nam ſi unius olim ciuis ſeruator apud Romanos corona graminea donabatur:
Multitudinis ſeruator legibus obtempantis quam coronam laudemq̃ pmerebitur?
Minos cretenſium Rex piratis purgaſſe mare omñq̃ ciuitatibus ac locis maritimis pri
mus dediſſe dicitur Deinde gentium reges uariarum alius alii leges cõdidere. Genus
hominũ ut uir quidam ſanctiſſimus olim interrogatus reſpondit ita natura maleficio
deditus ut ſi p indulgentiam liceret eius q̃ nos per ſanctos angelos cõtinuo frenat atq̃
cuſtodit nulla mora q̃n ſi poſſet/cœlum more gigantum illorũ inuaderet/ auctoremq̃
ſuum e ſublimi regno detrudere auderet Vi mirum non ſit his diſciplina/ac metu ad/
audatiam coercendam /cuſtodiendumq̃ officium eſſe opus. Nam qui maxime n.o

deſti ſæpe ſub poteſtate uidenẽ/ſi ſoluti aliquantulum ac liberi forent longe alii appare
rent.Ex quo in puerbiũ uenit ut Magiſtratus uirum oſtendat In quo maior longe licẽ
tia conſiſtit Q uamobrem inuenti & priuatim & publice plures quibus ſubeſſe ꝗ ꝑeſſe
ac regi ꝗ regere expediat/qui ne utilius ſeruiant ꝗ dominenẽ/coactiqꝫ melius in officio
ꝗ ſponte conſiſtant Hac fuere natura populi nõnulli quibus olim Auguſtus libertatem
ea uti neſcientibus ademit Sunt & in hoc numero Genuenſes hodie.In uniuerſum ue
ro licentia cuncti deteriores ſumus.Diuina itaqꝫ ꝓuidẽtia humanã poteſtatẽ talibus ue
luti frenũ ſtatuit/cui non obedire deo reſiſtere fuerit. Vbi uero Rectoris nulla reueren/
tia/ nullus ue metus:leges ridiculæ:edicta iuſſaqꝫ ꝓnihilo:ſecures enſeſqꝫ principum pro
ſua cuiqꝫ libidine uiuenti omnino deſpecti: Nam & barbaras ſepe gentes & populos
remotiſſimos omnis humanitatis ciuilitatiſqꝫ indociles tantũ ab orrido illo uiuẽdi mo
do ſe parũ ꝑ adſerere/ quo regi obtemperãt uidenẽ/ Rex inſtar diuinitatis numinis
inter eos habeẽ / Socrates communitaſqꝫ hominũ nulla uirtutẽ aliquã aut dignitatẽ abſqꝫ
ſenatu ac magiſtratu retinet Idcirco apud Lacedæmonios conſuetudo ante omnis fuit
belli periculiqꝫ tempore regem in libera ciuitate creare cui omnes parerent. Dictator
deinde apud Albanos:poſtremo apud Romanos regia ob eãdem cauſam creabatur
dignitate namqꝫ domini ait Cicero minus eſt turpis ſerui conditio)cui tanta fuerat au
ctoritas ut magiſtratus parerẽt omnes/nemo iniuſſus ſigna mouere/aut de loco diſce/
dere ſeu ad manus aliquo modo uenire auderet/exempla & Manlianis imperii in fi/
lium & Papirii in Fabium/aliorũqꝫ legere licet Vnde non mirũ apud Chriſtianos præ
ſertim humilitatis modeſtiæqꝫ ꝓfeſſores hanc tantopere uirtutẽ celebrari. Q uid plura
dicam uſqꝫ adeo deus ad obedientiam redegit omnia/ut nihil creatũ omnino liberum
& abſqꝫ rectore aliquo uideaẽ. Vt ab ipſis ordiar elementis Ignis & aer qui ſuperiora
tenent reliqua regũt atqꝫ temperant/calido & humido ut generationi principiis elemẽ/
ta/quum alia ad corruptionẽ facile tendant Planetæ in cœlo Solem omnes uenerantẽ/ ꝑ
quem paſſiones ut aiũt multas & ab his etiam liberantẽ/ Vnde quoqꝫ lux aſtris omnibꝫ
& ſemina reꝝ in terris ꝓueniunt. In Plantis ipſa radix auctor atqꝫ rector que reliquis
ramis uires atqꝫ incremẽta miniſtrat Huic ueluti capiti ſtudiũ & honor impẽdiẽ uriga/
tio foſſio oblaqueatio ſtercoratio ꝗbus neglectis trunci ueluti mẽbra ipſius facile pereũt
Animalia item pleraqꝫ duces habẽt quos ſequanẽ/ꝗbus pareant/Nam uulturibus grui
bus ciconiis una præit/reliquæ ſubſequũẽ. Inter oẽs aries In armẽtis taurus Inter apes
rex item imperat/quo diſcedente ſecunẽ ceteræ Aluearia deſerũt/ad eadem redeuntem
comitãtur.Hanc igiẽ omni ſtudio uirtutẽ amplectamur que deũ imprimis deinde ho/
mines ex deo iuſtitiæ miniſtros conſtitutos tuendæ cauſa ſalutis publicæ reſpicit. Tyrã
nos enim quando ꝓuidentia patitur & nos pacti æquum fuerit. Nemo in hos coniurat
ꝗn exitũ ſortiri malũ adſpiciaẽ Q uiſqꝫ iræ ſiue ambitionis libidine deceptus uitiũ uir/
tutis ac ſcripturæ ſæpe auctoritate tueẽ. Phineos pauci ſunt admodũ Gloriæ namqꝫ ac
nouis rebus ſtudens ſe falſo Zelotem facit.Q ui olim Cæſarẽ remp. occupantẽ Trecẽ
ti coniurati interfecerũt/eodem anno ut eſt memoriæ omnes interierunt. Vt autem no/
ua noſtraqꝫ recenſeamus Q ui Iuliũ pontificẽ nuꝑ euertere uoluerũt in quas ærumnas
ſeſe ac alios cõicerent/omnes plane uiderunt. eſt item tertia quedã nõ tam obedientia
ꝗ obſeruantia nuncupata in eos q uos ætate uirtute Sãctitate ingenio doctrina auctori
tate antecedere uidenẽ Interroga inqt patrem tuũ & dicent tibi/ maiores tuos & narra/
bunt tibi Maiorũ diſciplinã minime contemnendã eſſe Cato etiam docet Habet antiqͥ
tas nõ ſolũ in prudente/ſed in homine ignauo interdum auctoritatem ut quod refrat
quod ſuadeat/doceat/& ſi exacta caret diſciplina/ ratione tamen tot annorum libenter
audiamus.Prudens uero ac ſenex inſtar oraculi.Patres olim Romæ & conſilio & au/
ctoritate appellabantur:a iuuentute quoqꝫ ducebantur in curiam & deducebanẽ. Apud
Lacedæmonios cautum erat nequis iuuenis ſene preſente ſederet/& eo forte adueniẽ/
te adſurgeret.

DE INSTITVTIONE CHRISTIANA. LIBER SEPTIMVS.

De Fortitudine & eius partibus. I.

f ORTITVDO honeſti pars tertia circa mortis pericula i ethicis ponit iterq; audaciam & formidinem media/propior tñ audaciæ. Partes habet Conſtantiam Magnanimitatem/Fiduciam/Tolerantiam una oium neceſſaria cæteras cupienti uirtutes morales/ſiue theologicas. Nam inter ſeptem & ipſa que dona ſancti ſpiritus uocãtur admittitur ſupra nobis enarrata/timore/ſuperior/ſapientia pietateq; inferior. Q̃ ñ uera ſapientia/ ac in deum pximum pietas nullis inde terroribus amouetur. Timor uero niſi conſtantia ſpeq; roboretur facile labeſcit & obteritur:in ſollicitudinemq; ac mœſtitiam deducit. Hæc itaq; intellectum in ſublime trahit:uoluntatem confirmat:nõ cedit aduerſis : animi corporiſq; doloribus reſiſtit:deliberanti nebulas cuntationemq; nimoſam abicit:alacritatẽ lætitiãq; tribuit. Deniq; pax ſpiritalis xpiq; uirtus minime fortibus atq; cõſtãtibus nunq̃ aderit.

De Conſtantia ſimul & inconſtantiæ cauſis. II.

f ORTI opus ante oĩa conſtantia:Quid.n.bene/ſiue facere/ſiue cogitare proderit niſi in eo quod ſemel pbauerimus firmo perpetuoq; propoſito perſiſtamus?alioquin parabolæ ſeminis inter uepres cadentis comparabimur. Singulis.n.pſuaſionibus credendo/quibuſuis ẽt quacũq; de cã obſequendo in ai diſſolutionem facile incidemus. Habet.n.tñ cõſtantia laudis inq̃t Senẽca/ut uel in uitio retineat auctoritatem/Theologoꝝ eſt ſñia ut qđ in rebus honeſtis ac plane ſanctis firmo decreueris aio uim quodãmodo uoti obtineat. Vota.n non tam in externis cerimoniis ac hoium adſpectibus q̃ in conſcientia mentiſq; receſſu uim habent atq; fundamentum. Veꝝ ſi bona malaq; in hoc genere utrimq; conſiderabimus:profecto diligentia maior in hac uirtute cuſtodienda nobis adhibebitur. Quæ nam conſtantiæ cõmoditas? Quies animi & alacritas : Mentis.n.æſtus atq; turbatio ſententiæ ſeqtur mutationem uarietatemq; conſilii/ quæ ubi deliberauimus: ubi in propoſito conſiſtimus:protinus ſedatur atq; abicitur. Vetus eſt uerbum Deliberatio anxietatem excludit:Quãdiu pendemus:aio fluctuamus:a portu quietis excludimur. Non aliter q̃ ſiquis in terram ignotam peregrinus inciderit/ubi hoſpitium paratum minime inueniat:minime conquieſcet/donec diuerſorii locum errabundus offendat:ut etiam alio properantem flumina imbreſq; remorantur ne iuſtum perficiat iter. Quod ſiquis per mentis mutatiõem/cõmodum forte aliquod adſeqtur/ a uirtute tñ & officio protinus decidit. Si fortunatior & auctior erit/ grauior ac melior non erit illud breuem adferet/hoc ppetuam auferet lætitiã/qua nihil uſq̃ dulcius / q̃ bene actæ uitæ & in officio pſtitiſſe recordatio. Incõſtantiæ namq; cauſæ plures. Natura:metus: leuitas:dolus:imprudentia:Areſci greco uocabulo in ethicis uocantur qui latino careant qui naturæ facilitate:ſeu potius animi mollitie de ſententia decedentes omnibus placere ſine diſcrimine cupiunt. Contrarium Punacia ſiue litigium : nunq̃ neq; in his qbus fas eſt adnuere. Medium tenet Amicitia in eodem libro uocata / non ea q̃ inter duos ſed pro loco tpe pſonis roganti dicentiue alıqd ſatisfacere. Quod aũt metus in conſtantem alioquin & grauem ſæpe uirum cadat inditio eſt magno adſertor fidei. Petrus idem & deſertor Chriſtianoꝝ quoq; exempla multa illoꝝ qui a fide deſciuerũt: ſeu in uitæ beatæ inſtituto minime perſeuerauere. Nõnulli quibus diuina gratia uulſit aurem rurſus in priſtinum ſtatum publice penitentes reuerterunt. Leuibus aũt/ ac ſtultis nihil tutum. Ipſi ſecum diſſident ſibiq; nõ minus/q̃ aliis incõmodo. Hos itaq; oino

Areſci
Litigioſi
Amici

Petrus

Leues omnino uitandi.

uitandos Pythagoras cenſebat quod & ſi cæteris caretit uitiis/rebus tñ agendis/ ac ami
citiæ præſertim minime apti:quia comuni non reſpondeant officio uideantur / nihilq̄
propterea rerum ipſis credi ſatis poſſit. Doloſi & ueteratores peſſimi qui cõmodi gra
ſponte ab officio diſcedunt ut Iudæ contigit. In hanc ẽt cenſuram Domitius ille uenit
qui Aſculi Præfectus ne in Cæſaris manus ueniret uenenum ſumpſit/mox eius audi/
ta clementia ab eodem ꝓtinus medico qui cautus temporarium dederat curatus eſt:
Ter in eius uenit manus totiens fallax periuruſq̄. Ignari & imprudentes tñ uenia ex
parte aliqua digni qui opinione officii ſententiam mutant. Breue igitur quod præſtaẽ
& in animi potius inſtituto quodam q̄ aliqua difficultate conſiſtens: magnum uero/ac
precioſum quod recipitur conſtantiæ munus. Tanti eſt homo quanti ſe facit: plures ẽt
ſe faciet ꝓpriam cognoſcendo dignitatem paulominus ab angelis creatus/ut ait ꝓphe.
ta/ac rationem firmo ſtabiliq̄ animo/nõ more pecudum adpetitum ſectando/& um/
bram quamlibet expaueſcendo: qum plura ſint que terreant: q̄ quæ noceãt/ ut ait Sene
ca. Et recte ingredienti ac domino confidenti proſpere omnia ſuccedere ſoleant.

Quod ex rerum humanarum inconſtantia/noſtra potiſſimum uirtus & conſtantia commendetur. III.

h VMANA omnia motui mutationiq̄ ac tempori ſubiciuntur. ¶Ex quo/
aut de loco ad locum mouentur/aut intereunt & reuiuiſcunt: ſeu in aliam
formam ex alia transferuntur. De corporibus palam eſt: ut ſatis per phy/
ſicam auditionem inſtruimur/quod in eodem ſtatu non diu ſunt: ſed ad
introitum paulatim per tempora & annos ꝓueniunt. Elemẽta hec inferio
ra/mixtaq̄ ſepe corrumpi mutariq̄ uidemus. Cœlum æthera ꝫ qñq̄ purum: interdum
nubilo & caligine craſſum/aut ſalubrem interdum peſtilentem. Aqua ſimiliter nõ eam
dem ſemꝑ retinet bonitatis naturam: Terra quoq̄ aratro & ligonibus pulſata / fructi/
bus effœcata cõſeneſcit: Arbores plantæq̄ omnes tãdem in ariditatem ueniũt nouæq̄
conſurgunt. Aliæ item & aliæ in terræ uiſceribus radices propagant ac pullulant. Q ue
pomis heri grauida fuit/hodie grandine uerberata triſtis ac nuda conſpicitur. Arua ſe/
gete uirentia/uentus urens/boreas uno die populatur/& ex læto colonum lachryman
tem reddit. Animalia cuncta ſimiliter non eodem modo: uel tantulum durant. Homo
aũt præter oia mutabilis. Corpus primũ ſimul cum moribus uariat. Q uolibet.n.anno
rum hebdomade interit: & alius factus alios mores poſtulat inqt Terentius. Aius nõ
item ſimilis primo. Q ñ erã paruulus loquebar ut paruulus. Q ñ factus ſum uir: eua/
cuaui que erant paruuli: ait apoſtolus. Mens hodie una: cras hac extincta oritur alia:
diuerſa breui tpe ac ſepe contraria cogitat: diſtrahitur: diſtruetur: ſecũ pugnat: aut in gra
tiam redit: ſperat odit amat ſuſpicatur: ut ſi uideri ueluti corpus liceret/inſanius nihil ap/
pareret/nihil qñq̄ furioſius. Vna tñ mutatiõe dextere excelſi ab his liberatur fluctibus
& peſſimis omnino uarietatibus. Ita ut undis exagitantibus & circa irruentibus uẽtis:
ſub dei præſidio fiduciaq̄ longe felicius q̄ carina ancora firmata ſibi conſtat: qd' hec nõ
tempeſtate leditur: aut abſumitur: ſed laborum: ac aduerſitatum motu continuo ꝓficit
in integritatem uireſq̄ longe preſtantiores rẽ redituꝰ ait Auguſtinus: Tu qui quietem
cupis: hanc inter fluctus tempeſtateſq̄ orbis uarias ſpe diuina fretus reperies. Q uies
aũt in quiete: minima q̄dem Exagitari opus & meritorum materiam in turbatiõe coo/
ꝑare bona tñ ex deo ſperare. Nam ueluti ferrum minime exercitatum & in tenebris
poſitum a ſitu rubigineq̄ occupatur: Nec item æs aut metallum aliquod uiſi lima atte
ratur ſplendorem reddit: Neu terra niſi aratro uerberata ſegetes preſtabit. Sic & huma
na mens niſi frequenti turbinis moleſtiaq̄ ac rerum mutationis alicuius exercitatiõe
uexetur tabeſcit: ac otio proculdubio cõtaminatur. Contra ue inluſtratur ac nobilis ef/
ficitur. Igitur qum multa ſint mala humana in acie paratos eſſe continuo decet: hoſtiũ

De hominis mutatione.

inſidias cauere:exploratores qui noſtri ſunt ſenſus cape/ac uincire/ita ut quacunq; uia
occurrat hoſtis opprimatur. Is itaq; conſtans ac uere magnanimus qui hoſtem hoc eſt
rerum mutationem continuo intrepidus expectat/uarietatẽ fortunæ nõ mœret/ modo Cynigerus mi/
mens incolumis ſatis uitæ fructum adſequitur/ac ueluti Cynigerus ille Xerxis miles les.
etiam ceſis ac truncis manibus hoc eſt corporis & externis amiſſis bonis minime ad/
uerſario cedendum. Q uod nequaq̃ cõmode fiet niſi mala oïa que inuita euenire ſolẽt
nobis facile poſſe accidere cogitabimus. Si.n.ſenſibus per cogitationum lenimenta ali
quo modo blandimur ſi ſecundis rebus aduotum ſuccedẽtibus adſueſcimus molles
eneruesq; ad oïa inimici tela facile reddemur. Duris igitur aiïs cogitationibus nutriẽ
dus & rex mutatio iugiter expectanda p quam nos proficere oninino exiſtimemus:
ut cum apoſtolo dicere tandem poſſimus. Q uis infirmatur & ego non uror. Item
q̃uis exterior homo noſter corrumpatur:tñ interior renouatur de die in diem/ Propo
ſiti uero acceptæ ſimul inſtitutionis ẽt opinione officii/aut in melius mutatio nõ omni
no ſemper laudanda. Natura.n.cuiq; ſequenda ita ut ſi alia preſtantiora ad imitãdum Minerua repu/
exiſtant/tñ nos naturæ noſtræ regula metiamur:ait in officiis Cicero. Nihil.n.aduer/ gnans
ſante Minerua hoc eſt repugnante natura recte & ordine fit. Tales nãq; ardeliones qui
ſingulorum admirantur & imitari cupiunt ſtatus nihil unq̃ proficere uideas rerum uitæq;
frugis ſemper incertos:& ut ait Hieronymus ſemper incipiẽtes/ad profectum uero ue/
ritatis nunquam uenientes.

De Animi magnitudine in aggrediendo:& quemadmodum facinus aliquod modo
excellens/reliquam uitam inluſtrat. IIII.

AGNANIMI ſiquidem cura/quum æque in aggrediendo/ atq; in patiẽ
do conſpiciatur/aggrediendi nunc partes exequar. Vetus eſt uerbũ oẽm
m laudem in actione cõſiſtere. Q ui nihil agit/nihil apud deum pficit. Mul/
ti nãq; partim timore/partim ignauia/aut uitioſa quadam modeſtia poti/
us aũt animi deiectione ab his quibus utiles eſſe facile poterant abſterrẽ
tur:ſatiſq; facere illis ſi nemini noceant uiſum. Tales itaq; a pſalmo admonẽtẽ. Decli/
na a malo & fac bonum: Q uemq; de penu ſua promere alıqd & in comunem adfer/
re utilitatem/etiam ſi aniculæ illius euangelicæ denarius eſſet/oportet Vt a dño audire
mereamur. Euge ſerue bone:quia in modico fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam.
Q uidam ingenio prediti & litteris apti negligunt. Litterati aũt aut ſcribendo/ſeu docẽ
do idonei metu ne reprendantur ſuperſedent/ Nõnulli religioni utiles futuri & a deo
uocati/laborem detrectãt. Q uidam alii patresfamilias opumi etaſuri/rebus publicis:
ac priuatis boni. Vnde ẽt eccleſia ſatis ædificari poſſet/celibes philoſophando fruſtra tẽ
pus terunt/ex quo:nec deo/neq; reip. ſeruientes tñ cõmoditati propriæ conſulunt. His
igitur ſimiles innumerabiles uidentur q talentum ſibi creditum fodiunt/ quiue ad cœ/
nam inuitati uenire negligunt/ dumq; ſe negotium fugere / ac q̃etem ſequi bono uiro
amplectendam pſitentur:laborem potius in his q̃bus utiles eſſe poterant uitando: ac
uitium uirtutis noïe honeſtando in otium non q̃dem ſpiritale:ſed ignauum/ac animi
mollitiem facile incidunt. Talibus.n.a Gregorio.xvi.moralium dicitur. Sepe q occu/
pati bene humanis uſibus uiuunt gladio ſuæ quietis intereũt. Igitur qui ad res arduas:
chriſti præſertim gratia mouetur:eũdem fautorem ducemq; habet. Si aũt officii opinio
ne forte errauerit:dicentem reſpiciat prophetam. Si ceciderit non collidetur qm̃ domi/
nus ſupponit manum ſuam. Si exurgat aduerſus me prœlium in hoc ego ſperabo. Itẽ
ſi ambulauero in medio umbræ mortis nõn timebo mala qm̃ tu mecum es. Nam ut
apoſtolos pretereã Franciſco Dominico Benedicto Bernardino/totq; legum & ordi/
num conditoribus in otio q̃dem ſancto:deo ſeruire:potiuſq; ppria ſecuris q̃ aliena cũ
diſcrimine curare licebat. Verũ quoniam negotium in domino cum laude ſumpſerũt

tot fidelibus conſulendo: eorum nomen perpetuo poſteris benedicitur. Quod & alie-
nis à fide eueniſſe item uidemus. Vt hi qui rei alicuius laudate in orbe repertores fue
re honore quanq̃ ſuperſtitioſo celebrentur. Quemadmodum Apis & Iſis apud Aegy-
ptios frugis. Et Icarus in Actica uitis. Et Ariſteus mellis inuētores. Solon quoq; ac Ly
curgus: cæteriq; legum latores tanta dei benignitas in omnis effundit. Qui nihil agit/
ob otium omnino errat. Qui uero agit modo recta ſit mente ob patientiam quidem
& laborem ēt ſiquid errat/ laudę dignus. Error interdum agentem uel magnum quoq;
uirum ſequitur. Neq; ego a metendis frugibus abſtinebo quamuis lolii & auenæ par-
ſimul inuoluam. Non item a legēdis in littore erythreo gemmis quod arenæ limiq;
aliquantulum una cum illis ad ſummam. Vbi.n. plus compendii q̃ diſpēdii: ſiue ædi
ficii q̃ ruituræ minime abſterrebor. Negotio periculum adnexum cōtinuo quis negat?
Petrus errare uiſus eſt Paulo q ei in faciem reſtitit. Hieronymus quoq; & Auguſtinus
ſeſe alterutrum in quibuſdam petunt. Aquinas cuius nulla eſt doctrina ſanctior/ nulla
cōmunior/ a Pariſius hodie in nōnullis taxatur. Cotidieq; inter fidei proceres aliis alia
uideri: & alia ad iuſtitiam ſemitā procedere ſepe aduerſa conſpicimus. Spiritus namq;
unus hos qui bona ſunt mente dirigit. In fine oēs conueniunt. In his aūt que ſunt ad fi
nem non item oēs. Vt Scopum ac Metam eandem multi ſpectant & adſequi cupiunt
ſed alii lippientes tardius ac difficilius/ nonnulli claris luminibus uelocius ac rectius
attingunt. Et expiſcandi gratia ad mare multi tendunt: aliqui in altum pelagus ubi pi-
ſcium cubilia repiunt/ nōnulli timidiores aut ignari locorum in aqua modicā paucos
paruoſq; admodū capiūt: ſic item in agendo maior alii q̃ alii gratia ingeniū uires facul-
tas conſilium iudiciū uſus comoditas effectū celeriorem feliciorem q; dabunt. Felix il
le nimirū felix qui munera ſiue dotes ex deo gratis traditas agnoſcit/ notaſq; q̃ primū p
ætatem licet exercere contendit. Officium imprimis deo placere idq; uiis atq; modis
omnibus ſtudere/ cuius inſup cauſa res aggredi magnas aut ſaltem ſi p uires non lice
bit id maxime optare atq; illos q talia conantur emulari ſimul & honoribus pſequi. Ar
dua uariaq; iuſtitiæ gratia tentantes preter omnis deus tueatur/ atq; fouet. Sepeq; uiſum
ut factū aliquod pulcherrimū & heroica uirtus omnem aliquā uitā q̃ uis obſcenā atq;
Bonifacius. obſcuram nobilitat. ut Bonifatii uoluntarium martyriū q quintuum omne in libidini
Paulinus bus & ganeis conſumpſiſſet unius horæ cōfeſſio beatū reddidit. Paulinū preſulē Nola-
num factum illud pium/ quo ſeſe ob uiduæ filium redimendū ſeruū fecit inter ſanctos
Latro. retulit. Latronis unius breuiſq; penitentiæ ſpiritus ab omni preterito ſcelere ſoluit. Ioan
Io. Gualbertus nem Gualbertū nuluē multis antea criminibus obnoxiū ſubdita in aduerſariū pietas ce
Traianus lebrem ac diuinū reddidit. Ad externa profanaq; ueniā. Traianum fama eſt obreſtitutū
uiduæ filiū Gregorii precibus eximo baratro ad cœlum migraſſe. Quid Pii nomen p
Metellus pius. petuum Antonino. Quid Metello ante ipſum dedit/ niſi maxima in patres amborum
Antōinus pius. officia. Alter enim filii lachrymis ab exilio reuocatus. Alter uero & templo & magnis
Fabius maxius honoribus ab Antonio poſt mortem decoratus. Quid item Maximi titulum Fabio
Valerioq; indidit: niſi huic breuis admodum temporis officium quo patribus plebem
Valerius max. conciliauit. Ille ex tribubus libertini generis homines remouit/ arduum utrumq; factū
Publicola. Publicolæ demum Valerii modeſtia qua domum foro prominentem ſpontē deiecit/
æterni cognominis famam apud poſteros propagauit. Sceuola quoq; manus aduſtæ
cōſtantia ppetuo celebrē fecit. Virtus nāq; huiuſcemodi heroica quam in finē dirigit re-
ctum. Parabolæ illi adcōmodabitur q̃ uenientibus tertia & nona hora in uineā laboratū
ſingulos æque denarios diſtribuit poſteriorū.ſ. uirtus excellentiā quanq̃ ſerotinā pnotā
Giezi. do. Contra uero unū quoq; ſcm̄ reliqua geſta oia dedecorans adſpicere licet. Giezi aua-
ritia in petendo clam præmio a Namaam ſyro nōne totius tpis offm̄ erga dn̄m ſuum
ſuſtulit. Iudæ unica pditio nōne apoſtolatus gloriam oēm pcipitem egit? Quos demū
magni uiri poſt labores multos p xp̄i noīe toleratos/ ſeu a fide poſtea irruēte tyrannorū
īſectatiōe/ deficiēdo/ ſiue in libidinē aliquā/ aut ambitiōem incidēdo e ſtatu totius oino
gratiæ deciderunt.

Quod magnanimum deus magnopere diligit/eius partes quom altæ tum præcipue uerum eſſe.

T autem ad eius qui magno eſt præditus animo ꝓpiora ueniam ſigna: uerum imprimis eẽ: ab honeſto nulla cauſa:nullo ꝓprio cõmodo unq̃ diſcedere/Quod ſemel bene inſtituit ꝑpetuo uelle/De rebus alienis æque: ac de ꝓprus ſollicitum eſſe/Deũ ꝓoculis habere/Ab humano die iudicari nihil omnino pendere. Qui hoc fuerit aio q̄n deo magnoꝑe placeat fieri non põt. Quod ei & magnitudo & ueritas & ſtabilitas preter oĩa conueniant/ Nã & ueritatem ſe Chriſtus appellat tanta obſeruantia quod unũ apicem e ſuis uerbis nõ ꝓteriturum adfirmet/Auguſtinus nihil omnino ex his que ſcripta ſunt ſe crediturum dicit ſi uel tantulum minime uerum repiret ueritatem tꝑis filiam philoſophi dixerũt:qd̃ q̃uis aliquãdiu lateat:in lucem ad extremum ꝓdit./At nos interdum aut calumniæ fugiendæ uel incõmodi uitandi:ſeu cõmodi cõſequendi gratia hãc differri:aut latere ualde dolemus tanq̃ quod ſubitum nõ eſt:nunq̃ uel ſero ueniat/Res aũt diuinæ non ſtatim/ſed tꝑe plerunq; apparent/Arrius qui ſua & adrogantia & eloquentia tantam in eccleſia ſtragem edidit/tot principibus magniſq; uiris peſtilẽtiſſimum pſuadẽdo dogma. Annis fere poſt trecentis ex orbe toto exploſus ueritatem ad extremum non ſolũ extrudit:ſed longe melius q̃ prius ꝑter ſententiam confirmauit/Si.n impioꝝ mendacia ſimul & audacia q̃uis aliquãdiu dei patientia tolerata ad poſtremũ non corruiſſent / rẽ chriſtianã nullã nunc haberemus, Itaq; ueluti pondus aliquod q̃tomagis e ſublimi cadit tanto ruinam ſuſtinet maiorẽ/Sic uitium longo tꝑe occultum ac a luce remotũ demum in uniuerſam deteſtabilis infamiæ ruinam uenit/Veritas aũt ueluti ſub humo planta diu latitans maiores edit tꝑe radices ut poſtmodo ad auras ſublata ſublimẽ ſui decoris ſpeciem ꝓdat/Nihil.n.celeriter magnum qd̃ firmitatem aut robur ſit q̃nq; habiturũ/Colylus Perſicus & his ſimiles arbores cito uenientes cito intereũt/Pinus autem palma oliua quod tardius ꝓdeant longe diuturniores/Inter aĩalia quoq; Elephas decimo dicitur anno parere ut magnitudini ſane corporis & ætatis ſpacio a natura conueniẽte præparato/Ephimeræ aũt appellatæ eodẽ oriuntur ac definũt die/Sic igitur res habet uerus ac magnanimus tꝑs diu ſuſtinet:non ꝓpius ſed ꝓcul ſpectat: reꝝ finem non initiũ tacitus conſiderat/In codices noĩa libentius plura/ut ingentem poſtea ſummam recipiat referre cupit:potiuſq̃ ſtatim tanq̃ numerato/breui uitæ præſentis uoluptate perfrui. Si poſt fata uenit gloria nõ ꝓperat:ut ait auctor q̃dam. Anguſti quippe aĩ exſolutũ ſtatum æs uelle/nihil fide concedere ſeu uẽdere. Minime adflictatur/minime ſollicitat. Preterea cum paucioribus quod paucoꝝ plerũq; recta ſententia potius cũ incõmodo ſuo cõueniet q̃ multitudini priuatum tm̃ ſequẽs cõmodũ placere cõtendet. Veritas nãq; odium parit ait Comicus/Dñs.n.ſi Phariſeis ac ſcribis errantibus pepercisſet: ab eis cruci minime fuiſſet adfixus/Si Ioãnes Herodis ſcelus tacuiſſet/capiti ꝓprio conſuluiſſet. Si tot demũ ꝓſules martyres ubi non opus cõniuentes fuiſſent & breui obſequio rigidam ueritatem poſthaberi uoluiſſent:profecto nõ tot olim incõmoda ꝓaſſi nũc diuinis honoribus celebrarentũ/Veritatis inſup uia una:erroris multæ/altiꝰ magiſq̃ alius ꝓ fidei mẽſura & aĩ magnitudine aptior aĩus/Apud quoſdam in uolucris & ambagibus timore aliquo ſeu cõſilio tegitur:ut ſcm̃ quod dicere minime neceſſe ſit/prudẽter diſſimulet:quẽadmodum Habraã de Sara feciſſe ſcribit/Q ñq; aũt nõ ſine graui culpa occultat ut ſi eos quos ſacti decet eẽ pricipes contra officium celet / aut ſi forte alienã infamiam quam falſam eſſe exiſtimat urgere patiatur/Nonulli cõmodi gratia qum rogati aliquid grauantur:tergiuerſari q̃runt qui quanq̃ non penitus ueri:dum tamen ꝓximum honeſta repulſa placare potiuſq̃ exacerbare ſtudent non omnino mendaces. Vltimi uero inexcuſabiles qui libidine tm̃ conſuetudineq; mentiendi peccare non uerẽtur. Ex oĩbus aũt rei uel famæ damnoſum ſemꝑ leuſeꝝ:relligioſis uero uel iocoſum

De uero loquẽdo.

At officioſum ſine culpa omnino/modo pretextu legitimo leuiatur uerbi gratia in cõ
feſſione creditum /Q uod non homini ſed deo credatur:dictum iure negabitur. Item
alia modis aliis retorqueri fas erit. Ad ſuſcipienda abinitio pueritia inquit Plato de le/
gibus ad uera loquẽda qua ſola uirtute bonus dici poteſt·Sola tñ ẽ ut in omni ſocieta
te & ſi ñ ingenii ſaltẽ fidelitatis iuſtitiæ ꝯſtãtiæ laudẽ referet. Tali.n.negotia recte mãdã
tur in iudicando uix unq̃ decipitur. In rebus agendis & comertiis minime fallet quo ſa
ne nihil pulcrius/Vir animo duplici inquit eloquium ſacrũ inconſtans eſt in omnibus
uiis ſuis. Nullũ uerętur teſtem qui propria cõtentus eſt conſcientia inquiete ſummaq;
pace agitabit. Q ui uero mentitur multa uariaq; cogitat:ingeniũ exercet:in curis uerſat:
& ut unam tueatur uanitatẽ plures alias meditatur. Adde quod fallere adſuetus ſeſe an
te omnis fallit/ac decipit/nihil ſibi polliceri poteſt:liberũ omnino amittit arbitriũ. Q deq;
omniũ miſerrimũ uera quãdoq; loquẽti minime creditur. Vidi ego uiros i omni ordi
ne:ſummo ingenio/dotibuſq; animi preclaris refertos quod tñ minime ueri omnia ꝑ/
cipitare/atq; in hominum numero leuiũ pariter & iniuſtorũ habitos tandẽ fuiſſe .

Q uod homini alioquin prudenti & uirtute prædito non fruſtra ſæpe
animus datur magnus in æggrediendis VI

Vmanus animus cœlicus nobis dei munere conceſſus/eius etiã benignita
h te diuinitatis particeps ſi ſordibus expiatus humanis inueniatur recte iudi
cat omnia liber percurrit remota proximis:ima ſubliminibus:preterea futu
ris ac pſentibus ſimul cõparat/momentoq; cõiungit cuius adpetitus ac ma
gnitudo ſi uirtuti reſpondeat/facile de ſe rerũq; ſucceſſu ſæpe numero uaticinatur quum
maxime nihil in orbe magnũ futurũ in omni genere quam ſignis ſiue exterioribus ſeu
in animi receſſu p:mentis ardorẽ prius oſtendatur. Q um nõ fruſtra deus ad optandas
res bonas ac magnas ſpiritum mouere/atq; excitare non ſolum in ſuis fidelibus ſed ex
ternis uideatur/Vt aũt facta prius gentiliũ recenſeamus Q uid Alexãdrũ magnũ ad re
linquendã patriam:ad patrimonium amicis diſtribuẽdũ:cũ exercitu ingenti peregrinã
dũ:tot orbis ignoti pericula adeunda impulit niſi quædam præſaga futuri imperii mẽs
quã in rebus magnis nutriuerat? Huius poſtea ſtatuã quum Iulius Cæſar priuatus adſpi
ceret ingemuit quod nihil rerũ abſe iam geſtum eſſet in ea ætate qua ille orbem ſubiu
gauerat/primuſq; ad rerũ maiorũ occaſiones captandas eſt reuerſus. Ex quo ea geſſit &
illud quod poſteritas deinde uidit nomen perpetuũ ſucceſſoribus reliquit/Et præcipio
iuuenis admodum dũ cõtra Hanibalem alacriter ſe parabat:patriæ ſalutẽ & ideeſt uicto
riam proculdubio diſcedens eſt ominatus Paulus Aemilius quum Perſam catellũ do
meſticum itereuntẽ uidit/eum quũ de eiuſdẽ nominis hoſte nobilem triumphũ retulit
auſpicatus uidetur. Nec ſolum in rebus bellicis ſed in litteris id euenire ſolet/ut Thuci
didi euenit qui quũ puer olim a patruo audiendã Herodoti hiſtoriã q̃ tunc primum pu
blice recitata eſt duceretur/ingemuiſſe dicitur/illius quaſi laudibus emulus. Q uod ſi/
gnũ patruus magnope admiratus ex illo ad R hetoricen eũ miſit. Vnde & Græci prin
ceps eloquii ſimul & hiſtoriæ euaſit Ouidius poeta relicto ſoro ad poeticam natura &
animo ſuadentibus ſponte ueniens eam quam de ſe famã reliquit diuinaſſe uidetur/
Clitomachum bubulcum quis ex agro ad philoſophiã niſi mentis diuinitas quædam
excitauit? Hec ſuperiorũ gentiliũ exempla mihi repetita ut plane deprendamus ſi hec il
lis euenerunt/quid fidelibus doctrina pariter ac ſanctitate præditis exiſtimandũ? Hi ꝑ/
fecto ad altiora erecti ſpiritum filiorum dei ſumpſerunt & de propriæ certi ſalutis tor
rentem uoluptatis eius continuo potant. Q uamobrem ſæpe de ſe deq; aliis multa futu
ra deguſtant Vt illud plane conſequi uideantur. Dediſti domine metuentibus te ſignifi
cationem . Eccleſiæ doctores quid ad ſcribendum impulit niſi perpetuum ſe ſciendo

doctrinæ fructum fidelibus relicturos? Et ordinum inſtictutores quid ex eorum labo-ribus utilitas poſteritaſ erat ad ſecutura proculdubio conſpexere. Quis franciſco pecca-torũ ueniã niſi ſanctus ſpiritus nuntiauit? Quis ſpem dedit certam nomen illorum per orbem terrarum pariter & in coelo ſublime futurum eſſe: Spiritus: Quis demum audentiores dei amicos reddidit ut ad ea interpretanda facienda dicenda priuatim ac publice in ſynodis que alii tritam mandatorum uiam ſequentes minime fuiſſent auſi: Spiritus. At inquis decepti multi Sed hi ſunt propriæ feruientes concupiſcentiæ/ac pro-prio decepti adpetitu ſenſuq; magis q̃ ratione ducti ſibi nonnulla quandoq; ſunt polli-citi que minime euenerunt Nec mirum/quum facile ſperent que miſeri uolunt/ut eſt in prouerbio. Tales igitur ſunt qui ſibi imperium opes potentiam nõ bonis artibus que-runt ut Catilinæ Gracchis & aliis ſeditioſis q̃ p urimis euenit qui per coniurationes & cedes creſcere cupiunt Vt & noſtris quoq; temporibus exempla non deſunt: Aut forte per imprudentiam ſiue indiligentiam ab his que ſperant aut tentant facile excidunt / ut Pompeio euenit qui ſtulte rebus geſtis preteritæ fidens felicitati nihil eorum in bello ciuili que oportuit/uel amicis fatentibus egit Vrbem in conſulto reliquit Inimicum potentiſſimum nihili pependit/ In acie non arte ſolita nec ex re militari pugnauit/Q̃d mirum ſi is quem ſuis partibus predixerat exitus aliter euenit? Ad theſim ergo noſtrã redibo Quod deo duce:teſte conſcientia: adhibita prudentia magni feruor animi ſua-det/quum non fruſtra hec moueat ſpiritus plerunq; feliciter euenire conſpicimus.

¶ Quod in conatibus pficiẽdi terminus cuiq; ſit. Q̃ ui toti ũte diligẽtia polleat: ex qua ſi non omnino: magna tamen ex parte res emergit quodq; in ſingulis chariſmata imi-tanda meliora. VII.

VIQVAE Rerum meta quo tendit in conatibus a natura / omniũq; rectore deo tributa eſt quam præterire aut progredi ultra non datur Ve-luti grauia quum ad centrum ueniunt / non ultra deſcendunt/ leuia uero ſurſum donec ſuum attingant elementum Plantæ item quæq; in genere ſuo tantum adoleſcunt ut ad ſolitam ac naturalem perueniãt magnitudi-nem/Eadem & cũctis animalibus ratio ut intra propriam ſe contineant formam. Ani-mi quoq; humani agitatio/motuſq; ad diuerſa conſpicitur/ quibuſdam citus/ nonnul-lis tardior ad ea que contendunt finis attamen ſtatutus ut ultra non progrediatur Viſa namq; ingenia præcocia ſubito florere/ac deflorere/nonnulla ad frugem peruenire aliꝗ qua lentius procedere/& tardius abſoluere/quorũ ſupra meminimus. Sic deniq; aliis alius uirium ac progreſſuũ terminus qui ſi adoleſcerent inquit Cicero/ ipſa nos ad ui-tam beatam natura perduceret Vſu namq; uidemus ingenii memoria ſenſuq; pueros quoſdam mox etate procedente flaceſcere & a tardioribus poſtremo ſuperari. Velut in itinere quidam lento gradu incipientes durando ad metam tandem eueniunt opta-tam Alii alacriores in uia deſiſtentes minime ut ſpes erat/ pficere uident. Itaq; nequaq̃ omni ſpiritui credendũ/ neq; uẽ omnibus que forte tentant diffidendũ Nõ animi ſolli-citudine ſed mediocri oportunaq; diligẽtia tantũ opus/deus autẽ rẽ noſtrã ueluti nauẽ gubernator quo uult dirigit Nam ſæpe quoſdã licet adſpicere in eodem fere doctrinæ ſtatu q̃ q̃uis magno doctrinæ ſtudio ad pfectũ contendãt/ minime tñ pficiũt/eadẽ conti-nuo ſapiũt/eadẽ repetũt: ſemp addiſcũt/nunq̃ ſciunt in ſtudiis demũ cõſeneſcunt puerili-libus. In generẽ uẽ morũ quoſdã uideaſ alieno exẽplo nec erudiri neq; penitus cõmoue-ri: ob aliena inquã ſeu ppria pericula nihilo prudentiores eſſe ſed quotidie iuueneſcere ſemper uiuere incipere. Studioſius etiam ac mollius quibuſdã corpus curator/tenui tã-men ualitudine ſunt parũq; uiuũt/ At in duris agricula/ mileſue rebus agitãtes ad extre-mã incolumes ſenectã ſepe ueniũt. In genere autẽ externoꝝ bonoꝝ Mercator in re pa-rãda, multa picula labores terra mariq; ſubit Dux quoq; i bello boni iꝑatoris munera obit acies inſtruit/milites hortatur/inediam frigus æſtuſq; toleras Exitus uero hiſ oibus

quem deus ſemel iuſſit euenire Xenophon ait. Ita ut apoſtoli ſententia locum habeat
Non uolentis neq; currentis ſed miſerentis eſt dei. Noſtræ tamen partes innocentiam
tueri/diligētiam adibere ſpem in deo certam collocare: unde nobis facultas imprimis
& animus oritur preſens Præſenti nanq; opus eſt animo pariter & contentione ad om
ne officium/& in omnibus captandis q̄ maxime laude ſunt digna ſcopus nobis ac ter
minus altiſſimus ante oculos ponendus/hoc eſt ad rerum imitationem maximarum
quelibet aptanda pſequendaq;: Vt ſi eo quo tendere uelis non liceat/ magnus attamen
ob exemplum ppoſitum uirtutis & operis progreſſus omnino fiet / eorum more qui
diſcum iaciunt/longe procul adſpiciunt/ut quo tendant ſaltem perueniant. Quod & in
reliquis etiam artibus animaduertere licet Imaginē pictor ſi ab ſoluere uoluerit Apel
lis aut Polygnoti tabellam ſibi proponet. Philoſophus ſocraticos. Orator Ciceronem
poeta Maronem ſiue Homerū Siquis opes aut potentiam ſpectat Crœſi diuitias aut
Alexadri Cæſariſ ue geſta ante oculos habebit/Eadem & in moribus & uita ſpiritali ra
tio. Quid potiuſ q̄ domini ueſtigia ſequi ut ait Paulus imitatores mei eſtote ſicut &
ego dei. In uirtute item qualibet uia modusq; ſemper excellentior delibandus In caſtita/
te ipſa prima in ſpectanda uirginitas & angelorum puritas in obediētia uſq; ad Habra
mi filium imolare parati conſtantiam/ ſeu potius ipſius domini humilitatem uſq; ad
mortem In liberalitate Ioannem illum Elemoſynariū appellatū qui uſq; neceſſaria
ſibi ſubtraxit/Preterea Magdalenæ feruorem Latronis ſpem atq; fiduciam. Petri fidem
Heliæ ac precurſoris abſtinentiam, Iob patientiam Dauid manſuetudinem. Ioſeph pu/
dicitiam/ac placabilitatem Pauli ergā pximos ſollicitudinē & labores. Auguſtini Hie/
ronymiq; in ſacro eloquio meditationē atq; ſpiritum. Hec abre hec mihi repetita ut faci
le conſpicias quantum animi magnitudo ad imitanda chariſmata meliora ut ait apo/
ſtolus in rebus ſingulis polleat Quia natura ſic ita inſtitutum eueniatq; plerumq; ut in
fra Archetypi preſtantiam apographum exiſtat ac eo minus quo illud imperfectius: in/ Archetypum Apographis
terdumq; ita ruit ut nullam prorſus habeat laudem. Quamobrem leuare oculos in
montes admonemur & ad conditoris ſapientiam quantum liceat per imitationem ad
cedere: Hec enim de ſingulis generum diximus in quolibet ordine uirtutum præcipua
deguſtanda. Sed & in generibus ſingulorum etiam dei munera donaq; cœleſtia con
ſideranda/ut ex quolibet illa excerpere emulari deligere ſit in animo. Nullus enim tā
inutilis quin ſi diligenter obſerues aliquid ex eo boni non aurias. Gloriatur Hierony/
mus multa ſe a ruſticis & idiotis prouerbia & uitæ exempla didiciſſe. Plinius nullum
ſe librum ita neglectum unde non aliquid excerperet legiſſe teſtatur. Quin ex aduerſa
riis & his que uitanda uidentur ſepe proficimus ut ex Arrii ceterorumq; erroribus fi/
dei dogmata magis in conciliis confirmata. Per aduerſarios ſiquidem acuimur / ex
ſurgimus: excitamur/ex eorum obiectis longe magis q̄ ex amicorum inditio in noſtri
uenimus cognitionem. Animalia quoq; nonnulla uenenoſa theriacæ adibita ſepe no/
bis remedio cæteris exiſtunt uenenis: Et herbæ quædam uulgo neglectæ ſingularem
morbis quibuſdam præbent auxilium Quamobrem ſi nihil ſpreueris facile inuenies
nil a deo fruſtra creatum/qui omnia uidit/ & erant ualde bona. Vnde nos aliqua expar
te proficere facile poterimus/modo induſtriæ mater adſit prudentia. Sit demum ad eā
quam ex nobis deus magnopere poſtulat perfectam ſapientiam pluribus adiuti admi
niculis facile peruenire aut ſaltem q̄ minimum ab ea diſcedere licebit. Quod ſi forte
omnibus primas attingere partes uirtute non datur pulchrum in ſecundis ac tertiis ut
ait auctor quidam conſiſtere. Sed & in quartis & in quintis & longe ſequentibus non
admodum turpe/ modo in bonorum laudatorumq; forte a domino quocunq; gradu
inueniamur talentum nobis creditum non omnino fodiſſe proculdubio dicemur.

De uitiis magnanimitati oppoſitis & eorum cauſis. VIII.

AGNANIMITATIS Exceſſum temeritatem & ad rogantiam/ac eas
ſibi partes quæ nec uirtutis neq; fortunæ ſuæ ſunt quomodo quis uſurpet
m paulopoſt dicam/Nunc tantum defectus Timor Puſillanimitas cunta/
tio Triſtitia Diſperatio Negligentia occurrit. Quattuor quidem decau/
ſis hæ ſolent euenire. Ex adfecta conſciētia:labore:otio:natura. Imprimis
nihil uſquam ſibi conſcio timidius/ nihil rurſus bono confidentius integer uitæ ſcele/
riſq; purus nō eget mauris iaculis nec arcu/nec uenenatis grauida ſagittis Fuſce phare
tra inquit Oratius Et Cicero pro Milone Magnam uim habet conſcientia in utramq;
partem ut ſemper pœnam uerſari ante oculos putent qui peccauerint & nihil timeant
qui nihil admiſerint/ Et apud Plautum ſuperbum eſſe decet fidelem ſeruum apud do/
minum ſuum. Quamobrem bonus idemq; magnanimus propriæ conſcientiæ thea/
tro contentus erit/ſecum libenter loquetur/angelis ac deo teſtibus clam facta proſpiciē
tibus exhilarabitur:& quanquā in hominū conſpectu quandoq; triſtis/intus attamē di/
uinæ uoluptatis torrētem tacitus potabit Rurſus autem criminis alicuius conſciū in/
ter delitias ſepe mœſtum uidebis Deniq; ſi forte uidet ſi uino aut ueneri indulxerit: ſi
ſodales/aretalogos/fabulatores/paraſitos adcerſiuerit omnia contaminati & adfecti ſi
gna ſunt animi ut his plane adminiculis/ quemadmodum ſolent uites ulmis ad natu/
ræ debilitatem ſuſtentandam/uti neceſſarium putet. Omnia ſane facinoroſum perter/
rent/uindex pœna:hominum iudicium/ labefactus mala conſuetudine animus : infe/
lix exitus:ultrices turæ genium proprium liberiate priuatum:imprecationes iniuriam
ex eo ſuſtinentium:ipſe demum ſcelerum cognitor altiſſimus deus. Aliud inſuper qd
a ſubeundis patiendiſue rebus arduis laude dignis deterret. Labor eſt. Ad hoc enim na Ex labore
tus homo ut non in otio languens nihil omnino patiaris ſed ut exercearis & exercitus
tandem prædeſtinatæ tibi gloriæ pignus ſpem habeas i domino firmam Neq; unquā
uir clarus non ſolum in cœleſti ſed in terrena huiuſcemodi paranda gloria quicq̄ lau/
dis niſi per incomoda & labores ſibi parere poterit ut eſt unius ſapientis dictum. Per διὰ μόχθου
erumnas ad felicitatem uenire oportet. Nam & miles mortem metuens generoſum ἆθλα μονιν
aliquid nunq̄ geret:ſed is qui nihil incomodi:ut duci ſuo palmam referat omnino me δι'
tuit/finis tantum ſollicitus Deo igitur militans non ex euentis angi aut grauari ſed ex
his que euentorum cauſa fuere/peccata ſcilicet/curare habet In erumnas incidere non
quidem optandum quum in oratione preſertim dominica ne in tentationem induca/
mur ex deo poſtulemus Verum quum inciderimus ſtrenue ferendum Sicuti nec uicto
riæ ſpe dubiæ hoſtis ultro petendus/aut loca iniqua adeunda Verum eo compulſi au/
dacter reſiſtendū. In acie namq; pro humana gloria conſtitutus tubam ſonantem non
horret:periculorū & proprii corporis obliuiſcitur. Sic tu audita intus ſpiritali dei prece
ptorum tuba ubi tentaris reſiſte/ nec ignem aut ferrum metue Nam & ipſa elementa
eos qui tali erga ſuum conditorem conſtantia ſepenumero uerentur Ipſæ quoq; feræ
rabiem naturalem temperando his parcere/ accedere quandoq; ſolent/ Vna eſt culpa
tantum homini metus dolori ſq; iuſta cauſa Male autem pati/maleq; de nobis audire
nihil ad nos rationemq; noſtram Laceſſitus in tuto eſt/ nullam deo redditurus ratio/ ὁ ἀδικούμε
nem/tota huiuſcemodi ſarcina leuatur/Non enim male ſed uera audiendo dolere fas νοσ ἀ υπνυ
eſt Que ſi minime ex aliis audiuerimus maior nobis ex deo ignis ueluti ſubicinere ta διωσ εσι
citus adurendum reſeruatur. Dum enim palam ardet flama continuo / calorq; decre/
ſcit Ita & nos continuo ignominia & repulſis iure toleratis a futura ira tutiores procul
dubio reddimur Immerito autem paſſis uirtus merceſq; noſtra impoſterum gloriæ
maiori tanquam in depoſito cum fenore ſeruantur Ex quo nihil i hac parte res aduer/
ſa nobis officere ſatis poterit. Labor nonnq; quem ſponte ſubmittimus atq; optamus mi
nime quidem grauat/oblectat potius. Preter ſpem ac uotum nobis obueniens ægre to

De fiducii ſui bona malaq; IX

IS VERO Q ui robore uiriſuſq; confirmati in uia dei profecerunt al/
tius propoſitum dirigitur /nullo neq; numero neq; ordini/neu abinitio ce
h pto inſtituto ſed tantum ſpiritui ſancto ſubiecti atq; addicti libertate pro/
pria fruuntur/ad eius inſtitutum nutumq; ſeſe rationeſq; uitæ ad comodant
Multa propterea e ſacro eloquio arcana ceteris non ſatis intellecta nec for
te conſiderata diuino incenſi amore norunt atq; deguſtant. Litera inquit apoſtolus oc
cidit/ſpiritus uiuificat. Multa item in ſacris dicuntur uoluminibus que proceres noſtri
confidentius interpretantes ad ſua ſibi cõſilia optauere. Inde & ſanctis quandoq; con
tempta reliquorũ trita & comuni uia nouus agendi uiuendiq; modus/multaquoq; cũ
libertate dicta factaue apparent & quæ aliis forte uitio/illis conſtantiæ caritatiq; tribuũ
tur. Inter hos hi q zelotes uocãtur uiuere poſſunt ut Paulus Petro in faciẽ reſtitit. Itẽ ſeſe
quandoq; laudare & aliis preferre prouocatus uidetur. Angelos inſuper de cœlo ali/
terq̃ ipſe euãgelizantes omnino reicit Hieronymus Mariæ adſumptionem in dubium
reuocat. Seſe ſuaq; facta ſimul & abſtinentiam & caſtitatem prædicare nõ ueretur/Græ
gorius ut eſt memoriæ proditum Traianum non ſatis moribus probatũ uti in alio ſu
pra loco memoraui ex pœnæ debitæ ac perpetuæ legibus eripere/deum exorando eſt
auſus. Q umq; omnibus proprias proicere animas ſit interdictum/inuentæ tamen uir
gines quædã gothorum tempore q̃ ſeruandæ pudicitiæ gratia/domino inſtigante ſeſe
in uberim p̃cipites dederunt. Apollonia item in paratas flãmas non expectato impul
ſore ſe ieciſſe memoratur. Hominẽ iterficere nefas Phinees attamen zelus in ſcorti Ma
dianitis cede uirtuti adſcribitur. Ordo etiam in proximi caritate apud magnos uiros
quandõ retrogradus oſtenditur/ſic iubente deo ut his que ad corpus breuemq; uitam
pertinent/plus ſeu certe non minus q̃ nos diligamus Helias nihilominus ſpiritu ſic di
ctante ſunamitii uiduæ ac pauperi breuem admodum cibum familiæ reſeruanti ſibi
prius parari iuſſit. Nonulli etiam uiri ſanti ſeſe de inimicis ulciſci queſiuerunt/ Fidu/
cia demum ſiue auctoritas eccleſiæ uniuerſalis tanta ut omnibus in cœlo beatis preua
leat Nec corpus dominicum ſe adoraturum ſi proiberet eccleſia fatetur Auguſtinus
Multa propterea ex euangelio per ſancte ac diuino monſtrante ſpiritu & mutata & cor
recta & aptata & caſtigata ut hominibus ad ſalutẽ uia comodior cum altiſſimi dei ho
nore oſtendatur ut quin laicis uini ſpeties interdicitur i conciliis quoq; inſtitui pluri
ma ad ipſius ædificationem eccleſiæ conſpiciuntur. Q uamobrem quiſq; pro uirtute p
uiribus pro gratia pro auctoritate ex deo recepta quedam.nõ aliis forte tentanda in dei
ac proximi caritatem tractare/detractareq; ac interpretari i domino recte poterit. EST De adrogantia
Et uitioſa quedã ac in exceſſu fiducia/potius autem confidentia ſiue adrogantia que &
citra uirtutem & animi uires bonis ac plane laudatis ſeſe imiſcet/atq; comparat & fa/
cta preter ordinem imitari cupit ut Magus ille Simon/cuius Acgeſippus meminit & Aegeſippus hiſtoricus de Simone mago Pharaeo
Pharao per malas artes eademq; apoſtoli pariter & Moſes per ſpiritum ſanctum gere
re ſunt conati. Pſeudo p̃phetas item multos & pſeudo apoſtolos ſæpæ ad ſanctorum
æmulationem inſurrexiſſe legimus. Nec.n.aliud q̃ temeritas adrogantia audacia/fragi
litatis demũ propriæ ignoratio turbulentos ac plane cõtentioſos homines a ſacroſan
cto catholicoq; dogmate deſciſcere pſuaſit. Nõnulliq; itẽ dicta factaq; quotidiã p̃ſertim
bonorũ nulla nec uitæ neq; morũ integritate/nõ fama etiã bona/aut alia uirtute muniti
rep̃ndere palã ſiue priuatim ſeſe minime cognoſcẽtes nõ uerẽtur. Vt Terſites ille Ho/ Terſites Drances
mericus Agamẽnonem & Drances Virgiliãus Turnũ ſiue ut Faonius in ſenatu Ro/
mano/aut Athenis Timon Miſantropos cognominatus nulla uerecũdia ſeſe oĩbus uľ
laudatis opponere ſunt auſi. Hec oĩa ſane cõſciẽtia moderatur q̃ ut optimo cuiq; cuncta
agendi dicendiue recte uim tribuit atq; cõſtãtiã ſic rurſus ignauis eripit ſenſum puerul/
ut quemadmodum ait apoſtolus ea faciant que minime coueniunt.

De Patientia ſeu tolerantia triplici uitioſa: philoſophica: chriſtiana. X.

r

ELLIQVA fortitudinis ſunt ea que ad tolerantiam pertinẽt. Magni. n. uis animi/ ſine robur abſq; patientia non erit. Ita pati fortem a'te omnia neceſſe fuerit. Omne namq; malum leuius fit patientia: & rurſus dimidium mali pati patientiam. Plautus dixit. Verum hæc: nequis erret/ triuni generum uitioſa Philoſophica/ & Chriſtiana: ſeu mauis ultimas duas Moralem & Theologicam appellare/ Cuncti namq; moralium libri: cunctæ ſectæ hãc extollunt: optimam tñ ex his eligere uiri prudentis fuerit. Plures. n. dum ſe patientes haberi eſſe iactant: timidi potius: aut adſentatores ſeu certe negligentes uocari debẽt/ nec ſolum a domino pmium ſed mulctam habituri. Nam ſiquis aliena peccata quibus reſiſtere facile poteſt: caſtigationemq; fraternam ut ſupra cõmemoraui timoris ſpei/ cõmodi/ ſeu certe negligentiæ cauſa ulla diſſimulauerit: ex alienis propria faciet/ nec ædificabit: ſed deſtruet: non colliget: ſed ſparget: neq; demum laudem: ſed iudicium: iramq; uindictam ex domino præſtoletur. Horũ igitur infinitus numerus. Alia melior. õge: uel philoſophis præcipitur ac laudatur que in tolerandis malis & rebus duris: uirtutis gratia conſiſtit: cuius exemplis plena gentilitas & uirorũ fortium monumenta: de quibus paulopoſt. Tñ a noſtra q̃ querimus chriſtiana/ fine aberrat quod non in deum: ſed in gloriam & cõmoditatem propriam omnia referat incõmoda. Hæc uero quam tãtope pdicamus cui ue merces & in hac: & in futura debetur uita. Triplex omnino eſt: anſq; in hoie gradus habet. Q um in dolore gaudemus. Q um non admodum gaudemus: ſed æquo ſumus aio/ Tertio qum adfflictatur. Primus uoluntarius ſecundus toleratus Tertius coactus. Primus item perfectorum. Secundus pficientium. Tertius incipientium. In primo præmium abſolutæ uirtutis conſiſtit. In ſecũdo peccatorũ uenia. In tertio ad benemerendum diſpoſitio. In primo rurſus dei prouidentia magnope laudat. In ſecundo in bonam accipitur tñ partem. In tertio non incuſatur qdem: attamen admirationi eſt. Ex primo quis pœnarũ nihil ſentit. Ex ſecundo aliquantulum. Ex tertio magnopere grauatur. Ob primum ut amici ac filii ad uirtutem exercentur: ob ſecũdũ: ut item filii indiligentes plectimur: Ob tertium ut transfugæ/ ac contumaces in diſciplinam ac officium redigimur. Primus deniq; eorũ eſt qui ut terra bona ſemen accipientes fructum adferunt in patientia: qui ue cum Paulo dicunt. Q um infirmior tunc fortior ſum. Et rurſus libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Item cum Iacobo. Omne gaudium putate qum in tribulationes uarias incideritis. Paucorũ hoc admodum quos æquus amauit Ieſus aut ardens euexit ad æthera uirtus. Hac ingreſſi ſunt uia pceres nři ac martyres quos diuinis nunc honoribus colimus. Hi ſunt de qbus ait apoſtolus. Siqs ſupedificauerit ſupra fundamẽtum hoc aurũ argentum lapides pcioſos. i. opa patiẽtiæ caritatiſue pfecta laudẽ habebit. Secundus eorũ qui in cõmuni officio: ſeu caritate degentes nõ ſolum extrinſecus præcepta: ſed intus animi inſtituto conſilia ſeruant. Ingnati & ipſi rebus qñq; terrenis & ſi non ſua ſuorũ attamen interdum cã illecti a recta iuſtitiæ uia diſcedere ſuadent. Diuina tñ puidentia laboribus huius uitæ qñq; exercitati atq; purgati dei caritatem atq; mãſuetudinem cognoſcunt/ iure ſe flagello petitos fatent. His itaq; ab apoſtolo rurſus dicitur. Siquis ſupra fundamẽtum hoc/ lignũ fenũ ſtipulam ſuperedificauerit detrimentum accipiet: ipſe tamen ſaluus fiet: ſic quaſi p ignem: hoc eſt per uitæ uarios labores & erumnas ſeruabitur. Q uoniam & ſi ob naturæ imbecillitatem: ac ſpiritus tenuitatem ægre nolenſq; feret. In archano tamen corde: mentiſq; receſſu æquum dominicæ uoluntati præbet animum. Tertius eorum eſt gradus qui a mandatis diſcedentes & humanis ſe uitiis contaminantes: ita peccant ut naturæ magis fragilitate: aut conſuetudine mala/ q̃ animi malignitate peccent. Signum/ quod in malefactis minimum gaudent/ potius dolent/ labant/ ſed non ruunt: ægrotant/ ſed nõ intereunt: in ſumma naufragantur aqua: non in maris profundo merguntur. Q ui

De uitiis nõ tã ai q̃ naturæ.

profecto quum non procul a ſalute ſint:manu fluctuantē.Petrum erigēte indigēt.Q uā/
obrem quum Ellebori loco:aduerſis rebus purgari & ad ſanum eis redire ſit nēceſſe:ad
ſueti minime obtemperare magis dolent:mollius queruntur: intemperantius ferunt:
ita tñ ut deum minime incuſare uideantur:aioq; ſecum reputantes culpaꝝ hanc unam
eſſe medicinā/maloꝝ tolerantiam/ad diuinæ auxilium gratiæ ſuſcipiendum ſe præpa
rant.Hos itaq; gradus quemadmodum ſecula tribus compabimus metallis. Stamno
argento/auro:Stamno.n.ſimilis tertii quod id genus facile conflari & in uarias dedu/
ci formas/præterea argentum ex eo arte confici poſſit.Sic hi ſi diligētia diſciplinaq; ad
ſit in uiam uirtutis facile deducibiles fuerint.Argentei ſecundi:quod hoc genus ſi ferro
aliaue ui poliatur atq; alteratur lucis ſoliſq; cādorem referet:igni tñ minime reſiſtit. Sic
illi Xpi gratiā laboribus mediocriter exerciti magis oſtendunt: maximis uero ut mar
tyrio nequāq̃.Aurei aūt primi quod uelut aurum nulla ignis iniuria mutatur/aut labe
ſcit quin melius ſemp/aut luculētius exit/Sic omni uirtute abſoluti nullam malorum
infectationem exorrent:melioreſq; continuo euadunt.Ferrei uero quibus expres diſci
plinæ ab omni procul timore ut in naufragio ſecuri & inter enſes milleq; mortes uelu
ti Ceneus ille in fabulis immortalis/ac inuulnerabilis totos ſeſe putantes:nullis omni Ceneus
no laboribus:nullaq; a domino inflicta calamitate erudiuntur: qn acriores uehemētio
reſq; in uitio ſemp ut Antheus ex terra uires.Sic ex humo miſeriæ/ ac doloris deteſta/ Antheus.
biliores iugiter fiunt:deum ac prouidentiam incuſant: pximis & ſuo natali maledicūt
Q ui ut mœrorem ſepe auertant uino epulis alea uenere ſine ēt paraſitis ſeſe oblectare
contendunt.His igitur ab apoſtolo dicitur.An neſcis quod dei patientia te ad peniten/
tiam inuitat?an diuitias bonitatis & longanimitatis eius contemnis? Theſaurizas tibi
iram in die iræ.In hanc ſententiam miror tam pulchre a Cæſare dictum in Cōmenta/
riis.Solere deos imortales quo grauius hoīes excōmunicatione rerum doleant ſecun
diores interdum res concedere ac diuturniorem impunitatem pœnæ grauitate com/
penſare.V T autem de ipſius patientiæ cōmodis etiam in hac uita dicam / mirum in re
breui/breuiſq; iracundiæ compreſſione ſi quando ex illata oritur iniuria quantum p/ Cōmoda pati/
uenit utilitatis/quantumue præter laudem ac gloriam nobis ad uitæ uſum pariat adiu entiæ.
mentum. Neminem.n.dolori/aut iræ nimis indulgentem ad extremum non peniteat/
quum multa ſe bona breui ſpatio breuiq; interdum de cā prodegiſſe uideat. Natura in
hoc magnum ſuppeditat auxilium.Alius alii longe facilius/uel nullo dei metu: aut rel
ligione ſeſe continere:aduerſariis parcere:manſuetos in omnis eſſe.Preterea ſimulare
diſſimulareq; omnia cōmodi:aut gloriæ cauſa adſpiciuntur. Vlyxem quis docuit tot
mala pati niſi uirtus & natura propria.Sed que ex hac bōa fuerit adſecutus uideamus Vlyxem
Ex Calypſo Circeſq; inſidias effugit/apud quas tot annis retentus eſt.Domi contume
lias procoꝝ ut ignotus ſuſtinēdo ea que ab initio optauit tandem eſt adſecutus ut eos
morte plecteret/ac patrimonium amiſſum recuperaret:Iaſon memoriæ pditum quan Iaſon.
ta patrui iuſſu priuſq̃ uellus optatum domum referret mala tollerauerit. Hercules acce Hercules.
pto reſponſo ſe magnum futurum atq; imortalem ſi uirtutem ſpreta immortalitate ſe/ Cynigerus.
queretur omnia monſtra periculaq; ſubiuit. Si in bellis querimus præter labores mili/ Sceua.
tum ordinarios portentoſa quedam leguntur ut Cynigeri illius Xerxis militis in ho/ Otryades.
ſtilem nauem ceſis iam manibus ingredi audentis. Item Sceuæ Centurionis & Opi/ Opitergini.
terginorum qui pro Cæſare ſponte/ac fortiter occubuere/Otryadis Spartani contra ar Regulus
geos de agro Tyreate pugnantis.Romanorum ſexcenta leguntur.Reguli apud Car/
thaginenſes ſponte ſupplicium ne hoſtem falleret perferentis. Sceuolæ conſtantiam Sceuola
comburēda dextra.Oratii Coclitis in pōtis obſeruatiōe.Innatātis Cleliæ fiducia. Innu Clelia.
merabileſq; alii. Si extra bellū curaq; ſanguinē.Q uid maius Bragmanis:ac Gymnoſo
phiſtis q nodi agitabāt & ardētes pyras ſponte ſubibāt ut ille apud Alexādrum.Calanus Calanus.
docuit. iter Hebreos Eſſeoꝝ ſecta q̃ta caſtitate:abſtinētia pauptate pollebat.Sed iter Ae/ Eſſei
reticos atq; ſciſmaticos.Iacobitæ & nōnulli alii uictus aſpitate/moꝝq; ſeueritate nullis Iacobitæ.

Athletæ Lacedæmonii

mortalium cedunt. Græci etiam paucis. Et in ludis olim certaturi ab omnibus abſtinebant inquit apoſtolus ut corruptibilem acciperent coronam. Lacedæmoniorumq́ pubes ſupra aram quandam uerberibus adfecti bellis utiles & incōmoda tollerare facile oia adſueſcebant. Que qdem res calcaria uel igniculos addere poſſunt: ut tanta nobis ſpe futurorum propoſita aio paratiſſimo ad me tam cōſtitutam ſepués ſicut olim / ſi opus curramus: ut illa audire uerba mereamur. In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Nec coronabitur niſi qui legitime certauerit.

De diuerſo fidelium ſtatu / ac merito / quodq́ martyrum in fortitudine primas obtineat. Deq́ ipſius & docentium in eccleſia laudibus. XI.

Laureaꝝ p̄mia

CHRISTIANORVM facta Quattuor inter alia pollere ac ſanctæ abſolutæq́ exercitationis merita omnino prima retinere uidentur Martyrū imprimis. Deinde ſeu uerbo / ſiue ſcripto docere. Que ambo ſimul cum uirginibus Laureas habere dicuntur. Quod ſane p̄mium nō tam ex beatitudinis eſſentia q̄ accidente prouenies quoddam eſſe ferunt / Tertio omniſſis oibus contemplari. Poſtremo pium gerere negocium / proximum rebus quibuſcūq́ in domino iuuare. Inter hos rurſus alius aliis potiores. In hoc ultio ſiqdem gradu Religioſi ordineſq́ oēs qui ad ægros curandos ſeu excipiendos hoſpites / aut captiuos redimendos: aliaue pietatis opera obeunda inſtituti ſunt primas obtinent: quod his que ſponte faciunt ſe auctoratos uotoq́ addictos eſſe uolunt. Deinde q extra uotum eadē tm̄ agunt / nec ſolum forte oblatis operam: aut facultates impendunt: ſed eos diligēter ueſtigant: Nōnulli inferiores rei familiari ſuiſq́ educandis curandiſq́ imprimis Chriſti cauſa ſine querela uocat. Cæteros uero tm̄ curā egenum forte oblatos in extrema cōſpicium egeſtate / quoſue omnino deſerendo ſua graui culpa ſe uideāt abſolui nō poſſe. Contemplantium uero ſupremi eos q ſub ordinibus et rei dicatis degere uidemus / quoſue maior uirtus & rerum oium abſtinētia eo decet: quo ſunt curis cæteris exemptiores q̄ alii quibus ob labores uarios ſimul & diuerſa officia rebus plurimis & uictu cōmodiore indigere uidentur. Quidam uero ſponte ſua in celibatu agentes oi cura familiari filiis uel aliis delegata: reliquum uitæ tempus negociis oibus omiſſis deo & legendis ſacris uoluminibus tradiderunt: & uita ſeſe lautiore ac oibus pariter illecebris caſtrantes tanq̄ in cuſtodiam aliquā per receſſum: aut corporis: aut mentis coniecerūt. Hi aūt quos ſecūdum tenere locum ſupra narraui: inter utrunq́ uerſantur / mixtiq́ ex utroq́ uitæ retinent genus. Horum itaq́ princeps oium confeſſione illi ſunt q. homelias ſermoneſq́ in templis habent / populos inſtruunt / apoſtolorum officio ſuccedunt / modo illorum exemplum ac uitam imitari contentur: quō ſine his fides nequaq̄ ſubſiſteret / mores iamdudū ꝑcipites abiiſſent: eccleſiā oēm pariter & ciuitates luxus ac priſtina gentilitatis uita prorſus occupaſſent. Quāobrem dum huiuſcemodi exercetur officiū fas omnia publica priuataq́ deſerere negocia: tabernas claudere: forum uacare: nec ſolum profana: ſed ēt ipſa ſacrificia: cerimonias aras ipſum denique in hoſtia dn̄m relinquere / quod dei uerbum diuinū ad ſalutem magis noſtram deiq́ altiſſimi honorem facere uideatur. His proximi ſunt ac quandoq́ ſuperiores: q ſcribūt: ut aliter uulgus docēt ſiue conſilio iuuant. ILLI uero qui chriſti cā ſuppliciū ſiue ſponte: ſiue non ſponte tollerāt non ſolum ex fortitudine primam referūt laudem: ſed in uniuerſa & catholica eccleſia omnium altiſſimum & meritum & locum retinent: neq́ .n. maius aut diuinius quicq̄ excogitari poteſt. Horum itaq́ ſi conſtantiam reſpexeris nihil priſcorum exemplorum admirateris. Hi ſatis oſtendunt nullo iam opus prodigio credenti: quum nulla: nec ſecta: neque ſuperſtitio / aut reſp. ſeu denique tāta gloriæ cupiditas fuerit que tot pericula labores morteſq́ adierit: neq́ tot annis durauerit tam interfectorum numero: dignitate hoium: genere pœnarum plura ſit paſſus. Spiritus .n. ille uehemens ac diuinus uſq́ ad extremū ſanctos

plane uiros poſt exitũ in cœlũ comitatus: Nõnulli uero ante exitũ glĩæ ſignũ uiderũt ut Stephanus Poſtremo nos ꝗ uiuimus teſtes idonei ſumus eoꝝ ex deo ꝓuenientũ hono rũ ꝗcum ab hoĩbus colant/ac diuinis cerimoniis noĩa nataleſq; illoꝝ nõ naſcẽtiũ ſed morientiũ dies celebrent. Quamobrẽ niſi ꝗs omni ſtudio eoꝝ ueſtigia fuerit imitatus gloriã quoq; ut ait Auguſtinus cõſeq nõ ualebit/ Quod ſi forte aut fragilitate humana ſeu nature debilitate uel metu pœnæ id genus expauerit/aut aufugerit Duo quidem/e ſeruã/ da que nos ꝗdem ab oĩ piaculo plane liberãt. Primũ ut eo ꝓpoſito / eaq; demũ mẽte ſit ut ſi dño ſic iubẽte piculũ inſtet/ nullatenus refugere in aĩo ſit . Deinde nõ eſſe eodẽ cũ martyribus ardore/nec ſeſe ꝓmptũ ut decet aĩaduertere illi cui debemus uiti pſtare ue hementer doleat/ac quadã in receſſu cordis ignauiæ uerecũdia premat . Veꝝ qm̃ diuer/ ſos gradus cuiuſlibet ſtatus ſupius ad ſcripſimus nõ omnino palmæ huius ex ptes hi ui dent ꝗ citra ſanguinẽ carnẽ ſuã ut ait apl'us cũ uitiis & ꝯcupiſcẽtiis crucifixerũt: Quãcũq; ꝑfecto nobis aduerſum arduũq; ac difficile ob altiſſimã cauſam pati cõtinget/martyriũ quis dubitat ſape uidet Huiuſcemodi nãq; infinita Mors dura repẽtina ante diẽ extra ſo lũ patriũ/amiſſio nr̃oꝝ/ infra æqualiũ inferioꝝ ue fortunã ſe ꝯſpicere/quum uirtute meri tiſq; alioqn ſupet Repulſæ uariæ Inter hoĩes deſpici: prodi a familiaribus Domeſticoꝝ diſcordia Corpus ſeu naturali ue caſu infirmũ Mens ualitudinaria tot irruẽtibus mor/ bis: iugis cruciatus Curæ mordaces In rebus duris deliberãdis anguſtia Cõſcientiæ ſti mulus: animus pẽdẽs: naturalis incõſtãtia Ad ſingula metus ac trepidatio Orbitas: mœ ſta ſolitudo: infelix liberoꝝ euẽtus Ingrateæ amicitiæ Inſidioſæ blãditiæ Spes uana: nul lus inconatibus ſucceſſus Preterea ignominiæ calũniæ/uulnera uincula carceres exiliũ naufragia/uictus cultuſq; tenuis: Galienũ: ꝯtinuæ lites: dura paupertas. Que ꝗdẽ ſi (ut ſta tus humanus oĩa dat) æquo tolerent aĩo maxime plurimũq; rebus accedet ſpiritualibꝰ ac ad delẽdas culpas magnopere faciet ut his lõge magis hoſtius deus placari ualeat q̃ his que ſpõte nr̃a ſubimus/aut tribuimus. Sed de hoc ocioſius aliquãtulũ i ſeꝗnti mox diſſerã

¶ Quod nõ ſit medium uirtutis ſemp attingere / ex quo ardua malaq; pati ex deo ꝑ uenientia longe tutius & difficilius q̃ ſponte aggredi. XII.

G RAECAM Eſt ꝓuerbiũ Nequid nimis Hoc enim maxime deo ꝓba mur dũ oĩa nõ ſolũ bona ſed etiã bene hoc eſt/ ordine / riteq; agamus ne recti ſpecie/aut officii opinione errare ſit unq̃quod maxime prudẽtiæ in/ tellectuſq; uirtus fuerit/ad quam oẽs reliquæ ut ad portũ reducuntur Ma gnum ſane opus ac difficile/ut inquo uiri magni errare ſepenumero ui dentur. Itaq; in his ſeruandis cum Dauid clamare licet Doce me facere uoluntatẽ tuã Item delicta quis intelligit Et in alio loco neq; ab oriente/neq; ab occidente quoniam deus iudex eſt: mediã quodamodo recti uiam uelle oſtendere uidetur Vtq; id ſane ue/ rum eſſe deprendi liceat Conatus hominũ diuerſos ꝑcurrere uacabit Illa primum in omni officio diligentia curaq; ſi plus æquo fuerit nõ ſolum laudem ſed noxam nobis apud deum parabit/quum ſollicitudo potius & animi anguſtia & in rebus diffidẽtia di/ ci ualeat: Vnde illud audimus Nolite ſolliciti eſſe. Item Iacta in domino curam tuã. Si rurſus parua nobis craſtini cura/aut irruẽti neceſſitati aliquo humano modo nõ occu ramus: ac in his agẽdis que nobis incũbunt ꝓ loco/proq; ipſe nõ cogitemus caueamus agitemur/quod abſq; animi quantulacũq; ſuſpenſione ac ſpũs interpellatione fieri nequaq̃ poteſt/ſed tantũ relictis oĩbus deo ac ſanctæ meditationi uacemus : illi ſane apoſtolico ꝓcepto minime obtẽpabimus: Qui ſuoꝝ & maxime domeſticoꝝ curã non habet fidẽ negauit. Laerti quoq; cõparari poterimus ꝗ relicta cura familiari cui primũ debebat/ru ri ſe in otio cõtinebat In ipſa rurſus contẽplatione/modo hæc nobis diuinitus ac om/ nium uenia concedatur) abſtinere uacare/orare/legere ultraq̃ cuiuſq; natura patitur ſi forte contingat/piculũ ob animi nimiã cõtentionem in melancholiã/aut cõtra ꝑ animi

remiſſionem uagationeq́ inanem /in deſidiam paulatim atq́ inertiam icidere. Huc ad cedit uſu rerum aut re domeſtica ſepe non ſuppeditante/ incomodo potius alieno q̃ ꝓ prio contemplari ac uacari. In actione rurſus uerendum/ ne dum plus æquo ſtudiis artium ſciendi aut docendi ſeu etiam ſcribendi gratia uacamus Siue etiam in admini ſtrationibus uariis ex his ad pietatis pertinenti opera/occupati tenemur:ſpiritum omni no extinguamus:dumq́ alterum iuuare putas:alteri fortaſſe noceas Ne quanq̃ iniuſtam attamen ſequenti cauſam/operā preſtare contendas.Cautus inſuper eſſe in ne gotio & illud audire uerbū dn̄is Videte quomodo caute ambuletis Itē nolite omni ſpi ritui credere Sed interdū quā putas prudentiā/dolū atq́ aſtutiā inuenies & plus ſapere q̃ oportet ſtudes: in curioſitatē minime utilē aut honeſtā dilabaris. Cōſiliū fidele deliberā/ ti dare cupis & dū aut ꝑ ambitionē/ aut incōſideratā ea dicis q̄ ipſe ignoras eū a uia ue ritatis auertis Rurſus ſi metu errādi iuuare deſinis in his q̄ facile ſcire & exſeq poteras ꝓximū deſerēdo peſſundas.Iuſtū te iactas:legis ꝓpterea ſeueritatē requiris:æquus tibi ſepe ceteris uero ultor ꝓ crudeli & iniquo apud iuſtū iudicē taxaberis Nec illud ſapiētis di ctū recte intelligere diceris Noli nimiū iuſtus eſſe.Miſericordiā in peccato diligis & ꝓ animi mollitie licētiā audatiæ ac futuris malis anſam tribuis maiorē. Vera libēter am/ plecteris uerusq́ ac libero plane aīo uideri conaris At incautus mordaci ꝓximū uerbo & quē leniter poteras/acriter petēdo ad irā potius q̃ ad penitentiā ꝓuocas & ubi animæ reſtitutæ præmiū expectabas:pœnā incōſideratæ locutionis debes : palam ſepenumero que arcana eſſe debuerāt faciēdo/nec item tēpus aut locū ubi dicis inſpiciēdo/ Si cōtra hec oīa reſpicis/cautioneſq́ ut ſupradicta euites adibere uelis:blandior fortaſſe fueris ac ne diſpliceas ea que minime oportet diſſimulabis Sicq́ dū eū q in hilaritate inſeretur imitari exiſtimas:illud uereberis Dn̄s diſſipat oſſa eoꝝ q hoībus placēt.Si ꝓximū tuū peccantē caſtigas inq̄t auctor qdam meliorē reddis:ſi pateris te ipſum ꝓbatiorē facis:Si cui in utroq́ bonū ſic itē malū.Dū corrigis piculū ne tu in irā aut odiū flectas Dū pete/ ris:ne ille humanitatæ abutens peior euadat.Liberalitati ſtudes ſed cui aut quanto/quo modoue daturus ſis niſi ꝓuideris:crediti male diſtribuit ratione mercedis loco debe/ bis.Si autē ꝯſideraueris ac in deliberādo ꝓpterea nimis cūtabundus ſup ſederis ne ca/ ritatē in dādo incitatā remoreris aīaduerte/Multos nāq́ ſepe uidemus dū ueſtigare cu rioſius paupertatē & in ſingulis aliqd excipe uolūt/tandē oēs reiciunt/ aut ſaltē partius ſe minant/Fortē te dicis labores piculaq́ ꝓ iuſtitia ſubeundo partim tolerando Verū dū aliena a tuis uiribus maq́ facultate iprouidus tētas uide ne temeritatis potius uitiū adeas Huc adcedit inſita ſæpe rebus magnis ambitio quædā gloriaq́ clā mentē uellicās.Cōtra uero ſi timidus & ab his que tuo ſatis apta ingenio fuerāt tentādis ꝓcul inueniaris:diffi fidentiæ filius uocaberis.Obedientia nihil omnino maius:nihil laudabilius:at quomo do cuiq́ obtemperandū ? in otio præſertim ſeſtiuitate aut in ciuitatū & collegioꝝ diſcor/ diis quum ſuas quiſq́ honeſtet partes.In maioꝝ principūue obſeruātia que pars admo dum politicæ iuſtitiæq́ uidetur ſi forte officii gratia aut auxilio deſtitutis opam ꝑſtandi ſtudio/ atria magna ſit in animo colere Id metuā a Lucano dictū Exeat aula qui uult eſſe pius.Si uero abſtineā:ſupbus ruſtici in humani nomē mihi ꝓtinus nō deerit : iuuā/ di uero apud nos oppreſſos facultas nulla Si i miſeriis tractādis cōtinuo nos atq́ alios attentos nulla unquā animi remiſſiōe reddiderimus:piculū ut illa mētis acies debilita/ te atterat atq́ decidat/Si autē remiſſionē ioco parūp honeſto ſpectamus Vox illa do mini metuēda. De omni uerbo ocioſo rationē reddituris denūtiās. In negotio itē quis quādoq́ non errat:modoq́ omnis ſimulq́ ea que in hoc expetunt quis omnino tenet? Ne dū aliis adeſſe cupimus:aliis obeſſe inueniamur/ne plus æquo cōtēdamus ne ca ritatis ſpetie in ambitionē prinatamq́ ruamus ne pſonæ / amicitiæ ſanguini plus q̃ iu/ dicio tribuamus:ne laboꝝ æſtu ſubito excitato:ab officio/ceptoq́ laudabili deſiſtamus. In otio uero qs a deſidia tutus erit: Q ui nihil agit inqs nihil errat/at omittendo que re cte facere poterat/officiū deferendo ꝓtinus errat. Q uomodo igit̄ ſi cūtabimur emerge

mus/illeq̃ legitime certanti ꝓmiſſa cōſeq̄mur? Q uomodo inquā uocē illā audiemus.
Luceat lux ur̃a corā hominibus ut uideāt opa ur̃a bona:ſi nobis tantū & comodo noſtro
uacabimus? Q uin & ipſas thelogicas appellatas quas exceſſum minime pati nr̄i do/ Fides uitia
ctores dictitāt/nō ſatis mihi exploratū ꝗ ſecurus habeā Credere nāq; ſupra ꝑterq; modū
id ſane dixerim ſi e tépli pinnaculo ubi dn̄s tētatus & unde p gradus facile deſcēderē ua
leā ſubito me ꝑcipitē dare poſſe abſq; noxa deo fretus exiſtimem/Si ꝑ erea nullo ex uſu
mōtes trāſferre uelim expiri Aut etiā ꝗ mulierculaꝝ potius leuitati cōueniāt repēte cre/
dā ut ꝓdigia nōnulla que interdū ſalſo p imagines q̄ſtus gr̄a ferunť Seu etiā ꝑter incā/
tatoꝝ ſeu magoꝝ cōmēta palā interdicta ſemiſupſtitioſa q̄dam reꝝ quaꝝ clam certis
tpibus & locis uirtutes quēadmodū Ouū in aſcēſione dominica: Anſerem in ſanctoꝝ
omniū celebritate/In natali Ioannis baptiſtæ uerbenā atq; chelidoniā. Nonne & in ſpe
offendere/metā ꝗ dicar excedere Si deū eos miſerantē qui in uitio ſunt obſtinati exiſti Spei uitia
mabo? Si ea que ſunt fidei me parum ſectantem inter electos omnino referri exiſtimē?
Si ꝓximo minime parcendo ueniā ex deo conſecuturū ſperem/ Q uamobrē tales lon
ge magis ꝗ boni ſpare dicunť. Boni namq; iugiter inter ſpem & metum uerſanť/ quō
enim magis deo p uirtutē ꝓpriores/eo ſe indigniores eſſe intelligūt metuuntq; magis:
pericula expendunt/iudiciū ante oculos habent:diem continuo cogitant ſupremū. Alii
uero q in delitiis & roſa uiuūt nihil hoꝝ formidare uidenť/quomodo ergo i ſpe diceni
tur ampliore? Veꝝ his dicit ſpes impioꝝ ꝑibit hic non omnis q dixerit domine domi
ne/ipſe introibit in regnū cœloꝝ Aliud enim penitentia ſperare fuerit/aliud animo quā
doq; penitendi:aliud nun ꝗ penitēdi: Aliud denium nihil unquam ſperare/ Duo primi
modi tantū ꝓbari uilent quanq̄ primus altero potior/Reliqui in ſpiritū inſurgunt. Peſ/
ſimus omniū ultimus:quum exceſſus in hac parte longe tutior ꝗ defectus/ minuſq; ma/
li omnino habere uideat/Q uomodo aūt uir iuſtus inter utrūq; uerſet:Gregorius ele/
ganter in moralibus exprimere uidet. Bona nr̄a inqt debemus ſciēdo neſcire/ne mens
meritoꝝ elata magnitudine/uitioſa ſecuritate diligētiā remittat/neu nimio peſſundata
timore dū nihil acceptū putat a ceptoꝝ pſeuerantia deſiſtat/ Tanta igiť in āgēdo bn̄ficiē
doq; nos circūſtante difficilitate qd potius dicā/aut cōſulam ꝗ que ꝓceres noſtri iubent
ut in his que ex dn̄o ſuſtinemus/pluſq̄ in eis que ſponte aggredimur ſpei collocemus
plus inquā conatuū/atq; uirū in aduerſa patiēdo ꝗ agēdo ꝑclara:& que diuinitus a dn̄o
infligunť ꝗ quum uolūtaria uel maxima gerimus adibere uidemur:Q uod in his uolū/
tati ꝓpriæ in illis diuinæ magis obtepamus Nā quēmadmodū paulo ſupra cōmemo/
rauimus ea ſepēnumero que agimus & ſi nō omnino ſaltē expte aliqua ita māca & a
media illa uia difficiētia ſunt/ut nō ſatis exploratū / an deo ſint grata. In illis uero que
multa cœlitus ꝓueniūt/ſi æquo tolerēť aio eo qd & fides & difficultas maior appareat
nihil oinō meritoꝝ deꝑdit Facilius nāq; que ſuaſa nobis ꝗ que mādata exſeqmur/ Da
mus itē ꝗ reddimus aut poſtulamur facilius Heſiodi fere huic ſimile carmē ē qd ita cō
uerti pōt. Q uiſq; ſpōte dabit ꝗuis ingētia gaudet Idē forte/ꝓcax q̄ſquā ſi poſtulet ulto Heſiodus
uel minimū:herebit mœrens longeq; grauatus. Cōſiliis namq; quum auſcultamus do/
minicis ſponte dare uidemur:Reddere aut poſtulari quum ꝑceptis obtemꝑamus. Pre/
ceptum namq; nobis atq; mādatū diuinæ ꝓnus parere iuſſioni / ac ea que ꝑter noſtrū
eueniūt ꝓpoſitū ex illius æterna ꝓuidētia in bonā accipe partē. Credidit Habraam deo
& reputatū eſt ei ad iuſtitiā/nō ſponte ille filiū ſed iuſſus imolabat/quum hec illi dicitur.
Item Dauid nō tam in his que ſtrenue ꝓ lege iuſtitiaq; geſſit ꝗ in his que benigno hu/
miliq; corde paſſus eſt/deo placuiſſe dicit Memēto inqt domine Dauid & ois māſue/
tudinis eius. Iob quoq; eadē de cauſa tantope collaudatus Paulus nō minus in tolerā/
dis & ipſe ut fateť aduerſis ꝗ que pie geſſit gloriam eſt adeptus/ Deniq; dominus ipſe
predicando docendo curando benefaciendo ꝓdigia edendo / nihil prorſus ad noſtrā
egerat ſalutem/niſi mortem dei iuſſu uelut homo alacriter ſubiiſſet Sanctos itaq; uiros
afflectatio martyrium cedes calamitas paupertas calumniæ pro Chriſti nomine tole/

tatæ ad cœleſtē gloriā euexere Anima noſtra ſuſtine dominū inquit Dauid. Item ſuſti nentes autē dominū glorificat Totus fere pſalmorū liber inimicis & perſecutoribus & tribulationibus refertus eſt Neq; tu inimicos huiuſcemodi alios q̄ ea que ſenſui uoluntatiq; illius ꝯtraria eueniebāt intellige. Hec nos imprimis exagitāt/hec negociū nobis faciunt/hec mentē ſepe de ſtatu deturbare ac p̄cipitē agere uident. Quamobrē Guillermus Pariſiēſis grauis auctor/ac ſummus plane diligenſq; theologus ita in ſuis reliquit monumētis ut facultates aliqua calamitate amiſſæ modo id ꝓuidētiæ que rebus ꝓluit noſtris æquo aio referat/nō minus ad ſalutē meritaq; noſtra/uirtute patiētiæ q̄ ſi paupibus eſſent erogatæ ꝓculdubio facere. Quis igit̄ Deo nr̄o ſimilis:q̄d eo magnificētius q̄ talē adflictis nihil omnino niſi bonā adferētibus mentē/ſpē tribuit/ac p ſuū tā clare illoſ hortat̄ ꝓphetā Cōfortamini puſillanimes Et uē iuxta eſt dn̄s his q̄ recto ſunt corde. Lætantibus olim diſcipulis de rebus miris ac b̄n geſtis ait Dn̄s Vidi Satan uelut fulgur de cœlo cadentē Ruiſus uero ob ea que paſſuri erant:mœrentibus. Gaudete & exultate inquit quoniā merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Hic itaq; ſine periculo gaudiū illic cum gaudio periculum facile deo teſte conſpicimus.

De Temperantia & eius partibus. XIII.

t EMPERANTIA Venerē ac gulam imprimiſ moderat̄/que ambo dei ꝓuidentia delectationē ex natura ad ſpeciei/ac ſingularis cōſeruationē habent/mediā ſane inter luxuriam & eam quæ i ethicis Anæſteſia/ nobis autem inſenſibilitas dicitur ut naturæ aduerſa/rara eſt admodū. Huic tn̄ q̄ alteri proprior extremo proprio Chriſtianis ita neceſſaria/ ut nihil ſine hac uel ceteras retinenti proficiatur Vetulæ proibēus ac rugoſæ faciem habet / reliquo corpore ſpecioſa / ueſteq; admodum ornata pulcherrima/ Contra uero intemperantia Scyllæ caput/oraq; uirginis/reliqua moſtroſa quod ab initio delectabilis in receſſu triſtia multa relinquat Quod ſi generatim. Hæc uirtus ſumatur ſane ad reliqua etiam uitia coibenda data eſt Nam & iræ temperans & cupiditatis & iniuriæ recte apud auctores inuenitur. Eius partes Continentia Modeſtia Eutrapelia Ornatus Decorum.

De Continentia triplici. XIIII.

h AEC Non uirtus ꝓpriæ ſed initium ad tēpantiā Ariſtoteli/ quum illa & habitū & actionis facilitatem/que uirtutiſ ꝓprium exiſtit retinere uideatur/Hæc contra nondum habitum adſecuta doleat/ac cum adpetitu contendat/Theologis uero continentes & temperati & uoluptatis abſtinētes appellantur. Quamobrem de hac paucis. In uia Dei tris hominum ordines/ triaq; continētiæ genera nouimus que ſiquis abſoluerit proculdubio beatus erit Matrimōniū Viduitatē. Virginitatē Nā quāq̄ aliud alio ſupius/ſiqs a ſtatu officioue ſuo defuerit ab inferiore alioqn abſoluto ſupabit̄/ Vt ſi in tetrachordo Octochordo Decachordo ex neruorū pluralitate melodia creſcat/attamē chordarū tēpamēto primū inſtrumentū quanq̄ breue ita quādoq; reſonabit ut ſecūdū nō eadē harmonia tempatū ſupet Secundū rurſus eadē ratione Tertiū/Sic itē in uirginitate niſi id genus aliis corroboretur uirtutibus ut harmonia quadā interſe actionis ad pfectū tēdat/ inferior lōge nō ſolum uidua ſed etiā cōiugio in officio pſiſtētibus fuerit. Mulierē ego mediocri pulchritudine/alioqn integro ſanoq; corpe/ei q̄ lōge formoſior/uerū morbo aliquo/ aut uitio corpis adfecta ſit oino p̄poſuerim. Arborē quoq; maluerim breuē/ac breuia ferētē mala modo bona/q̄ igentē plurima & ſapore igrato Quis neſcit Magdalenæ caritatē multaꝝ uirginitati pſtitiſſe Et i ſeq̄ntibus ſeculiſ Leopoldū auſtriæ ducē Stephanūq; ac Lu[…]uicum reges multis tunc monachis & Eremitis uirtute ac ſanctitate ſuperiores f[…]

Ex quo non abre ait apoſtolus Hilarẽ datorẽ diligit dominus. Præſtat enim quis parua aīo pmpto ac alacri q̃ magna grauitate/quū deus hoīum facta nõ tã nūmeret quã expẽdat.

℄ Modeſtia in uerbis rebuſq; quanti polleat. XV.

m ODESTIAM Si recte taxauerimus nõ ſolũ temperantiæ ſed hone ſti totius primã eſſe partem facile dicemus. Enim uero modũ atq; ordinẽ in rebus cunctis ſeruare nihil aliud q̃ recte omnia facere officiumq; ppe/ tuo cuſtodire fuerit. Q uamobrem hæc reliquaſ temperāt actiones legem omnibus imponit ſuperbos maxime aduerſaẽ gratiã ex deo ſimul & ho minibus ſibi conciliat Modeſtis bene credunẽ omnia/audacibus & temerariis nequaq̃ quod maxime inconſiderati præcipiteſq; ſint. Hi uero ratione in ſingulis ſapientiũq; cõ ſilio ſi forte ꝓpriũ defuerit utãtur. Omniũ attamẽ cognitu difficilimi niſi ſe factis oſten/ dant. Nã tardi qdam ingenio & natura uecordes: raroq; loquentes modeſtiæ nomẽ fal ſo ſibi uendicãt/ Nõnulli uero cuiuſlibet rei ſimulatores ac diſſimulatores, & in pectore uulpẽ recõnẽtes fictã omnino hũanitatẽ pſẽ ferũt Ad extremũ uero ob aliqd comodũ ꝓpriũ ſeſe ꝓximus oſtendunt/ Horũ itaq; fronti nulla fides ſed in eorũ habẽdi numero/ de qbus ait dñs Cauete a fermẽto phariſeorũ. Duplicẽ omnino deſcribimus philoſophicã & ſpiritalẽ Prima pars eſt filiaq; honeſti. Altera mater & caput dequa paulopoſt. Prima rurſus in uerbis habitu ornatu geſtis rebuſq; aliis illud Chilonis dictũ ꝓbe ſeruare ui/ detur. Neqd nimis. Locutioni formulã in primis ſtatuit ne uitioſa fluat/ ne in maledicẽ tiã aut obtrectationẽ exeat/ neu uanitatẽ ſeu mẽdatiũ/cõtumeliã iurgiũ clamorẽ tumultũ tragicũ ꝓdeat Nec minus his aduerſas adſentationẽ ſcurilitatẽ comicã/loquacitatẽ non ſolũ intẽpeſtiuã ſed etiã de rebus q̃ndoq; grauibus: qum ĩ multiloquio ut ait apoſtolus non deſit peccatum: imitetur Huic diſciplinæ magis q̃ loqui ac diſcere magis q̃ doce re uelle ꝓpriũ uideẽ / Si minime interrogatus que nõ opus: interrogatus aũt que neſciat ambitioſe reſpondeat. Si corã maioribus ac peritioribuſq; eius pſertim rei de qua ſermo eſt impudenter loquaẽ ut ferẽ de Phormione pħo qui qum caſtra nunq̃ uiderit / auſus tamẽ corã Hãnibale de re militari diſſerere ut eſt apud Ciceronẽ. Si deliberãti ꝯſiliũ te/ mere dederit Si dũ ſermo eſt de rebus pſertim grauibus alias res agat/alienaq; ſit mẽte. Si p negligentiã aut faſtũ reſpõdere cupiẽtibus minime curauerit: Si alienis a cõſuetudi ne uerbis utaẽ/ Si uitioſa taciturnitate ſeu nõ aliquo æquo reſpectu ab officio diſcedat Deniq; ſi dicẽdo/aut reſpõdendo abre/incõſiderãter/inepte/ ꝓlixe/ alios excludere/ aut certe offẽdere uideaẽ. Vt autẽ ad geſtus ueniã adrogãtes incõpoſitos/laſciuos/hiſtrioni cos/ Oculos pterea petos/toruos uolubiles paraſiticos cupidos Vbi nõ opus nec quã/ do decet intuẽtes Crebrã quoq; & capitis & corporis totius mutationem Q ue omnia & leuitatem & animi uitium præſe ferunt Huius prorſus uitium diſciplinæ caſtigare: Q uomodo autem in pleriſq; fiat mox oſtendam.

modeſtia humana & diuina

℄ … Eutropeli … e iocis ac ludis conceſſis inconceſſiſq;. XVI.

T … is modeſtia quædã eorũ pſertim q iocis uti uolũt quos etiã … ut … tias Scommata Cauillos Dicteria Sales uocare grãmati … us itẽ in … fo dogmate ſeſſi q̃ndoq; animo ex recreatione … mu … ecũdo de muſica dicit Auguſtinus Volo tan/ … Nã … lecet inẽtis aciẽ rebus gerẽdis intentã interdũ … e io … ntẽ geraſ ut nemo te aſperum ruſticũq; ducat/ … at … nere tria uitãda noſtri iubẽt Primũ ne ullius … ſtremo amicis parcamus Ludi quoq; honeſti … atrũ ludẽtibus in Eremo quodã monachis uia … ntoniũ arcus pteſi exẽplũ ꝓpoſuiſſe qui ſi ma/

εὐτραπελία

gis contraeretur/omnino frangeretur. Labori ſcilicet modũ ſtatuendũ ſimul & conten
tionem animi aſſiduã aliqua honeſta remiſſione leuandã plane ſignificans: In utriſq;
tamen ſcurrilitas ſimulq; illiberalitas tanq̃ exceſſus cauenda. Vt nõ ex ambitione aut lu/
xu ſeu intepeſtiue/ ſed loco/tempore/ ordine/ex eaq; demũ cauſa quam ſupra narraui
fiant. Deinde modice. Nam ut parũ ſalis in cibis ſic in uita uoluptatis parum ad ani/
mi recreationem ſatis fuerit/ Quemadmodũ item amici delectationis gratia pauci ad
modũ ut in ethicis ſcribitur habendi ſunt/ Quum enim ludi huiuſcemodi modũ exceſ/
ſerint/ gulæ filii Gregorio appellant. Vbi dicitur Sedit populus manducare & bibere &
ſurrexit ludere. Scribitur & in prouerbiis Extrema gaudii luctus occupat. Et in euãgelio
De Riſu Veh uobis qui ridetis quia flebitis. In quem locũ Ambroſius Non ſolũ ego inquit p/
fuſos ſed omnis pariter uitandos iocos cenſeo. Etenim riſus chriſtianis nõ ad modũ
laudatus Dominus ipſe fleuiſſe quandoq; riſiſſe nunq̃ eſt uiſus. Quod & de Catone
ſene & L. Craſſo Agelaſto poſterea cognominato dicitur: exemplo noſtroꝝ uerecũdiæ
quodam modo ſunt poſiti. Bona cordis diſſipat: arrogantiã oſtendit: ſecuritatem ſibi
ſtultam polliceri uidetur/ qui in naufragio & carina non tuta poſitus rideat. Tot nãq;
in hoc mũdo malis circundatus quis ſane lætetur aut gaudeat niſi cui Chriſti pax ade
rit/ ut ait apoſtolus? Qui autem hoc diligentius cupit legat Ephren Syrũ q̃ cõtra riſum
De Saltatione unum edidit librũ. Saltationem preterea & choream inſanoꝝ hominũ & plane Cory/
bantũ inuentũ fuiſſe Plutarchus in tractatu de ſaltatione ſcribit. Cicero uero tempeſtiui
conuiuii immoderati animi ineptæ letitiæ dicit in orationibus hanc eſſe. A noſtris ue
De ſpectaculis ro in nuptiaꝝ celebritate tantũ citra libidinem conceſſam. Cætera uero ſpectacula im/
pudica ſeu pericoloſa lex Chriſtiana minime permittit/ Non item perſonas ſacroꝝ or
dinum aut mulierũ res impudẽter referre. Pudet namq; tantũ in eccleſia nefas paſſim
inoleuiſſe narrare/ ut in urbe roma preſertim nullo ſexus aut ordinis diſcrimine tribus
fere menſibus per ferias ſtultoꝝ Mamilonius ſimiles diſcurrẽdo perſonati debacchant.
Quin & olim priſcæ grauitati Romanæ ſimul & Scipionibus Aemiliano/ac Naſicæ
Theatra ꝓhibita ne fierent/ tanq̃ publicis moribus nocitura. Nunc uero paſſim nobiliſ/
ſimi adoleſcentes exercent hiſtrioneſq; agunt. Spectant inſup obſcenas fabulas conue/
niunt una cũ principe ſacri ordinis primi. Quos iure ſunt partes ſancte Pater ab antiq̃
iam tanti ſceleris poſſeſſione deicere/ Nec ſolum que bonis ſunt moribus aduerſa ſed
etiam ubi uitæ diſcrimen adiitur ut ferarũ truculentaꝝ uenationes quocũq; in loco fiant
& qui dicuntur Schoenabates hiſq; omnia ſimilia interdicta. Sunt qui hoſtis inuicem
concurrere inter hec minime ponant: quod ego nequaq̃ conceſſerim/ Nam & antiqui/
tus non alterutrũ petebãt ſed ad palũ hec exercitatio fuit. Reliqua uero ſimulachra exer/
citationeſq; belli que citra periculũ ſint quando bellũ minime ꝓhibetur/ neq; item illa. Si
militer & ludiones Aretalogi fabulatores: dicteria dicentes aut ludicrũ aliquod hone/
ſtũ agentes citra noxã iudicari poterunt ut ait Aquinas modo & ipſi uerboꝝ geſtuũq;
laſciuiã ac procacitatem que mores contaminet omnino caueant. Similiter & hi qui eis
ex mercede ſubueniunt ſecus autem ſi rem facultateſq; in his ſimilibus effundant/ ut in
quodã Auguſtinus loco ſcribere uidetur. Sed honeſta quidem fas omnibus agere ſeu
ſpectare ſacerdoti preſerti.m/ aut penitenti ubi maxime populus nullo diſcrimine con/
ueniat. Nam & magnificentia ſumptus & fœminaꝝ ornatus & iuuenũ elegantia & ap/
paratus ſplendor ſimulq; illa gelliens tullianaq; lætitia publica quamuis grauem atq; cõ
ſtantem animũ de caſtitatis ac honeſtꝝ morũ ſtatu depellere ſunt apta. Inter priuatos au
De Alea tem Alea/& ſiquid ſorte preualet omnino infame ubiq; Romanis illis/ Ideoq; præterq̃
in ſaturnalibus publice interdicta ut Martialis in epigrammate quodã clare oſtendit.
Apud nos uero non ſolũ palã Anno toto ſed etiam in ipſis principum atriis loco lẽ/
ctionis ac pabuli turbæ otioſæ ac expectantis imprudenter exercetur.

¶ De Vtriuſq; ſexus ornatu. XVII.

RNATVS Quoq; ad modeſtiam decoremq; pertinere uidetur. In/
cultos namq; homines & ferarũ more in agris uictitantes & cuſtodiẽdo
pecori inuigilantes:animaliũ deniq; tergoribus & melotis ſeſe amicien/
tes priſca uidit ætas:quum frigida paruas preberet ſpelunca domos igneq;
laremq; & pecus & dominos communi clauderet umbra. Siluestrem mon
tana chorumq; quum ſterneret uxor frondibus & culmo uicinarũq; ferarũ pellibus. Vt
etiam in ſacris uoluminibus ſanctos uideni patres feciſſe legimus Prouidẽtia deinde
que omnia abſe creata continuo magis illuſtrat ex rudi ſeculo ferinoq; more in ſplendi
diorem ciuiliorẽq; cultũ paulatim hominẽ reſtituit Vt quem animo prius decoraue
rat/corporis etiam habitu præceteris animantibus honeſtaret/partim etiam ab ouo uẽ/
dicaret Hinc purpuram coccumq; & alios quibus lana inficeretur colores oſtendit Se/
rica quoq; Xylina/bombicina/byſſina/ortominta/ ſataba/ aliaq; ex aliis aduecta natio/
nibus patefecit Hec rurſus redordiri: ſtamine contexere: opere diſcriminaris arte uaria
laborare non ad luxum aut libidinẽ ſed caſtum honeſtũq; uſum ſeculis monſtrauit ut
his plane beneficiis ac comoditatibus deuincti prouocatiq; in admiratonẽ ſimul & amo
rem auctoris uerterentur Quod ob noſtra flagitia non licuit. Copiam enim in perni/
tiem noſtram & dei beneficentiã in eius contumeliam conuertentes felicitate atq; otio
abuſi ſumus. Vt autem a maribus incipiamus & quo nunc ambulant habitu parũper
inſpiciamus Italia rerũ domina que barbaris olim togam legemq; uiuendi dare cõſue
uerat/nunc ab eis bracas impudentiſſimas ac meretricios plane ornatus collaq; & pe/
ctora nudata aureis quoq; ac criſpantibus interulis ornata:ſoleas in orbem laxas:mol
libus crines ac muliebribus reticulis collectos. Inlaxis uẽ manicis brachia ad oſtẽtatio
nem exerta conſpiciendaq; mutuata eſt/ut mirũ uideri nequeat adoleſcentes taliter in/
ſtructos feminæ uſum uiris ſuppeditare pariter & egere:quum præſertim eo uentũ ſit ut
tenuis diuiti:aut ſeruus ingenuo non cedat Feminæ uero per humũ longas ac pretio/
ſas trahentes ueſtes hominibus ſtomachũ mouent/ac Propertiũ carminis memoriã reno
uant Matrona incendit cenſus induta nepotũ Et ſpolia opprobrii noſtra per ora trahit,
Ornatus & ipſæ pariter gallicos ſumpſerunt/colorem ac capillos mentiunt Veſtium or
namentorũq; multitudine ac ſumptu cæteris pſtare cupiũt Ex quo uiris reiq; familiari Paulus
incomodũ maximũ:conſpicientibus libidinẽ ſibi deniq; & animæ ppriæ perniciem pa
rare uidentur Paulus ad Timotheũ Mulieres inquit in habitu ornatuq; cũ uerecundia
& modeſtia uerſentur/Non intortis crinibus aut auro ſiue margaritis: ſeu ueſte pretio
ſa. Vnde quantũ mulieribus liceat/ex his uerbis deprendi ſatis poteſt. Superfluus mere
triciuſq;/ac minime pudicus pibetur ornatus/modeſtus autem nequaq̃ cuius etiam ra
tione artes que in his uerſantur in diſciplina chriſtiana impune quoq; exercen poterũt
Auguſtinus in epiſtola ad poſſidoniũ Fucari inquit pigmentis mulieres ut rubicũdæ Auguſtinus
candidæq; appareant adulterina fallacia eſt/ Qua non dubito ipſos etiam maritos ſe
uelle decipi quibus ſolũ permittendæ ſunt feminæ ornatus:ſecundũ ueniam dico nõ ſe/
cundũ imperiũ. Et paulo ſupra Non inquit de ornamentis auri uel ueſtis propriam in
pibendo ſententiam pferre/niſi meis qui nec coniugati ſunt neq; coniug ri cupiũt/co/
gitare debent quomodo placeãt deo illi autem que ſunt mũdi cogitent/quomodo pla/
ceant/uel uel uiri uxoribus uel uxores uiris/niſi quod capillos nudare quas capita ue Aquinas
lare apoſtolus iubet nullo modo decet. Aquinas rem hanc aliquantulũ lenire uidetur
Mulieres inquit ſi aliquanto ſe cultius ornent ut uiris placẽdo adulterii cauſæ occur/
rant/etiam ſi uanitatis aut leuitatis potius q̃ libidinis gratia non inculpa ſemper letali
uerſantur/Fucus enim & color in ore queſitus earũ que forma coloreq; naturali admo
dum inuenuſtæ apparent ad deformitatẽ uiris pariter & aliis tegendam quadantenus
excuſatur/cætero ſemp damnatur. Si uero nonnullæ modũ forte aliquantulũ præterie/
rint/ quemadmodũ nudare crines ut idem rurſus ſenire uidet excuſare ſeſe aliqua ex
parte poterit culpam inconſuetudinẽ quis minus laudabi le reiicientes. Nõnulla enim

Quantũ fas eſt cõſuetudini tribueret

Adam inquit & Eua rapere diuinitatē uoluerunt & imortalitatem perdiderunt ſimiles nam diis ſcientes:bonum/ac malum: per diaboli inſtigationē quemadmodū & Angelus eſſe uoluerūt Ambo eum ſe deo ſupra naturam propriā contēpto diuine glorie nomine æquiparare ſunt auſi. Vnde mors:pœna peccati fuit. Huius igiẗ partes Gregorius in moralib9 ponit. Qum bona ex ſe ſuiſq; meritis aliqs habere arbitraẗ. Seu qum que nō habet/hēre ſe iactat: Aut qn n ceteris ſpretis in ſe reb9 ſingularē arbitrabiẗ Ego ad ambitionē/glieq; cupiditatē rem hāc refero totā. De qua mox plurib9 ac p partes deſſerā.

ℭ De ambitione. II.

p ESTILENTIA nulla corda mortaliū præſertim fidelium/æque ac gloriæ cupiditas inficit/Sic eñ ambitionem taxam9 Licet in ethicis ad minores honores:magnanimitas uero ad maiores deducaẗ. Hæc uel ceteris præditos uirtutibus/de ſtatu omnino euertit. Qumq; reliq̄ ex ſe manifeſta ſint uitia/ hæc tantum in uirtutibus reperitur. Summis plane uiris inſidiatur/ qui quāq; reliquas animi pertubationes ſuperant/hæc uelut anguis in herba/aut inter lautas epulas uenenum latet. Modicum enim uiris totum plane cōuiuiū corrumpit Et breue coagulum/lactis copioſi mulctrā comprimit. Conuoluolus minimus admodū uermis vitem quāuis altam rodendo uaſtat Echeneis piſciculus nauem moratur ingentem. Sola fauilla incendiū quandoq; vnius excitabit urbis Sentis tenuis uaſtum domat hominē claudumq; reddit. Sic demū inſidioſa hæc lues ſanos quidē ſapienteſq; de ſtatu ſumme uirtutis deiicit/dum rerum noſtrarum amatores:laudatoreſq; plus æquo cupimus & Perſianū illud amam9. Pulchrū eſt digito monſtrari & dicier hic eſt/Eo namq; diligentius cauenda/quo difficilius euitatur/magis item formidāda quo honeſtior apparet. Armatū namq; hoſtem aduerſus uenientē facile ſubterſugies:clam vero petentem & amici ſpetie prodentē difficile vitare Nemo quidē aut admodū rarus repertur qui res tractat hūanas in opibus præſertim cōſtitutus qui honorē pro conditione quiſq; ſua non aliquantulū ad petat/eoq; priuari & malum & turpe putet/qum cætera:quidā vitia vt infamātia/ſi nō re ſaltem animo deteſtetur. Honorē uero quouis modo/etiā alieno ſæpe incōmodo cæteris relictis uel utilibus proſequiẗ atq; ita pertinaciter amat vt etiā moriens in hoc errore diſcedat. Malu; hoc Saluſti. biſariā deſcribere uideẗ. Gloriā inq̄/honores/opes:bonus & malus:æque ſibi exoptāt/ſed ille bona via ingrediẗ/huic qm̄ bonæ artes deſunt/dolis atq; fallaciis cōtēdit. Nec attamē bona ingrediētes via:ſatis ad ſalutē habēt:ſi ſupra nidū paternū ſeſe adtollere:ſi eo cui gloria primū debeẗ pterito ppriæ tm̄ ſtudeāt:ſi nihil aliud cogitent:deniq; ſi eius gr̄a cuncta gerant. Eſt tertiū genus virtuti ſalutiq; pprius eorū qui nō tam honorē adpetūt/q̄ ereptū dolent/nec tam pmas aut ſcd̄as/quāq; forte oblatas non recuſant:q̄ in poſtremis ſeu potius in nullo haberi nūero aut deteriorib9 poſthaberi:repulſamq; īmeritā pati:mollius fortaſſe q̄ decet ſæpe anguntẗ. Sunt & quarti omniū peſſimi & īpudētiſſimi qui pter merita ſibi maxia polliceneẗ ac vendicāt ueraq; laudis guſtū nō hñtes:ut ait de Vatinio/Seneca de pudere ad ſiduis flagiciis ac conuiciis didicerunt. Vatinius.

ℭ De multiplici ambitionis ſtudio: Et primū ex publicis diſſenſionibus Quodq; diſcordia quādoq; ex offitio. III. Seneca.

f ACTIONES eñ ac ſectas in ciuitatib9 qs nō nouit? Quotus qſq; has eſſugiet? Nihil.n.hūano anio addicibili9/adō ut ludētes duos:aut d̄ negotio aliquo diſceptātes:ſi forte ꝯſpicim9:ſtatim alteri/nlla adhuc cognita cā addici ac fauere uidamur. Ei uero q neutraq; in ſeditiōe partiū fuerit nō licebit ſæpe otioſo eē ut ignau9 inutiliſq; ēpelliẗ/Queadmōq; Ciceroī quōdā euenit/cui i duabus

ſellis ſdere a la berio eqte i theatro fuit obiectũHodie quoq; i plis nõnullis cauet ſoue
ri ſectae. Quin magiſtratus ab initio iurat ſe guelfa partiũ fore defenſorẽ. Sed & relli
gioſos ſipos q cæteris oibus illecebris xpi cauſa ſe abdicauet hic iſecit morbus ſentẽtus
qndoq; in adminiſtrãdo diuiſi aliis: alii adherẽt/ nulla alia ſepe de cauſa: niſi quod eo ſe
mod.o comodis ac honoribꝰ puei ſentiãt. Quãobrẽ ad cedẽtes ad remp. Duo Platõis
pcep a teneãt Primũ ut ſuo obliti comodo ſaluti publicæ pſulaui. Deinde ne dũ unã
reip partẽ fouẽt/ alterã deſerãt. Interdũ tñ euenit. ut & uerbis & re diſcordare nõ admo/
dum nefas: ſi cõſciẽtiæ deoq; ſeruit. Nam ſi angeli inter ſe aduerſi non ut diuinã oppu
gnantes: ſed potius ſciſcitãtes uoluntatẽ inter Perſas & iudeos apud Danielem fuiſſe
leguni. Cur nõ hominibꝰ idem ſanctis licebit? Intuendis quoq; urbibus legibus ac re
bus publicis bonos inter ſe ex officio quãdoq; diſſentire videmus/ non aliter q̃ fratres
fratres de augẽdo patrimonio & rei familiari prouidẽdo apud patrem pcertantes/ alii
aliam ſequunt viam ſpem aũt ut omniũ genitor & cõſeruator boni cõſulẽs omniũ pa
riter ſuſcepit/ ac reſpicit voluntates. Aut etiã princeps ciuiũ diſceptationẽ de ipſius hono
re ac dignitate cõſeruandis libẽter quidẽ audiet/ omibuſq; pro qualitate ac ſtudio mu/
nera diſpẽſabit. Sic pro iuſtitia proq; volũtate diuina veſtigãda contendẽtes homies pa/
titur libenter altiſſimus deus/ eoſq; facile ad extremũ in concordiã reducit. Quod ſi nõ
vtriq; parti ſemp hec recte mentis felicitas eueniet/ altera tamẽ bonorũ cœlum ſemp p
pitium ſentiet. Quãobrem et religioſis & ceteris ſocietatibus euenire ſolet vt ſeceſſiões
ex turba quãdoq; fiant/ dum bonorũ ſeq partes/ deterioreſq; ac turbulẽtos deſerere opor
tebit. Sancta igit huiuſcemodi contentio pro qua vl' ad ſanguinẽ vſq; pugnandũ vt me
moria patrũ noſtrorũ Bernardino Senẽſi euenit qui multis laboribus & in ſectatoibꝰ
ab his qui ordinẽ ſuum ingnauerãt auellens ſe ſe bonorũ ducem pbuit. Et multis ante
annis ex ordine Benedicti Ciſterciẽſes Cartuſienſeſq;/ ac alii ex aliis locis q̃ plurimi.
In rebus aũt publicis Senatus partes ptra ſeditioſa iouẽs plebẽ Romæ qs dubitat non
factioſas: ſed gẽtis cupidas appellari potius deberet? Deniq; ex pposito rei hũanæ iudi/
cant. Actioni formã ſpetieq; finis addit. Bonos iugit bonus comitat anius pceptũq; illd
apſicum fuat/ nihil p ambitõnẽ/ aut inanẽ gl'iam. Qd ſi errat/ opinione officii errat/ vt
Hieronimi Auguſtiniq; pcertãtes q̃ſdã epl'as & int aplos diuerſas fuiſſe ſnias legimus.
Quod minie in his pſpicit/ q aut iuidia ſeu libidie aliqua uel famæ cupiditate ardẽtes
praua i eccl'ia dogmata in popl'is quoq; publicas ſeu priuatas excitãt ſeditiões/ ac liber/
tatis uindicãdæ nomie aut aliq̃ honeſta ſpetie/ animi vitium honeſtãtes. Horũ geſta exi/
tus facile oñdit. Succedẽte namq; conatu malorũ plurimũ ſecũ trahũt/ ac peiore in ſtatu
rem tandẽ collocãt. Quod nr̃a ſatis tempora in multis piurationibus in Italia pſertim
pſpexerũt in Lampniana ptra Galeatiũ ducem Mediolanẽſem in Pyctana & Pactiana
ptra medices. In Pottia cõtra Nicolaũ pontificẽ. In Foroliuiẽſi ptra ſuũ principẽ Hiero/
nimũ multis quoq; aliis. Si aũt uetera regrimus mors Cæſaris eorũ q̃ poſtea ſecuta ſunt
ciuiliũ bellorũ cauſa fuit. At populi unius ſepe pncipis legitimi aduerſus tyrannũ iuſtã
tiam ſeu cãm deus adiuuarit de Lucretia uirginiaq; iuſtus dolor. r. pu. liberauit. Pauco
rum factio aduerſus etiã tyrannũ raro felix. Quod puatus odio magiſq; utilitate publi
ca aut iuditio moueri uideat. Omniũ uero pſenſus: cœleſtis eſt uox. Malus nãq; pnceps
ſiue Hypocrita ſicuti ſcribit/ ob populi pctã regnare pmitit. Quãobrẽ pati pſtat q̃ dei
ordinatõi reſiſtere/ q ex pcepto apl'ico nõ ſolũ bonis: ſed etiã diſcolis iubet eẽ ſubiectos.

¶ De inimicitiis & odiis priuatis/ & cur ſup his rectores cõniueant. IIII.

QVIN & puata exercẽtes odia hæc liter non deſerit/ alterutrũ petimus &
puocamus/ nõ tam ira quãdoq; q̃ opum oſtẽtatiõe armati ut in debilio/
res impiu & uires exercẽdo uulgo formidini ſimul & terrori ſimus q/
bus ab aplo dicit. Nolite inuicẽ puocare Nam & qui iniurie reſiſtere
ſeclamat/ ſepe quandoq; & ipſe ſi cupiat rem ad ocium & quietem facile

deducere/ualeret: uerũ opinioni magis q̃ iracũdiæ aut utilitati ꝓpriæ indulgemus: nec
tam aduerſaru res ſeu ſanguis q̃ gloria petitur noſtra Pacem igitur nõ ex ſe ſed ex aliis
quoꝝ nihil intereſt expectat ac iudicat eſſe faciendã Ante ꝑtoriũ ac principẽ pleriq; ad
ea q̃ cupiũt & ſponte uolũt cogi uideri ex optãt Miſeri ꝓfecto/q ea quoꝝ ſunt arbitrii a/
lienæ uolẽtes tradũt poteſtati Honorẽ ſæpe uocitãt De honore ſe nihil remittere uelle
ꝓfitent/parati ꝓpterea uſq; ad extremũ in diſcordia at a ſacris:myſteriiſq; fideliũ ꝓcul ui
uere malle q̃ uictoriæ uoiiſq; cedẽ alienis Quibus ꝓculdubio eduobus alterum ſepe
euenit/ut uel repẽtino morietes in expiati impenitẽteſq; decedãt. Aut ſi ꝓuidẽtes i mor/
bo redire cum deo ac ꝓximo in gratiã q̃runt/ uix ſatis eis/ ut pote metu coactis tutum
fuerit: Nõ enim caupo aut uenalis eſt deus Animi bona nõ numerat ſed expẽdit/ Quã
obrẽ tutius his apoſtolũ ꝯſulere dicentẽ uince in bono malũ Maxima nãq; omniũ ultio
in aduerſariũ:patiẽtia: His itaq; remediũ malis Delatoribus aures minie ꝓbere Semel
aũt i inimicitias uenientibus: illi penes quos auctoritas ac poteſtas erit mederi facile poſ
ſent ſi p eoꝝ ignauiã liceret Officiũ hoc eis neceſſariũ abſq; magno piaculo ꝑterire nõ
fuerit. Veꝝ hæc eis diſſimulatio q̃ſtuoſa nimiꝝ comodaq; ſepe uidet̃ Primũ qđ i pace
ſe tutius agere/nullã ſubditoꝝ interſe diſcordiã cõiurationẽ ſeu defectionẽ metuẽtes exi/
ſtimãt. Deinde certãtiũ hoc modo culpas maxime uectigales habẽt. Inter hec aũt mala
Peruſinoꝝ nõ ꝑteribo ciuilitatẽ: q ut reliq fere ſub ditione pontificũ populi interſe odia
partiũ exercẽtes domibus attamẽ pueriſq; ac feminis omnino parcere noxioſq; tm̃ pete
re ſunt ſoliti.

De Opibus ædificiis ſumptibuſq; reliquis nõ neceſſariis. V

q V I D Etiam dicã quod ob auaritiã tantũ opes querunt̃? minime quidẽ
& ſi ob auaritiã/eius cauſa mali ambitio fuerit/ dũ & uictu & cætero ſum
ptu æquales ſupare optamus. Vnde & emulationẽ inuidiaq; cæteris inſe
rioribus Cupiditas inde undecũq; rẽ parãdi ſollicitos cõtinuo patreſfami
lias tenet Paucis enim natura cõtenta Si enim ad uictũ ornatũq; non ſolũ
neceſſariũ ſi etiã comodũ reſpicimus nõ tot nauigationibus/aut externis laus uellereq;
ac ſerico. Nõ tot animi curis/corpiſq; laboribus eſſet opus Primis nãq; ſeculis i tenui
re melius ac ſanctius uita fuit quum una pecus ac dñm patria tegerẽt tuguria At uitæ ſu
ꝑbia in cauſa/ut ꝓſtare uicinis cupiamus idq; pleruq; p iniuriã ſibi opes uẽdicãdo/alie/
na ad petẽdo/magnos ſumptus faciẽdo: ꝓuẽtus ac uectigalia undecũq; comparãdo. Vi
deamus age dũ illos quos tantope hiſtoriæ admirant̃ nõne hac de cauſa ineptiſſimi di
cent̃? quum in ſumma auaritia ſumptuoſi ac in ſumma infamia glorioſi appareãt/ Ceſa Cæſar.
ris adferũt magnificẽtiã/ nõ ne is aliis rapuit ut aliis daret: ædes ſacras ꝓfanauit / ærariũ Alexander
diripuit: rẽp. inuaſit. Alexãdri magni liberalitate nihil i orbe clarius q ante diſceſſum om
ne amicis patrimoniũ diuiſiſſe dicit/ ueꝝ aliena occupauit/ iã parta ſpnebat/alia de no/
uo p iniuriã q̃rebat/ Quodq; maxime modeſtiæ cõtrariũ ꝓſentibus nequaq̃ cõtentus/ſpei
plurimũ: memoriæ nihil tribuebat dũ unus Pelidæ iuueni nõ ſufficit orbis Opes igit̃
& munificẽtia huic nõ tã ex uirtute q̃ ex gloria ut auctoratos ſibi ſuiſq; ſucceſſoribus mi
lites haberet/& ut ꝓda doniſq; illectos alacrius eũ ſeq̃retur. Eadẽ ratio & multos quos
nr̃a uidit ætas ipulſit/ Inter hos & Petri Cardinalis S. Sixti ordinis minoꝝ & Valẽtini du
cis Alexãdri ſexti filii inſanos ſumptus quum aliis cõmemorauerim locis ꝑteribo Cæte
ri uero inferiores magnoꝝ exẽpla emulãtes ſupra fortunã & ipſi uiuere / ac uideri ma/
gis q̃ eſſe cupiũt Id magnã exiſtimãtes laudẽ ſi ad oſtẽtationẽ oia referãt. Quantũ bone
Ieſu mutata ſecula: ex quãta frugalitate in quẽ uenimus luxũ Antiquus Romæ ſedecim
Helii uiri clariſſimi in eadẽ domo habitabãt Deinde Luculi tã laxæ ſucceſſerũt ædeſ ut
in his cœnacula q̃dam mille capacia cõuiuaꝝ exiſterẽt/ Neronis poſtea domus aurea
mediã fere urbẽ occupauit Theatra prius lignea ac tẽporaria poſtea marmorea ac ꝑpe
tua ut aũt ꝓpinqua referã tẽpa Romæ Curiales mea memoria Duo treſue nõ infimi

ordinis in domo una ꝓductitia anguſtaq; ſimul uiuebāt/ Miniſter duobus unus/ rarus
equs Cardinales quinquagies aureo domos habitabant/ quas nūc humiles longe cō/
ducunt homines equis adſummū xxv. familiaribus L. argenti facti pondo fere. xx. cū
breui cœnaculo & ſtragulis modicis uili ſtamine cōtextis parietes uelantibus utebant.
Accepi a parente meo ex Eugenii quarti ſupellectili Cardinalē quēdam ruſſatum emiſ/
ſe thoral Idq; luxuriæ ſuperbiæq; ab aliis adſcriptū fuiſſe Quid ſi ſerica & purpurea &
aurea lectoꝝ ornamenta apud plures eiuſdem ordinis nunc uiderent Item .ccc pon/
do argenti totidemq; domi otioſos ſimul cum equis canibuſq; alere. Ludouicus Pa
triarcha Aquileienſis Patria Paduanus uir alioquin in rebus agendis induſtria ſingula
ri/ primus poſt Eugenii mortem Romanā ac plane ſacerdotalem parſimoniā exulare
iuſſit ampliore licentioreq; ſtatu q̄ tūc illi ordini fuerat utens Cepetūt deinde laxa ædifi
cia apud S. Marcum beatoſq; apoſtolos Poſtremo apud. S. Laurentiū pompeiq; thea/
trum/ pontificū digna uſibus. Ipſe uero pontifex ex antiqua illa lateranenſi habitatione
tenui Cuius nunc ueſtigia uidetur/ ad ædes migrauit uaticanas quas Nicolaus tertius
primum modice quidem refecit/ Deinde Nicolaus quintus alii quoq; alia addidere
Sixtus Inocentius Alexander/ ita ut molis nunc menibus Hadriani continuas uidea/
mus. NON abre fuerit de his plus aliquantulum queri/ quum una hæc res intemperā/
tius ſumpta/ paſſimq; medullitus naturæ hominū inſita/ auaritiæ ſuꝑbiæ inuidiæ luxu/
riæ malorū ꝙ alioꝝ cauſa ſit. Seneſcentium hæc maxime poſt uinum oblectatio/ ut cæ/
teris deficientibus ob ætatem uitiis uni ædificandi uoluptati ſe dedāt/ Mathematici aſtro
id adſcribunt ſaturni ſenibus prædominātu ſimulq; ad rem huiuſcemodi adortāti Viſu
namq; uidemus ut nō ſolum potentes ac prodigi ſed multi qui æuo toto prætereuo cō/
parſerunt ac pauperes in diuitiis uixerunt coactam demum pecuniam in conſtructioni
bus effundunt: maleq; perdunt Poſſem plures enumerare paucos tamē adducam Me
mini Romæ Baptiſtam Lunenſem meum collegam inſumma parſimonia diu uicti/
taſſe ſine ſupellectili ueſte famulo equo: ornatu ue alio cōgruenti/ deniq; in patria ma/
gnificas ex edes excitaſſe quibus abſolutis ſtatim obiit. Proximis iā Annis Petrus Tur
cius eiuſdem ordinis & collegii & fere uitæ inſtitutiq; ſimiliter egiſſe & ad poſtremum
inter ipſa ædificia dum contentioſius agit a fabris interfectum. Latinum Cardinalē Vr/
ſinum lōgo iam ſenio confectū Seruatoris templum ædibus ſuis uicinū quod extrue/
bat cottidie uiſere ſolebat cum fabris & e decem pedis q̄ a ceteris iam negotiis abſti/
nebat/ dicentibuſq; ꝓximis ne ſollicitaretur omnia ſe recte curaturos: reſpōdebat ſe hac
tantū uoluptate nutriri: qua ſublata mox periret/ ut euenit. Florētiæ quoq; Tanais Net
lius prædiues ac longeuus quum templum Miniatenſe cōcinnaret/ totoſq; ibidem dies
conſumeret/ dicere ſolebat animi potiuſ graueſcentis leuandi q̄ religionis gratia id cō
tendere Mitto Philippi Strotii uaſtiſſimas ædes/ quas ille heredibus omnino abſoluen
das mandauit: tanta huius rei libidine uel moriens tenebatur ut ſecū hoc duraturū ſo/
latium perpetuo putare uideret. Hoc quidem ſatis ut plane oſtendam quanti ex natu/
ra hæc teneat animos exercitatio ut nemo fere ſit qui & ſi cæteros ſpernit ſumptus: hos
uel inops quandoq; nō adſummat: Ex prouidentia puto ut ſit qui poſteritatis conſulat
comodis/ Quod ſi omnes ætatem reſpicerent ſpemq; uſus: non tot in urbibus publica
priuataq; ædificia tantis ornatibus ac comoditatibus extantia uideret. Verū an homini
ſtudiū hoc ſummētū ſit utile/ mox ut alterius q̄ſtionis uideamus. Ego uero tantū abeſſe
puto ut ex hoc aliquis laudem ꝓmereatur ullam ut longe prudentiſſimū ſanctūq; pla
ne uirum exiſtimē q̄ quum maxime poſſit nunq̄ niſi forte neceſſaria ædificauerit/ Neceſ
ſaria namq; domus eſt ſi eam conſtructam mercari aut uti minime liceat Neceſſaria
Cœnobia templa Xenodochea ubi opus. Quod ſi forte his locus abundet/ aut ſatis ha
beat/ omnino ſuperuacua Quamobrem Bernadus in epiſtola quadam Monachoꝝ
inſtituta laudat/ at ædificia non laudat ut non religioſo ac plane humili ſed regifico lu
xu excitata Quid igitur dicturos de piſcinis ortis ædibus tot ꝓfanis luxui potius q̄ eo

modo ſeruientibus? Nauigatur ergo/adflictatur In erumnis ac laboribus toto uitæ tē/
pore agitur/præterea litigatur/peccatur ꝓximus decipitur: rationū codices die noctuq̄
euoluūtur/ ſacra christuſq̄ negligunt ut demū in patriam reuertentes/ domū uillamq̄
quadratis lapidibus cū inſignibus gentilitiis in fronte ꝓminentibus extruant. Saltem
gentiles huius modeſtiæ magiſtros reſpicerent. Pomponio actico Cornelius nepos & Pomponius Acticus
ſimiliter alius hiſtoricus Scipioni Aemiliano magnæ tribuūt laudi quod in magnis fa/ Scipio Aemi/lius
cultatibus nihil unqum ædificauerint. Sed & i ſacris myſteriis cerimoniiſq̄ diuinis ue/
ſtes etiam & ornamenta/tanta operis & auri oſtentatione laborātæ/ Chriſtianæ frugali/
tati minime cōueniunt Nam temploꝝ ſacraria ubi arcana & ſanctoꝝ relliquiæ condiū/
tur ita rebus ſuperuacuis ac gemmis & auro nunc locupleta cōſpiciunt/ut ex eis ciui/
tatis totius paupertatas ſuſtentari facile poſſet. Apud Albam regalē Panoniæ opidum
trecentoꝝ fere millium extimatio ſacrarium/antiquoꝝ gazam regum ei dicatam dū il
lac iter cum legato Cardinale Tarraconenſe forte haberem adſpexi. Spoliat igitur Chri
ſtus/ueſtitur ſacerdos:tegitur auro miniſter/ nudus ambulat in paupere dominus Sub
tholo fulgēte/ Choroq̄ teſſellato clerus deum laudat q ſedem ſibi in cordibus hominū
requirit Gemmis micātibus ſumptibuſq̄ aliis altaria uenerantur quaſi his deus illece
bris capiatur:ꝓphetam minime intelligētes Nō in tibiis uiri beneplacitum ei:benepla
citum eſt domino ſuper timentes eum & in his qui ſperāt ſuper miſericordia eius Hec
ab ipſis olim apoſtolis ſubcauernis orridiſq̄ ſaxis cōſtituta ſacerdotum in humili craſ/
ſoq̄ lino ſacrificatum ſanctitate meliuſq̄ nunc purpuræ ſplendore in altis delubris de/
corata fuere Similiter & purius & ſanctius in fictilibus ac uitreis hominū paupertati cō/
ſulentes q̄ poſtea in argenteis & aureis Chriſti ſanguinē potabant/Si egeſtate premi ꝓ/
ximum uideas uende calices aureos & fac uitreos ait Auguſtinus. Neceſſitatē deus re
ſpicit non decorem/naturæ prouidet imprimis non arti: miſerum ſuſtentare mandat/
non templa ſuperuacua ædificare/ nec cœnobia laxa/ magnificaq̄ plus æquo excitare:
nec item ſmaragdis tantaq̄ gaza conſecrata locupletare/neu demum ſacerdotes uarā
pretioſis fulgentem lapillis tenentem ante aras tot ueſtibus auro ſericoq̄ diſcriminitas
amictum ſacrificare/ Sanctoꝝ item corpora atq̄ oſſa tanto argenti operiſq̄ ſumptu lo/
culis claudere/Hec tamen facientes Hieronymus ad Demetriadem minime quidem
uituperat/attamē egentibus potius opitulandū ſuadet. Quin quod hæc non iam ex fi/
de ſepenumero q̄ ex ambitione ac oſtentatione fieri conſpicimus Argumēto eſt quod
uideri ſua plurimum cupiunt/ſigna pingunt gentilitia/nomina etiam quandoq̄ inſcri
bunt/ut poſteris monumentum liberalitatis pariter & religionis extet coꝝ:quibus pre
terq̄ quod uitium ſuū/quod eſt inanis gloriæ cupiditas poſteritati manifeſtum reddūt
illud a domino dicitur Amen Amen receperunt mercedem ſuam.

De Doctrinæ & eloquentiæ oſtentatione. VI.

a NTE Omnia miſerum id plane ſtudium quod ex colēdi animi ſimul
& ueri Chriſtianiq̄ philoſophiæ habitum induendi gratia quodue in literiſ
doctrinaq̄ tot laboribus conſummimus peſſundari perditumq̄ iri dum
iactantiæ ac ambitioni potius q̄ ueritati ſeruimus Hac ei pueri in ipſis ru
dimentis mercede excitari uidentur: quando ferulis parum ꝓficerent In
eorum claſſibus is ſuperior aſcēdit q ad uocabuli interrogationē preceptori doctius re
ſponderit:qui ſcedā rectius compoſuerit qui ex memoria melius recitauerit: q poeta/
rum ſenſum acutius perceperit is maxime laudari & aliis præponi ac aparentibus ea de
cauſa amatū iri magnopere gaudet. Quid dicam de eloquentia facultate illa populari
gloriæ matre:Hæc præter cetera ſanos quidem magnoſq̄ homines ſæpe inflat/precipi
teſq̄ agit:in iniuriam alienam ſeu maledicta ſiue adſentationes plerūq̄ cōuertitur Hac
ut iaculis & armis forenſibus ac ciuilibus utimur. Hanc & ſeditionis & ciuiliū armoꝝ

ut Gracchoꝝ & Apulei. Hanc deniq̃ in coniurando/ ad ſuas quiſq̃ partes deducendo uſurpant ut Catilina & etate noſtra Stephanus Porcius in Nicolaum pontificem / ſatis uterq̃ eloquẽtiæ: ſapiẽtiæ parũ In accuſationibus ut Cicero Demoſteneſq̃ in tot aduerſarios. In adulationibus uero frequenter aut principibus adſe: tandoꝝ ꝑplurimos panegyrici & encomia celebrat/aut in defunctoꝝ quanq̃ piis attamẽ non ueris pleriumq̃ laudibus ſatis oſtendunt / Que quidem omnia ad uitæ ſuperbiam faſtumq̃ tendunt/ Quin & hi qui bene hac uti facultate uidentur uiri relligioſi cætero quidẽ ꝓbati extra hanc aleam non omnino exiſtunt Inter apoſtolatus & ipſos officia ob frequens auditorium/turbam currentem: populi opinionem ac plauſum humana parumper laude non tentari ſane difficile: plures uero his ita tenentur: ut ad populũ faleras: magis q̃ animarum ſalutem aut dei honorem querere uideanẽ Ex quo in uerbo dei tũmentes nec ædificant/neq̃ ipſi ædificantur/diſſipant non congregant Proemia uana / digreſſiones inutiles: ꝓphanas uocum nouitates/ quas Paulus uitare iubet / ut doctiores uideantur in medium adducunt Deniq̃ ut ait Perſius Crimina raſis librãt in antithetis Preterea phonaſco & hiſtrioniæ magiſtris: ac arti memoratiuæ dant operam ea que ad rem nõ pertinent quandoq̃ repetentes: Nec ut antiqui oratores cum aliqua uenuſtate modeſtiaq̃ ac decore pedem ſupplodunt/dexteram leniter ꝑtendunt/ uocem item tempeſtiua & apta interdum exclamatiõe Sed Lymphatis ſimiles debacchanẽ uociferantur ridient canunt plorant/uerboꝝ tumultu inordinataq̃ ſerie ſepe aures obruunt ut materia copiaq̃ dicendi abundare uideantur Siqui uero doctiores hi arculas philoſophoꝝ excutiunt/epicheremeta oſtentant Mulieribus & rudi populo Platonis dogmata eloquentes: Ariſtotelis analytica ut ſophiſtæ: Scoti enigmata ut ſubtiliores uideantur ſepe repetunt/ac ſanctoꝝ interdũ preferunt/auctoritati. Infelix propoſitum contendere ut pereas & cum labore non acquiſitionis ſed perditionis filium ſete cõſtituere Quod ſi in ſacris hec labes quid in ꝓfanis & ſeiracus & hominibus qui in ſtudiis conſeneſcũt pueribus ut euenire omnibus cyclicas ꝓfitentibus artes plerumq̃ ſolet r His nunq̃ reſipuſcere a nugis nunq̃ oculos leuare in mõtes ad ſtudia grauiora ſe referẽdo eſt Quumq̃ ſcire ſe aliquid putent omnino nihil ſine ſacroꝝ uoluminũ doctrina ſciũt Adde quod pleriq̃ in his ſtudiis ea ſunt natura ut haberi doctiores non ſibi uideantur niſi dogma Chriſtianũ apte laceſſerint: ritus ueterum/ut antiquarii plane uideantur & laudari ſe loqui cupiuunt/ Verſiculos ꝓſamq̃ cudunt adſentationes aut amores ſiue iræ acerbitatẽ continentes. Hec oſtentant recitant/legi ex optant Hi demum maxime ꝓfeciſſe dicunẽ qui & loqui & ſcribere petulantius uideanẽ. Quibus ꝑfecto ſatius erat rudibus ab initio permanere & humilia ſapere ſignum quod moribus plerumq̃ tales minime ꝓbantur & uita deteſtabiles/ ex quo uelut æs ſonans aut Cymbalum tinniens ut ait apoſtolus alios oblectando ſeq̃ deſtruendo tantum apparent.

De Amicitiis ambitioſis. VII.

ED Si exterinſecus extumeſcimus/amicitias quoq̃ potentioꝝ oſtẽtationi habebimus: haſq̃ non ex uirtute ueluti fas eſt ſed ex ambitione tantum auaritiaq̃ ſimul obſeruabimus/neq̃ bonoꝝ delectum/aut uirtute preditorum ſed quorũlibet/modo ut aliis imperemus/nobiſq̃ præſto ſint & adiumento cæteri Nec ſolum imperiũ in alios exercere hac uia contendimus ſed etiam uim adferre: aliena rapere/de ſede ac ſtatu ꝓximum deturbare/deniq̃ formidini omnibus qui reſiſtunt eſſe In iuditiis ad preſides litteras illoꝝ impetramus honeſti quidem ſpecie/ut non iniuriam patiamur / qui per hoc iniuriam aliis querimus Principum uiroꝝ exortationes aut preces/mandata quidem uidentur Si ꝓclientis iure precantur/iura quoq̃ aduerſarii deprecari tollereq̃ putantur Quoties enim quiſq̃ ut honeſtum tantum tueatur/potentioꝝ Limina teret/aut in ſalutando ſollicitior fuerit. Faſq̃ nefaſq̃ quum opus ex eis contenditur Hac de cauſa munera mittunt / adulantur

omīq; officio præſto ſunt. Quin & bonoꝝ obſeruator & honeſti gratia ſalutator quiḡ nihil mente fœdum uerſari/aut aliis incomodum excogitare aliquis reperitur/ſi tamen cupidius/ſi præter modū eius rei gratia gloriā ſpectat/ſi honores facilius adſequi. Vnde homines adſurgi de uia decedi/duci/deduci/adiri/aliaſq; inſup comoda ſperet Ad gehēnam nihilominus ædificat/ac cum labore/ ac ſtudio/ ad labores alios nunquam/ deſituros recta omnino contendit.

¶ Ira quid ſit & eius cum libidine comparatio. VIII.

S VPERBIAE Rurſus filiæ Ira & Inuidia cordis æſtus motuſq; ſanguinis ad id membrum recurrentis eſt uelox. Ex quo rubeſcen tes ore/irati apparēt ſicuti & pallidi timētes/ ob ſanguinis a corde receſſus. Velociuſq; parui ſtatura ſubcenſent/quo citius iter in illis eſt ſanguinis curſus. Quā obrem in corde pars hæc Platoni collocatur ſicuti & cōcupiſcibilis in epate Rationalis in capite. Honeſtius nos hec q̄ libido/periculoſius attamen a cnocentius tentat: Præterea cum ratione interdum ac ſaudet/altera uero tota belluarū. Omnino naturæ peſtis hæc nobis impoſita longe maior/ac frequentior uoluptate ipſa: Signum qd in pueris ſtatim erumpit/atq; oſtenditur: qui procul a libidinibus exiſtunt/ In plurimis item ſæpe caſtitatem/abſtinentiā/ſobrietatem/& his ſimiles uirtutes magiſq; patientiam manſuetudinem/miſericordiam inuenies.

¶ De Ira diuerſa & præſertim officioſa. IX.

h AEC Igitur multiplex iraſci cito ac deſinere / mifereriq; ſubiectoꝝ præſertim ueniam petentiū/leoninæ clemētiæ. Vrſinæ uero acerbitatis in cadauera non remorſura graſſari & oſſa uſq; abſumere / ut Sullæ Catulo Cinnæ contigit Sulla in erutum Marii corpus etiam ſæuiſſe dicitur Contra Alexander ac Cæſar: quorum alter uſq; ad pœnitentiam in hoſtes miſericors ſcrinium epiſtolaꝝ in caſtris Pompei repertum/ anteq̄ illorum deprenſis conſilus animū magis exacerbaret ſubito cremauit Alter uero Darium in bello interfectū ſepulchro patrio reddidit: filias quoq; captas inuiolatas reſtituit. Auguſtus etiam Tiberiū de obtrectatoribus indignante per epiſtolam admonet/ æquo patiatur animo ſi quis maledixerit: ſatis enim a diis habere ne quis maleſacere poſſit. Honeſti autem partem ſibi uendicat quum ex caritatis diſciplinæq; cauſa/modum minime excedens proueniat. Vt hi qui publicæ miniſtri iuſtitiæ in Ciuitatibus ſeu priuatim domi familiæ præſidēt. In amicitiis item obiurgationes & iuſtæ querelæ ſine quibus per importunā licentiam eo uſq; liberentur homines/ut ſeſe/æquumq; ignorarent. Vnde per acrimoniā uerborū ad officium ſæpe redeuntes/uirtuti ac moribus reſtituunē. Hanc itaq; iram Peripatetici Auguſtino Chryſoſtomoq; teſtibus admittūt. Quum & neceſſariū potius ad officii obſeruantiam dictitabāt. Stoici uero omnino reiicientes: a ſcholis non modo cæterorum ſed etiam Chriſtianoꝝ penitus reiiciuntur. Vnde Catone huiuſcemodi ſectæ pfeſſorē Cicero p Murena exagitare deridereq; uidetur. Tardus ad iram inquit Iacobus Non iram omnino; ſed iræ celeritatem pcipitationeq; phibet. Quo ſerme iuſtitiā inquit dei non operatur. Secundo modo ab altero monemur apoſtolo. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam ueſtram Celeritatem itaq; ille hic morā in ea uituperat Hæc rurſus iuſtitiæ cœlum continet ut Phinees ſcortum madianitæ interficientis: ut Moſis e monte deſcendentis/ac tabulas conſpecto uitulo frangentis ut Pauli in faciem Petro reſiſtentis ut Hieronymi aculeata in Hæreticos ſcripta. Vt demum domini noſtri in Phariſeos hypocritas appellantis: & flagello cathedras ſimulantiū euertentis. Cautiones tamen adhibēdæ ut ordine modo tempore fiat quibus præteritis ſupernacuū in hoc fuerit officium ut Ioſue Moſis famulus Duos in caſtris prophetare

ortum crimen admiſiſſe putetur:uel ſi quis deteſtabiliũ cõuerſatione adſidua delectet̃ boni opinionẽ omnino amittat. Contumelia uero & cõuitium & exprobatio ad iram potius ꝑtinere uidebunt̃. Quę quidẽ oĩa leuia grauiaq; faciet animus:ut certa ratiõe deliberatoq; conſilio ut ue per incõſiderantiam ac leuitatem affectus. Si uero falſa aut non ſatis uera narrant̃:ſama palinodia reſtituenda. Si deniq; te cõſulenti clam uitium alienũ:non tamẽ ubi creditum aliqua ſignificatione paulum retexeris.officioſum quidem. Neceſſario uero ac familiari uel ultro ſignificandum.

℃ Quod bellum ex ira Ambitioneq; ceperit:quomodo quandoq; iuſtum/quomodo ut Sacerdotibus interdictum. XI.

b ELLVM diſcordiaq; principum ac populorũ ex ira partim:partim ex imperandi cupiditate ab initio exordiũ in Nino cepit:qui in oriente finiti mos ſubigendo uexandoq; poſteris tanti mali exemplũ reliquit ut nõ ſolum barbari:ſed græci quãq; Philoſophicis inſtructi atq; admoniti doctrinis ſuis nõ contenti finibus fuerint.poſtremo Romani quãq; & ipſi dominãdi libidine nulli ceſſerunt:hoc tamẽ cæteris oĩbus ſuperiores feliciores q;:quod poſt raptum Sabinarum illum quem neceſſariæ prolis gratia permiſerũt/ ab omni ſemp iniuria abſtinuere nec ſine iuſtiſſima cauſa alicui bellum unq̃ intulerũt.Si quis autẽ eorum Dux aliter per inſolẽtiam forte egiſſet protinus hoſti debebat̃/aut domi grauiter mulctabat̃ ut C.Hoſtilius Mancinus Samnitibus.Iniuſta ſi unq̃ potius inter ſe q̃ in alienos arma ciuiliter exercuere. Miſera igit̃ chriſtianorũ conditio:ac fruſtra tanti auctoris diſciplina inſtituti q̃ aliorum errantiũ præceptores eſſe debuere facti ſunt errorum capita Quæ nam inter nos nefanda ſupuacuaq; bella:quãte ue cõtinuo diſcordiarũ calamitates eccl'iam uaſtãtes per ambitioſorũ factiones in orbe cernunt̃? quaſi nõ per fraternã charitatẽ pacemq; ac quietẽ: ſed per tumultus et diſcidia ciuilia ad diuina uocati ꝑmiſſa uideamur. Nec ꝑpterea negamus arma quãdoq; iuſta ab ipſis tentari Auguſtinus In ſmone de Centurionis puero:Si chriſtiana inquit diſciplina:oĩa bella damnare/hoc potius ſalutis cõſilium in Euangelio/petẽtibus daretur ut abiicerent arma ſeq; militiæ oĩno ſubtraherent. Dictũ eſt autẽ eis:Neminẽ cõcutiatis contenti eſtote ſtipendiis ueſtris.Quibus ꝑprium ſtipendiũ ſufficere ꝓcepit/militare non ꝓhibet/Quãobrem ut bellum ſit iuſtum Tria requiri dicit Aquinas.Principis auctoritas cuius mandato bellũ eſt gerendũ/nõ eñ ad priuatũ ꝑtinet/quum ius ſuum quiſq; in iudicio pſequi ualeat:Principis eſt eñ rempu.ei ex deo cõmiſſam regere:Miniſter namq; dei eſt/nec ſine cauſa gladium portat inquit Paulus Ex quo ſicuti ſeditioſos punis/ſic etiã ab externis remp.iniuriis neceſſe tueatur(ut in Pſalmo dicit̃.Pauperẽ & egenum de manu peccatoris liberare)Vnde Auguſtinus contra Fauſtum:Ordo naturalis mortalium paci accomodatus hoc expoſcit ut ſuſcipiẽdi belli auctoritas atq; conſiliũ penes principẽ exiſtat. Deinde ut cauſa ſit iuſta.Quãobrem idem inquit Bella definiri ſolent qua iniuriæ ꝓhibentur. Si gens uel ciuitas plectenda ſit quæ uel uindicare neglexerit quod a ſuis improbe factũ/uel reddere quod per iniuriam eſt ablatum. Tertio ut eorũ qui bella ſuſcipiũt mens recta exiſtat qua uel bonũ promoueat̃/uel malũ uitetur.Idem de uerbis dñi Apud ueros inquit dei cultores:etiã illa bella pacata ſunt quæ nõ cupiditate aut crudelitate:ſed pacis ſtudio geruntur ut mali conterant̃/boni uero extollant̃. Nam ſi cætera q̃dem adſint recta mens uero non itam/ſed tantũ nocendi ſtudiũ/bellum eſt nihilominus iniuſtum. Rurſus idẽ cõtra Fauſtum Nocendi cupiditas ulciſcẽdi crudelitas/implacatus animus/dominãdi libido/& ſi qua ſimilia ſunt.Hæc ſunt quæ in bellis iure damnant̃.Idẽ quoq; de ſermone dñi in monte.Semp eo debet eſſe quis animo circa bellũ: ut ſi opus fuerit non reſiſtat/neq; ſe defendat. Verũ ob commune quãdoq; bonũ aliter agendũ.Ex quo idem ad Marcellinũ agenda ſunt mala etiam cũ inimicis benigna q̃dam humanitate plectẽdis Nam ille cui licẽtia iniq̃tatis eripitur/utiliter uincatur:quum nihil ſit libertate peccantiũ

infelitius qua inuitiaꝫ iniquitas et mala hoſtis uolūtas roboraꝫ. Idem ad Bonifacium Non pax ut bellum: ſed bellum geritur: ut pax acquiraꝫ. Semel aūt ſuſcepto bello/aperto ne aliquis in arte aut ex inſidiis pugnet: nihil ad iuſtitiam refert/quod ex domini au ctoritate probare uideꝫ: qui Ioſue libro eius VIII. mandauit ut habitatoribus ciuitatis Niam iſidias poneret. Nam ex dicto facto ue alterius duobus falli modis poſſumus Primo quādo falſum diciꝫ/qui pmiſſis non ſtatur quod ſemp deteſtabile. Nam & iu ra quedā bellorum inter hoſtes ſeruāda: ut ait Ambroſius. Alio modo quādo mētem ſi ue conſiliū hoſti non aperimus. Nec ſolum in hac parte: ſed in doctrina quoq; chriſtia na nōnulla præſertim infidelibus ne irrideñ occulāda. Quemadmōꝫ apud Euangeli um. Nolite ſanctū dare canibus: Nec ꝑpterea contra oſſm quin potius ab re/ſi qs om nia ſua palam nullo delectu eſſe cuperet. Sed & diebus feſtis non interdicta pugna: ut .I. Machabeorū: ſcd o laudabiliter inquiti iudei cogitauerūt dicētes. Omnis homo qui/ cūq; aduerſus nos in bello uenerit in die Sabatti pugnemus aduerſus eum. Nam quæ ad hominū faciunt ſaluteꝫ fas cōtinuo tractare: Mihi inquit in Euangelio Chriſtus: indi/ gnamini: q a totum hominē in Sabato ſaluū feci. Ex quo Medici quoq; die feſto curare poterunt/quod ea quæ ad ſeruandū faciunt hominē ꝑpetuo fas agi. In bellis attamē uſu tantū iminente neceſſario/a quo demū abſtinere/deum tentare fuerit. Feſtis alioqn mi nime licet. De his autē qui ſacris addicti ſunt Hieronymus in quedā ep'ſa ſic ait: Cleri cis & Epis pugnare minime licet: ut in Petri admonitiōe legimus: Mitte gladiū tuum ī Vagina. Quin etiā ſanguinē effudentes irregulares dicunꝫ & expiatiōe indigent: Bellū attamē & ſupioris auctoritate intereſſe ualent/modo ipſi a pugna abſtineāt/ſat eis ut iu ſte pugnātibus ſpiritalib; ſuenitant adhortatiōibus. Quemadmōꝫ Ioſue in lege ueteri ſacerdotes iuſſit ut ſacris buccinis in bello clangerēt. Nā quāq; bella ſunt iuſta & ꝑmio digna cōtra infideles: ſacerdotibus attamē ut rebus maioribus dicatis interdicta. Quē admodū & cōiugibus coitus laudem mercedēq; parit: Caſtitati tamē ſemel addictis ob maioris obſeruantiā ꝑpoſiti deteſtabilis. Hæc ego ex noſtrorū breuiter retuli cōmenta/ riis ut clare conſpiciamus quantum his aduerſæ cōſuetudo in oleuerit. Sacrata chriſto nunc manus ſeſe nō contra infideles: ſed in pſanis auſibus & aduerſus fratres libenter immiſcet. Inter ſaga militaria ſacerdotalis inſula uerſaꝫ. Spoliant qui tegere miſeros ad monentur/ & iuſtitiæ ſpetie/ magna iniuſtitiæ prebent exempla.

¶ DE Auaritia unde oriatur: Quod ſpetie recti ſæpe decipiat. XII.

ABSOLVTIS iam partibus quæ ſupbis uidebanꝫ ſequiꝫ auaritia ex his quæ modeſtiæ chriſtianæ maxime ſint aduerſa. Nā in habēda/poſſidēdo/ac qrendo appetendo minime ſibi temperare/modū protenere/qd aliud quam immodeſtiā pariter & iniuſtitiā dixerim. Radix om:ū malorū eſt cupiditas (ait Apſs) In parte animi cōcupiſcibilis ac in epate ſita ſedm Platonicos ſicut iraſcibi/ lis in corde. Natura mortalibus data: maior tamē aliīq; alii. Ex aſtris ꝯſuetudine: exem plo ambitione neceſſitate Hæ pariter diuerſæ cauſæ: diuerſos mouere ſolent. Primū igi tur Saturnini huic morbo magnope proni Mathematicis dicunꝫ: ubi præſertim Mer/ curii Martiſq; coitus rapacitate lucriq; cupiditatem ſuadens maxime cōcurrit. Ita tamē in his ſicuti ſemp ſapiens dominet. Mos etiā & cōſuetudo ad hoc uicium plurimū fa cit/quum in eo magnā collocare uoluptatē ſine homines aſuetiunt ait Naſo poeta Tu ſtipe mel ſumpta dulcius eſſe putas? Plures namq; ꝓſpicimus qui cottidiano lucello il lecti nihil potius aut melius optare habeāt/eodem uero carentes triſtes eandē diem ac inutiliter præteriiſſe affirmāt. Signū alacritas/ſollicitudo/diligentia/operariorū aſſidui/ tas/ut pōdus & æſtus diei quiſq; marte ſua ueſptinæ mercedis expectatione nō ſentiat. Ex quo inter impia facta/maximū deum puocitia dicunꝫ: ſi hæc ablata aut dilata fue/ rit Reliquarū uero artium igenii laborē qd opus narrare? Currit mercator ad Indos. Medicus fœdiſſimā ac olidam morborum curam magna cum patientia ſubit. Iuriſcon

Aſtra.

Conſuetudo.

ſultus ad noctē plurimā uigilarat ſuis cōſultoribus reſpōdeat. In duris rebus agricola/
ut cellas horreaq; oneret pane & aqua uel interdum locuples uictitat. præterea uentos
niueſq; pěnens ſæpe ſubdio dormit. Tertio ſi quid deeſt/exemplū ſæpe accēdunt malo
A parētibus hæc tradita diſciplina ut ad quæſtū magis q̃ ad mores aut doctrinas inſtru
antur liběri. Vndě artes libětius diſcunt pecunioſæ ab his ſæpenumero: qui & ingenio
& indole maioribus ac longe pſtantioribus exercitationibus p uiles forēt. Magnos pte
rea uiros cætero qdem laudatos rei ſollicitius ſtudētes/& nullā cupiditati occaſionem
ſubtrahētes. Adoleſcētia rerum experiētia uacuis imitari contendūt eam tantum ad uir
tutem uiam putātes. Hanc itaq; maiorū auctoritate/offō/animiq; excolendi uero ſtudio
relictis certatim amplectunt. Sed quādo auaritiæ cauſas exqrimus non paruum ei mo
mentū addit ambitio uti ſupra ꝓmemoraui. Ad oſtentationē/emulationē gloriam ma
gnificentiā/deniq; ſumptus nō neceſſarios/opes plerumq; expetunt. Tot labores itine/
raq; cur ſuſcipiunt? Quod ſi æquo cum pximo iure qſq; ac neceſſitati tantum/nō uo/
luptati ſeruiret/breuis admodū res/breuiq; tempora cōparata humanis uſibus ſuppedi
tarei/Aedes uillæ ueſtes/ſupellex menſa ſupra cuiuſq; ordinē decentes/uitam ſupuacu
is cogitatiōibus inuoluūt/Quāq; ſi ad euitandam in futurū pauperiē ab eo præſertim q
familia grauat honeſte paratur/humana qdem tētatio. Hæc eñ ait Cicero in officiis rei
familiaris amplificatio nemini nocens nō uituperanda eſt/uerū nec chriſtiano uiro admōs
laudanda/toleratur attamē ſi modū nō excedat ſi a fraude iniuriaq; abſtineat/ſi potiora
hæc ſpiritalibus non ducat/ſi pro modo facultatum egētibus opituleī/ſi deniq; ſe tantū
deo ppinquare ſentiat quantū a ſpe poſſidendi receſſerit/Cōtra uero tantundē ab eodē
recedere quantū ſe rei ppinquū reddiderit. Vt in circulo punctū qd deo ſimile facimus
quantū circa lineæ quas hominibus cōparamus ppe acceſſerint/tantū a rerum cupidi/
tate procul exiſtentes/cum deo pximoq; cōiuncti ſunt/ quo uero magis receſſerint ad
ſuperiora tendētes eo plus ab utroq; ſe ſeparāt. Deo feneramus quū damus ueluti tel/
luri fertili ſemen cōmittentes quæ plus reddit accepto: Citius pereūt/quæ quis condit
ne pereant. Cupidus præter culpam in hac etiā mea cura premitur. Lætitiam trāquillita
temq; uitæ rectis corde pmiſſam ſibi ereptā uidet/ac ueluti morbo aliquo affectus nec
iocos admittit:neq; cibi ſuauitatē ſentit: nō deniq; ueræ laudis guſtū retinet aliquē/eoq;
deterius. Quod æger curari qdem cupit: auarus aūt minime. Vna eſt tantū cupiditatis
honeſtior facies: dum nō ſua ſed aliorū hoc eſt pauperū cauſa potiſſimū cupit: quæ po/
tius dicenda pietas. Aliqui ſtatim dant/nōnulli eo coercēt ut poſtea ſemel omnia ſeu
paulatim diſtribuāt. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abūdat. Vidi ego iam quoſdā auaritiæ no/
ta infames ſordidoſq; ac pprium genium fraudātes cōgregata demū pauperibus præt
omniū opinionē erogaſſe & exdamnato bonū apud deum homineſq; nomen ad extre/
mum aſſecutos. Hi tandē Theologis laudati modo ſupſtites ſuis ſint ipſi quādoq; diui
tiis/uerum eo laudabiliores quo citius id agunt. Si extremā expectāt ætatem/qd niſi ui
quada & inſtātis motu mortis moueri uidebunt? Quod ſi qui pauperibus ſe rem pa
rare aut cogere dictitātes ab ſe illos obiter excludant/auari ac iniuſti diſpenſatoris pœ
nas non uitabūt/quum ſtultiſſimū ſit futurā alterius tantū/præſentē uero minime reſpi
cere calamitatē. Quod uerſat ante oculos negligere/ ut quod minime uideas nec ad/
huc extet curare te dicas. Dei puidētiæ quæ cōtinuo ſuꝑuenienti ægeſtati opitulat offi/
cium præter officiū uſurpare: quod aūt uere noſtrū/inſtanti ac roganti minime ſubueni/
re prætermittere. Hæc ego breuiter/ut plane cōſiderare liceat: quāta ſit hæc peſtis q̃ ue diuer/
ſis ex locis nos inuadat: Dei tamē puidentia ut reliqua mala ad uſum ſemp aliquem
finemq; permiſſa: ut quādo nos chriſti cauſa ad rem parandā æquius non mouemur/
habendi ſaltem cupiditate incenſi otium partim fugiamus: partim neceſſitati præſenti
futuræq; quantum liceat in uniuerſum cōſulamus.

Auaritiæ cōparatio pulcherri/ma.

¶ Quomodo aut quantum rem curare liceat. XIII

q VOD ſi rem imprimis domi noſtræ decenter proq̧ cōditione ꝓuidere ſit cuū fas eſt/ſeu etiā diſpēſare nō aūt omnia effundere ſit in animo neceſſe ante omnia fuerit eam curare/ut ſit ūde & familiæ ꝑmamus ſimul & egenis/bus demus. Ex quo & ſumptus facere neceſſarios ad ꝓuentus ꝑcipiendos/agrumq̧ ꝓpterea colere/ex colonis fructus/ex debitoribus nomina exigere neceſſe fuerit/preterea quod noſtrū eſt tutari ac uelle/acceptū deinde cōſeruare paulatimq̧ pro loco pro tempore pro uſu diſtribuere. Q d ſi omnia poſſidens chriſti contemplationiſq̧ gratia neglexerit/cauſa erit in ea quæ poſſidet fruſtra ſint/nec ſibi neq̧ proximo utilia. Tot namq̧ reges ac principes:quorū nomina ſcripta ſunt in libro uitæ tot ſumptus in edificiis cœnobiis xenodocheis:item tot pauperū inopiæ quō ſubuenire potuiſſent/niſi uectigal eis diligētius cuſtoditū fuiſſet? Nec lucina Praxedis Eliſabet uirgineſq̧ aliæ matronæq̧ ſanctæ ſui patrimonii facultatibus martires ac ſanctos plano uiros iuuiſſet. Nec Paula Hieronymū in omnibus & uiatico & ſtudio & uictum ſubueniſſet. Nō demum Brigida uidua nobilis a patriis ſedibus procul et Romā & Hieroſolimā adire et in his locis peregrinari aut uiuere niſi rerū partē ſuarū ſibi reſeruaſſent. Quin & iter religioſos monachoſq̧ ipſe poſſidēdi primus auctor in Eccleſia latina Benedictus ſi res cœnobii & fructuū cōmutatiōes & comertia curari ac ex his parare neceſſaria/et alia q̄ induſtriā inexercitationēq̧ requirant fieri ſuis prohibuiſſet/nec ipſi uiuere neu elemoſinas quas cotidie erogant diſpēſare/nullo modo potuiſſet. Verū poſtea nō ſit ex bonis inicus atq̧ inſtitutis paulatim ad deteriora deſcēdimus ſucceſſorū auaritia pluri morū cōmunium bonorū nomine excuſationeq̧ impudētius rem atq̧ cupidius nōnulli tractant/nec quæ recipiūt ad diſciplinā eis traditam ſacri cōuertunt. Ex quo facultates augendi ſtudio cōtinuo tenenē/agros mercanē/uicinos:luxui iam nō pietati amplius eis diuitiæ cedunt. Sed & patreſfamilias non minus diligētes eſſe oportet/ut & liberorū & reliquæ familiæ uſui ſubueniāt. Qui enī ſuorū & maxime domeſticorū curam nō habet/fidem negauit(inq̄t ap̄l'us) Q d ſi etiā decori & ordinis & cōditionis: ſeruatis his q̄ quas ſupra adduximus rationibus nō nihil induxerit/non omnino uituperandum.

ℭ De Auaritiæ partibus/deq̧ contraria illi prodigalitate. XIIII.

q VOBVS hæc modis appetēdo/retinēdoq̧. Prim⁹ auaro ābitioſoq̧ ſcdus parco ꝓpior. In prio culpæ plus/ minuſq̧ apd̄ uulgū infamiæ ſi alioqn datī altero plus æquitatis et modeſtiæ nobilitatis uero min⁹. Huiuſcemodi nāq̧ tenaces ac ꝑparci ſordididiq̧ plerūq̧ apd̄ hoīes uocanē. Ex prio aūt iniuſta ſuperuacuaq̧ cura q̄ minie ſunt opus ꝯcupiſcēdo. Et ſcdo etiā neceſſaria deſerēdo ꝑierīt officiū/et alteri⁹ q̄dē partis/fraus/uiolētia/rapina/iniuſtitia/dolus/anxietas animi uana cogitatio/alteri⁹ uero timor/ianis/iciuilitas/igratitudo/crudelitas/ puſillanimitas. Nā ita ſp euenit ut q ubi opus nō erogat/ubi demū nō opus ꝓdigat. Et q rurſus ubi nō op⁹ eſt fundit/neceſſe ad officia ſit auarus/quū opes ubiq̧ minime ſuppeditēt. Cottidie namq̧ animaduertere licq̧ eos q obolo etiā uictu neceſſario parcunt inſumpti⁹ poſtea ædificiorū uel aliorū q̄ ōnino ſupuacua ſunt/opes ſtulte diſꝑdere. Cupidi etiā nōnulli ſplēdoris et gl'iæ rapiut aliis:ut aliis largianē/quēadmōū Cæſari euenit q nō benefici:ut ait in officiis Cicero:ſed ꝑnitioſi aſſentatores uocandi ſunt. His itaq̧ neceſſe rapere/ac dolis ad rē parandi ꝯtēdere/auide cōq̄rere ab aliis ꝑ iniuriā aut largitiōes ſeu lites extorq̄re. Hos arbori alternātis fruct⁹ ꝯparabimus fœtibus forte initiū grauida/annū ſequentē priuat/initiiſq̧ afficit. Seges in herbis luxuriās niſi tenera turpaē herba aut falce ſreuet/ inanes ac debiles maturitati ſpicas ꝑbebit. Fluuius inūdatiōe alueū excedēs agros/ripas uaſtat. Equus idomitus aut effrenis dum ꝓcul fruſtraq̧ curſitādo uagaē ad breuē poſtea uiam ac neceſſariā laſſum ſe reddit. Athleta q in pugillatu uires minime diſpēſat/aduerſariū in doctis uerſando modis/uni poſtea & leui illius conatui minime reſiſtit. Si ex alue aribus mel totū/aut ꝑter tēpus exhauriaē/& apes fame peribūt & melle oportūo cellæ

Prodigi & multudinis.

priuabunt Hæc demũ omnia eo tendũt ut plane oſtendã pdigos/nequaq̃ eſſe libera/les ſed in duo magna incidere mala. Inuitioſam & ptra offm̃ p Simoniã re ubiq̃ mini me ſuppeditãte. Deinde in eorũ quæ deſunt nouam cõtinuo cupiditatẽ. Vnde ubiq̃ in comodũ neceſſe pximo inferatur. Magna res abſtinẽtiæ moderationiq̃ aſſueſcere ut eti am neceſſitãs cibo/potui ſonno/ueneri/rebuſq̃ aliis adpoſita moribus ita paulatim p domeẽ ut ad breuitatẽ hæc miram ſupraq̃ naturam reducamus/Licentia uero inconſi deranua indulgentia eadem cõtinuo creſcunt nec unq̃ fere ſatient. Ita rerum cupidita tu oculiſq̃ ac animo aſcultantes/nihilq̃ omnino adpetitui negantes/omnia ſibi neceſſa ria quamq̃ re uera ſupflua putabũt. Reſiſtẽtes uero ſupuacua uel quandoq̃ naturæ ne ceſſaria ducũt. Ex quo Lacedemonii parciſſimo aſſueſcebãt uictui ut ad animi corpo riſq̃ uirtutes exercẽdas aptiores liberioreſq̃ eſſent. Videre itẽ nunc licet hos quos Zin ganos uulgus uocat erraticũ ſordidumq̃ genus hominũ ſubdio & pecorũ more uicti tantes neceſſariis quæ ad uſum ptinent cõmunem omnino carentes/ incolumes atta men uagari. Vnde dictum eſt Vnius græciæ ſapiẽtis Hoc eſt qui minimis eget:proximus eſt deo.

¶ Quod auaritia fœnuſq̃ mente prius geratur: XV.

REGNVM dei intra nos eſt: ait dñs. Mirũ pfecto ut qn ſola cogitatione nõ bis eſſe beatis liceat/cõtraria tamẽ malimus/eo deteſtabiliores qd nulla res tam ardua q̃ in nr̃a nõ ſit optãdi ptãte. Nõ tempus nõ fortuna obſtat/nõ de niq̃ corporis aut externorũ ope ulla indigemus/Id circo Auguſtinus nihil ho minẽ xp̃ianũ pfectõ qdẽ qñq̃ nõ eẽ uidet excuſare. nõ optare uero nequaq̃/ qd primũ ſeu naturæ ſiue fragilitatis hũanæ/alterũ uero animi ſit uitiũ & in altero ptãte priuamur In ſeſto iura tenemus/Auaritiã igit ac liberalitatẽ/ ut reliq̃s uirtutes ac uitia reliqua mẽ te ab initio gerimus./Nihil inq̃t Cicero tam abiecti paruiq̃ animi q̃ amare pecuniã ſi nõ adſit/ſi adſit ad beneficentiã liberalitatẽq̃ pferre. Qui.n. huiuſcemodi eſt anio mag nis uiris nullo labore comparari põt. Qui uero ſecus: ac ſi his aduerſa patraret. Animi nanq̃ ppoſitũ & ſi diu quãdoq̃ in hominib9 latet/dei tamẽ puidẽtia ad extremũ floret haud aliter q̃ terræ conditũ ſemẽ uere deicum iam firmis radicibus apparet/Vidim9 namq̃ hoc ſeculo plures quos uulgus omnino beneficos hũanoſq̃ appellabat/eaq̃ de cauſa creuiſſe/nõnullo ad pontificatũ uſq̃ maximũ/ ad extremũ in mgratu qui hominẽ oñdit auariſſimos impioſq̃ apparuiſſe. Ex quo ſatis oſtenſum/ea ſimulata oĩa ad eã diẽ fuiſſe/uulpẽq̃ tacito ſub pectore retinuiſſe/Quoſdã uero uſq̃ ad uictũ parciſſimi ex iſtimati/ac poſtremo benigni munificiq̃ magnope ſe mõſtrãtes ſatis iudicauere iuſta de cauſa pecuniã coegiſſe/Sed & fœnus quũ tot exerceat modis/quos animaũ mãgo nes aniaduertere ſolẽt in animi quoq̃ penetrabilib9 latet/Quũ.n. amicitias queſtui ha bem9 qd aliud agimus q̃ honeſtæ ueneram9? Si nr̃i uſus aut cõmodi gr̃a qdq̃ ſeu do namus ſiue pollicemur/nihil eſt aliud q̃ eſcam aucupio pferre: Lumbricũ intranſenna collocare/laqueũ uenatiõi tendere/ſemẽ terræ ſpargere. Nam q parua dedit uoluit ſibi magna remitti: ait Martialis: Quin ſi qd blãdius/aut minus uere loqmur ſi qd iniuſta loqnti ad ſentimur: ſi qd detrahẽti aut obtrectãti adnuimus. ſi qd deniq̃ non recte aliqd agẽti nutui ſeu lingua ſtudio fauẽdi placemus ut inde cõmodũ ſperare liceat. In animi fœnus & auaritiã manifeſtã icidimus. Ab hac ſe labe excuſant recedunt q̃ metu forte ali quo hũano ſeu molli qdã pnaq̃ ad obſeqndũ natura Qui itẽ aliena oppreſſi potẽtia tu ra ptendũt tueri ſua ſeſe ab iniuria aſſerere: periculũ imĩnẽs uitare ea demũ de cauſa prin cipes uiros ſectant eorũ beniuolentiã iuſtis honeſtiſq̃ in rebus obſeqndo/obtẽperãdo offõ aſſiſtẽdo demerent Venia qdẽ digni maiore/Qd ſi adcupiditatẽ oĩa tendãt ut ea ptare/obſeq mulcere/ut ad libidinẽ ſniamq̃ nr̃am deducam9 nos ipſi decipim9 & aua ritiæ ſeu ambitiõis piaculo ſubdimus./Catonẽ Pompeius ad cœnã inuitauit ut eum ad ea q̃ minus decebãt de rep. ſentiẽdũ iter epulas deduceret. Ille uero nihil de ſeueritate ſo

Cato
pompei9
Cicero

ſita propterea remittẽs eius temeritatẽ atq; impudentiã aperte reprehẽdit/pauloq; minus
quin ſtatim e menſa ſurgens abiiſſet. Ciceroni item amiciſſimo/ac eundem in epiſtola
quadã magnopere laudanti:ad poſtremũ ut de uicinis prouinciæ ſuæ ob breuẽ excur/
ſum triumphũ per eius patrociniũ petenti breuiter quidem repulſam dedit:petitionẽq;
ut ambitioneȝ reiecit. Mea memoria. Iacobus Muciarellus Bononienſis fiſci auditor
Romæ uir integritate iuſtitiaq; incomparabili eius expetentibus offm̃ in initio ſermo/
nis ad beniuolentiã captandã forte laudãtibus ſeueriore uultu reprehendẽs ad ea quo/
rum gratia uenerent cito narrarent admonebat/Igit̃ qui decipere cupiunt cõſtõ preue/
nire/uultu leutiam/animo alacritatem oſtendere conantur/Q uumq; Seneca omnibꝰ
benignum/nemini blãdum quẽlibet eſſe precipiat. Illi contra ſe blandos omnibus/ne/
mini uero benignos reddunt/Ego uero ut uidi obſeruauiq; in hoc uitæ ſpatio fere ani
aduerti homĩes ſpetie quidẽ humanos/ac lepore & hilaritate uulgo placentes atq; opta
tos uariorum eſſe criminum conſcios & fide non bona demum ubi opus eſt facto ſe
ſe oſtendere. Q uemadmodum in charitate ſunt ficta & queſtui pietatem habeant (ut
ait apoſtolus) ad ſua ſtudia hominum animos deliniẽdo deducentes ut uerum ſit tan
dem quod ait propheta Prauum cor hominis: & quis cognoſcet illud? Q uod & ele/
ganter in odyſſea deſcriptum mihi ad hunc modũ conuertetur. Hoſtis enim nobis eſt
eque ac ianua ditis. Q ui ſimulans aliud menti contraria fatur.

De auaritia ex his quæ gratis accipiuntur. XVI.

Q V A E gratis accepiſtis/gratis date:inquit dñs. Q uod ſi ex uerbis ſenſum ſe
quamur. oĩa gratis daturi ſumus:quum gratis omnia ex dei liberalitate ſint
nobis. In his tamẽ quæ nec mercede/neq; pretio nec ex aliqua nr̃a puenĩũt
arte quæ omĩbus uẽdere licet/ut eſt/amicitia/potẽtia/facultas/auctoritas/ſciẽ
tia rei cuiuſq; preter q̃ illius q̃ pfitemur:preceptũ hoc maxime uerſari palam eſt qđ in
paruis q̃dem cõmunibuſq; rebus rarus ualdeq; pcul ab hũanitate qui nõ ſeruet ut dan
ti nõ modeſta/ accipiẽti uero gratiſſima/uerbi gr̃a Conſiliũ fidele deliberãti/dare iter er
ranti/mõſtrare ignem de igne accẽdere/& his ſimilia. In ceteris aũt parum auditũ. Naȝ
quotus quiſq; auctoritatẽ nõ fenerat/aut patrociniũ apud principes uiduis Pupillis ad/
uenis egẽtibus niſi argẽto impulſus prebet? Q uin amicis etiã qui chari putabant̃ & ue
teri clientelæ oppellã cõmendatiunculãq; ſepe negamus: pollicẽteſq; forte ob uerecundiã
ſimulatiõe/differimus/interuertimus/fallimus. His igit̃ in cauſa ſepe auarita/cupiditas
& ambitio uerius q̃ timor aut negligẽtia. Q uod pprius quiſq; comodis rogãdorũ po
tentiam pariter & gr̃am ſeruet. In hanc cenſurã ueniũt uiri principes ac potentes in po/
puli ciues. Q uiq; ſacerdotio ꝓpollent/quorũ ſuffragia patrociniaq; iuſta iure charitatis
uel omĩbus debita magno mercant̃ pmerenturq; ſubditi Horũ igit̃ auiditati pulchre a
Romanis fideliũ in hac parte doctoribus p legẽ Cinciã occurſum L. Cincius ſenatores
phibuit a plebe munera ſucipe/Nobis aũt exẽplo Auguſti pietas eſſe debuit Q uæ ple
bi quondã ſenore grauata per Q uinq; uiros mẽſarios in foro cõſtitutos pecunia gratui
to puidit. Preſules igit̃ ſimul et preſides ac iudices et potẽtes munera ſup inocentẽ nõ ac
cipere ꝓter omẽs monent̃ Ad hos eñ oĩa ut in mare flumina pueniũt. Is demũ a dño
laudabit̃/qui apl̃i ꝓcepto honore alios hoc eſt obſequio & officio ꝓueniens inuenient̃

Q uot malorũ auaritia cauſa Cur idolorum ſeruitus appellata. Q uomodo alie nis peccatis ad noſtra cõmoda uti qñdoq; impune ualemus. XVII.

S I mala cupiditatis in cõmodaq; nũeramus uix ulla res magis uitanda re per
rietur Animos iprimis affligit & curis ꝯtinuo ſupuacuis atterit:ut non ſolũ
futurã:ſed preſentẽ eripiat uitã:quũ nõ ſit uiuere ſed ualere uita & in hilarita/
te agere. Deinde pximi charitatẽ extinguit. Amor nãq; habẽdi alieno aduer
ſus eſt cõmodo/neq; citra damnũ alterius lucũ eſt aliqđ. Ex alicuius nãq; miſeria priua

ſione iactura auctores ſemp efficimur mors calamitaſq; expectatur ut ſucceſſione gau
deamus Parentes/Fratres cognatos/ uiuaces eſſe querimur. Captamus ſenes:blandi
mur diuiti:pecuniam pauperi ſponte offerimus ut agellum unicum quē poſſidet/ære
coactus alieno uendat. Quæ cōmunitas quæ ſocietas eſſe poteſt/quæ ſe mutuis petit
uulneribus mutuis item proficit incommodis? In hoc profecto ceteris animalibus in
feriores miſerioreſue/Extinctam magnopere pecudem cetere horrent/locum libenter
uitant raptum ex ouibus fœtum matris omnes expaueſcunt. Si qua in ouilibus deeſt
et etas affligit/nullum relictis experditis gaudium/ nulla niſi mali expectatio./ Poſtre/
mo nulla magis homines a deo cura q̄ rei querende auertit/ malorum omniū maxi/
muum ſacra huic poſt habent/die noctuq; queſtuariis occupati negotiis/nec unq̄ niſi in
utili cōfecti ſenio ſeu potius in hora extrema ſe mortales eſſe reminiſcunt̄. Parū quoq;
his ſimiles uixiſſe uideri poteſt/ſemp occupatis nec unq̄ otioſis aut exitum p otiū me
ditantibus/Vidi ego iam iam morituros pecuniā coram adferri iuſſam attrectare/aui
diuſq; inſpicere/ſucceſſoribus poſtremo non animā:ſed rem cōmendare. Nec mirum
ut ait Auguſtinus:quum hæc pœna mulctetur peccator ut dum uiuens obliuiſcet̄ mo/
riens obliuiſcat̄ ſui. Ex quo idolorum ſeruus ab apoſtolo auarus uocat̄/ quod pecuni/
am tanq̄ deos ueneret̄/Quod pulcherrima cōparatiōe Herodes Atticus expreſſit. qui
pecuniam inquit in arca interq; precioſa retinet ſimilem dixerim Marti qui Aloidas i — Herodis Atticus
uincula ab ſe redactos nihilominus adorabat/Malum adhuc oritur aliud infamiæ ita — Fœnus
ut in prouerbio ſit/non ſolum auaritia ſed auaritiæ nomen fugiendum./Quid etiam — P. ueturio
fœnoris cauſa niſi ceca cupiditas quod populos ita uexat ut ſeditiones quandoq; plebs — adoleſcēs.
Romæ grauata excitauerit. Seruire cogit humiles ac debiles potētioribus/pauperes di — Papirius
uitibus:libera corpora ſepe uinciri nexoq; tradi:multa deniq; indigna pati:ut de. P ue/
turio adoleſcēte ſub Papirio creditore legimus apud Liuiū ſtuprū paſſo ac ad ſenatū re
clamante. Quæ ſane omnia ſi quis uidere diligētius cupit Baſilii ſermonē in Pſalmū
XIIII. nuper in latinum cōuerſum legat. Dei namq; benigna prouidētia durum ſecu/
lum miſeratus prouidētiſſimos nuper homines excitauit ut pabulum hoc crudelibus
eriperetur hominibus Iamq; menſæ in pluribus italiæ ciuitatibus publicæ mutuo dan
dæ pecuniæ gratuite cōſtitutæ An uero ſummere pmiſſum/Aqnas ſic decernit: Auguſti
nus inquit in Enchiridio publicolæ eum conſulenti reſpondit. Quēadmodū qui fide per
ſuos deos ſponte bonaq; de cauſa iurantis utitur/non peccat/peccaret aūt ſi forte coge/
ret. Ita & hic dicendum qđ ad fœnerandū eum qui minime conſueuit deducere minie
quidē fas:ab eo autē qui cōſueuit ſponteq; ac preſto paratus eſt. ſum mere nullū nefas
modo id egeſtate cogente fiat/ut aūt rem augeamus ditioreſq; efficiamur nequaq̄:Ad
peccandū namq; inducere quemq̄ nullo modo iuſtitia patitur:uti autē ad officium alie
no peccato nullum piaculū. Nam & deus peccatis hominū ad humana utitur bona/ut
plane Auguſtinus in eodem libro uidetur oſtendere. Huic aūt ſimilia quedā quadrare
poſſunt. Vt illud ſi quis pecuniā apud eum qui nullam habet aliam uel hoc animo ut
feneraret deponeret abſq; culpa non eſt ut autē ea tutius ſeruetur ſ̄uis apud feneratorē
minime peccat:ſed ad bonū atq; offm̄ homie utitur peccatore Itē ſacrorū miniſtros qui
maxie infames fuerint/ad ſacra ſeu miniſtrādi offm̄ nullo modo deducere fas erit. Mi
niſtrare uero iam ſpōte paratus ad animæ ſalutem noſtraq; cōmoda uti nullum nefas.

¶ Quā latū Auaritiæ crimē & quantū hominū uariorū ſit ei cibu obnoxiū. XVIII.

a VLLVM eque uitiū frequētius aut piculoſius humanū poſſidet gn̄s. Ira
libido/gula/ceteraq; paulatim tēpore atterunt̄ ac definūt. Auaritia tm̄ cū etate
adoleſcit. Alia rurſus pterq̄ deo hæc etiam primo ratione redditura. Vna eſt
inq̄ cupiditas nr̄is inata ſenſib9 cui eo minuſq̄ reliqs reſiſtit̄/quo recti ſpetie
exercet̄ & uitæ neceſſaria abſq; cura & ipenſa minime curari uale&. Quāobrē queſtu/

oſ/cupidi lucro inhiáti nõ modo uituperant̃ ſed oeconomii boni & pr̃iſfamilias diligẽ
tiſſimi nomẽ ſibi uendicát. Ex quo rarus admodũ qui huic obnoxius morbo nõ uiuat
Princeps aut decedat Vt a principibus ordiar. Quod & tuẽdi imperii & cõſeruandę dignitatis
gratia non excogitat? Dura nouaq; uectigalia unde nõ fas neq; opus exigunt̃. Militũ
ſtipẽdia exacto bello: ſalaria publica priuataq; ſimul & operariorũ mercedes differunt̃
ſepeq; non omnino dant̃. Vicini expugnant̃ nullus eñ ſatis ager tutus potẽti proximꝰ
Populi etiá cõfines & predas & graſſationes ex auaro principe metuũt. Qui ſtipendio
loco ſuis huiuſcemodi maleficia ꝑmittunt̃ miniſtrorũ inſup reſpectus nullus ſpe ua/
na nutriunt̃: emolumẽtis debitis fraudant̃/ mũera quoq; ſup innocentẽ accipiunt̃/ quẽ
ſepe largiens nec neq; uerbo aut cõſilio qdem poſt modo iuuet̃. Pretores uero ac iudi
Pretores ces ob priuatas amicitias aut neceſſitudines ſeu cõmodũ aliqđ ius faſq; minime ſeruát
aut dicunt/ pſonas accipiũt/ diuiná pre humana potentiá cõtemnũt Preterea & ꝯtrouer
ſias quas ſola auctoritate breuiq; opera cõponere poterát de induſtria nutriũt/ forum tri
bunalq; miſerorũ ſanguie ſaginát/ donis placati iudiciũ peſſundát/ & cauſa ſepe potiorẽ
potẽtia oppreſſum & lachrimantẽ/ & exſecrantẽ ab ſe abire ꝑmittũt. Rem cito ſaltẽ ab/
ſoluerẽt: de induſtria diſtinent ut mentis iniqtatẽ recti ſpecie uia ordinaria/ ſimulq; tem
pore d. fenſiõi pendinato diſſimulẽt cõcordie partiũ ſi forte ſtudeát diuiti tñ nõ uidue
aut pupillo ſeruit̃/ q̃ horũ potiora iura cõſpiciát/ metu ue ille ſuccũbat qui mox totius
diſpẽdimur cauſe ſubiturus erat. Fori latratores Rabide aduocati Ad ſtipulatores totũ
Aduocati deniq; id gñs forẽſe/ ubi nuſq; eſt litiũ lites ſerunt/ noua ſemp cõmẽta/ qbus in ſpem po
tiundi cliẽtes ueniát ꝯtinuo ꝓponũt Res pendinat̃/ ꝓtrahit̃ ut ab eis plus equo accipiát
aut certe cárũ negotiorũue multitudine obruti nullá recte/ aut quomõ oporteat ſatis cu
rant ita ut in nũeros peſſundẽt. Gladio ancipiti & utrinq; petẽti: qñ ꝙ uiunt̃/ utranq; ſcilꝫ
partẽ defendere ac leges quocũ ꝙ uelint trahere parati. Quotus. n. qſq; cám ut minime
recti iuſtá ꝙ reiecit? Male ſunt nõnulle apud eos: hoc ẽ parui admodũ emolumẽti: in iu
Ad ſtipula ſte aũt nulle. Ad ſtipulatores q̃; tabulá ſcribere ſubſcribereq; refugiũt/ aut nõ ꝓbant Ad
fœnus iniq ꝙ pacta ſeu mille modis alioqn nõ recte uãſigentes ſepe cõtuẽt. Qñq; ite;
pauciora/ interdũ plura q̃; fas eſt adnotát/ ubi partiũ alteri fauere uiderint. Tabulas ex/
hibere aut ordine digerere poſtulati ꝑ dolũ ſepe differũt/ plus equo exigunt inexptos
atq; imprudẽtes omnibus modis expilari & in opũ ſanguinẽ exaurire contendũt. Ad me
Medici dicos uentũ quorũ turba plurima in eruditaq; uicos uſq; omnis ꝑcurrit uix medicinæ
nominibus & primis acceptis rudimẽtis: pretio inuitati per mortes experiẽtias agunt/
& animas nr̃as negotiant̃/ & quaſi periculis alienis edocti uideant̃ theorice/ lectiõiq;
finem faciũt. Morbũ facilẽ ac ꝑiculoſum equa cura ob negligentiá ꝓſequunt̃. Ab egris
corpore ſimul & animo diſcedẽtes ad alios ꝓperant/ tanta quãdoq; multitudine creſcẽ
te ut nõ ſolũ ueſtigádi quæ oportet/ ſed uix tñ aſpicẽdi dies totus tẽpus ſuppeditet/ ut ꝓ
medicis ſalutatores rectius uocari ualeát/ nõ tam de illorũ exitu q̃; de ſua mercede ſolli
citi: quũ palá fit medici uel peritiſſimi modo officioſi ingeniũ trinam tñ curá ſatis exer
cere ſolere. Apud Pharmacopolá remedia ſcribũt ſepe que & ipſi non ſatis intelligũt/ aut
certe uõ neceſſaria ut doctiores ex copia uideant̃. Ex rebus item quãdoq; nõ exploratis
nec antea uiſis in morbo preſertim ꝑiculoſo. Exquo morti potius adiumentũ/ q̃; ſaluti re
mediũ ꝓparant. Militũ conatus omis in predis graſſatiõibus iniuriiſq; alienis ꝯſiſtit. hec
Milites eñ illis ꝓmia potiora ſtipẽdiis exiſtimát/ qbus ſi ꝓhiberent̃/ militiá detrectarẽt. Si eñ ab
ſtinere ꝯſueuiſſent. Ioánis ꝓcepto in deſerto nõ eguiſſent. Suos quoq; idem facere iubẽt
qui uim maiorẽ intulerit/ is maxie collaudatus. Nã fortia nobile cognomentũ/ memo/
ria patrũ nr̃orum ac ex hac cauſa inuenit. Sepe item accepto donatiuo de induſtria ſup
ſedent/ diẽ de die trahũt. Res obiter periclitat̃/ hoſtis graſſat̃/ ager populat̃/ omnia indu
cis ſiue ignauiá ſiue artẽ/ ac dolũ iure referunt̃/ q fide factoq; deſimbelliũq; ducere/ ac de/
Duces mum mercedi offitioq; minime reſpõdere uideat̃. Sepe item & tráſfuge/ & exercitus ꝓ
ditores/ aut ita in ꝓuidẽdo negligẽtes dum ludũt & otia in caſtris agũt/ inueniunt̃/ ut nõ

minus ipſi q̄ hoſtis ſuas partes ledere putent. Opifices quanti in uoluptariis ac in ſa/ **Opifices**
mibus uerſant artibus? quæ ludis impudicis luxuriæ/gulæ/ornatibus inhoneſtis: rebꝰ
denique aliis in cōceſſis ſeruire uident? Quot item mētita opera/adulterinas merces/fu
cata indicamēta nefariis/ac terrā imperitis ꝑferunt? Plena oīa apud ipſos mēdaciis: ad
diem ꝯſtitutā non reſpōdent ſepe q̄ nō habēt/habere/ac ſcire q̄ neſciūt ꝓfitent/ut ſi forte
aliqd tentent & aggrediant maximū dn̄o in cōmodū ac damnū inferāt. Mercatores ſe **Mercato/res**
centis cupiditas partim nouis partim etiā ignotis aggredit ſignis ut em̄ ꝓficiant quid nō
agunt? plerique mercē uerborū captione & aliis apparatibus uendibilē reddunt/nullū ge
nus iurare ſeu potius deierare ꝓmptius: oībus artibus & dolis qd̄ non eſt eſſe uideri
uolūt. Inter hæc uitia celant/nec ad extremū ſibi cōſultū aliqd putant niſi omnino mētu/
antur. In Codices nomina referūt/quū forte fide uendāt lōge pretioſius: tacitoque fenore
mercātes ꝓmunt: ſi qd uero emant lōge minori q̄ fas eſt: ſiue cum egeſtate coacto ſeu
certe imprudēte/ac ignaro cōueniunt: Auſariū ſeu portoriū/modo liceat fallere conten/
dunt/aliā ꝑ alia rem interpolatā fucatamque indicāt: Argētarii ꝑſertim ac Trapezite Men
ſarii ue uix boni quicꝙ ac recti agunt/ uixque unq̄ cōmertia iuſta liberaque ab his exeunt
Quāobrē nō ſine cauſa Telonarius idē & publicanus & pctōr in ſacris uoluminibus **Menſa: il.**
appellat. Sed Agriculturā parump inſpiciamus totiēs ab auctoribꝰ laudatā/unde nihil
homie libero dignius ꝓuenire/nihilque iuſtius accipi dictu facile et hāc egte abſque crimie **Agricolæ**
tractari uiro bono licere aniaduertimus. Frumentū tot impēſis ac laboribus domū p/
ductū ſi forte quotānis uēdis quū uilis annona fuerit/damnū ꝓculdubio facies/ſi uero
charā expectas charitatis & ipſe cauſa uideri potes dum ꝯgregatū retines ſimulque & ani
mo te id expetere/ac ſperare apparet. Rara felicitas eius aut modeſtia repta eſt qui hoc
abſcōdet/nec tamē aſcēdere cupiat. Mitto mille modis frugū cōmutationē/exactionēque ra
ro bene ſimul & ordine. Mitto colonorū faſtidiū/ꝯuerſationēque peſſimā/ qbus nihil om
nino fallacius/nihil in ſolētius. Hos em̄ ut eſt gēs hoīm famelicū & mendicū ſi paſchas
ęs alienū tecū in ſolubile ꝯtrahūt/queſtus participes eſſe uolūt dāni nequaq̄: ſi forte exi
gere tētas fugā adripiūt: ſi i cuſtodiā cōieceris/crudelis putaberis. Vnde tandē dn̄o bono
facilis ad de coctionē uia. Denique ſi pius eſſe cupis nec de ipſis tm̄ laudatus agri fructi/
bus uix unq̄ ad Occonomiā ꝓficere poteris. Prēſfamilias ſi rei familiari non uacent ſi
rem nō augent/apt ſaltem cōſeruent/minime ſuos curare cōtra preceptū dicentur. Si au **Patresfa/milias**
gere uel honeſte/ſine cupitate qualicūque quomodo poterunt? Conſeruare item quomo
do ſine pauperum damno quibus omnia uictui ſuperantia debentur? Quiſnam in
ter curas humanas & Caribdim illeſus integerque abibit? Quis inquam inter curas hu/
manas profanaſque ut huic ſtatui neceſſarium ſaluus & incolumis euadet? Hinc cum ru
ſticis de rebus ruris: inde cum ciuibus de re publica: illinc ab aduerſariis accerſitum fo
ro adeſſe: Parte alia domi ingenia ſuorum diuerſa ſuſtinere/ uxorem fratres filios/ne/
potes ſeruos ſepe diſcordes componere. Profecto ſi quis ea Conſtantia fuerit ut hæc ſi
ne animi perturbatione/aut auaritiæ crimine peragat/ hunc ego diuina quadam predi/
ditum uirtute dixerim. Heredes item rei male parte quantum animæ periculum cir/ **Filii**
cumſiſtat tam palam/ſi relictis ſe omnino priuent ſi parentum animas multa beneficē
tia non expiauerint: ſi legata Teſtamentaria quandoque perpetue per auaritiam/aut ne/
gligentiam non ſeruauerint. Hinc familias totas unius imprudenſque mandatum defun
cti ſepe perdit atque precipitat/dum quod ipſe admiſit expiareque facile ac exequi poterat
ſucceſſoribus mandat: ita demens ut quod de ſe uiuus neglexerit alios defuncto cura/
re magis exiſtimet. Ad religioſos me nunc conuerto qui extra cenſuram hanc facile
uideri poterant/quum nō ſolum rem ſed ſe ſe omnino ſpreuiſſe chriſti gratia uideant. **Religioſi**
Nec ego illos citabo q̄ morbū hunc ingenue fatentur/eiuſque tantum gratia ſacrificāt im
molāt/miniſtrāt/ſacta denique omnia nō pietati ſed queſtui habēt/ut palā his refero eſſe
cōuentris aſpicimus uerū eos taxamus q̄ ſuū ſe ordinē tueri ac obſeruare maxie affirmāt.
Baſilius Benedictuſue ac alii qui facultates ſuis ſucceſſoribus ꝓmiſcere/ has ad ſacrā

contemplationē uſum tantum neceſſario imponimus ſuppeditare/deinde quæ ſuper/
eſſent paupertati diſtribuere mādauere. Nunc ſane relicto illo ſeueriore ritu in mitio/
rem lautioreq́ uictum & equos & miniſtros & greges & colonos nūc plura ſatis ero/
gare uidentur. Quæ uero ſuperſunt partim in edificiis regio modo & omni amenita/
te conſtructis: partim in emendis cotidie poſſeſſionibus augendiſq́ facultatibus abſū
munt/tantumq́ ut infamiam uitent/ac maiorum ueſtigia ſeruare uideantur panes ali/
quod ſeu potius panum quadras mane ad foras paucis admodum mendicis diu pre
ſtolantibus prebent. Quumq́ lites pariter chriſtianis omnibus fugiēdas ac potius frau
dem patiendam Paulus clare ſuadeat/ipſi uel breuiſſima occaſione forum exercent in
iudicium accerſunt lites potius perſequunē immortales q̄ tantulum de iure decedant
nec illis quicq̄ potius q̄ pretorum tribunalia uexare compertum. Qui uero pauperta
tem profitentur/uerbotenus/non re ſepe profitentur Nam illorum quidā & poſſeſſio/
nes habent unde uiuant/partim etiam ut ordini obtemperare uideantur hoſtiatim ro/
gant. Itaq́ queſtuoſa eſt eis admodum huius generis profeſſio quum utraq́ plane uta
Virgines. tur licentia. Virgines praterea ſacræ in cooptandis in collegium aliis quomodo pecu/
niam accipiant/quod maxime Hieronymus in epiſtolis deteſtari uidetur ipſe uiderint
In egeſtatem omnes reiciunt cauſam Ego uero neceſſitati non occurrere nullo modo
dixerim ſed preſenti tantum & non futuræ:ſed hoſtiatim rogando/ac in dei prouiden
tia quæ uel bruta paſcere ſolet ſperando. Fidei namq́ in rebus duris cōſtantia religioſo
preſertim homini ſublata qd reliquū erit? Altum nō ingrediatē qui uentos ac procellas
timet/ſatius erat in domo paterna quocunq́ modo remanere/q̄ ſublime paupertatis p
poſitum quod mēte prius geritur aliqua uel minima cupiditate uiolare. Quā ob rem
ſpōte ab aliis quecūq́ aut q̄tacunq́ tradita recte quidem accipient. Sollicitari aūt animo/
rei ſtudere extra ordinē rogitare/inſtare captare ſenes filiis orbatos:diuitum ſequi ami/
citias:hereditates uenari/eoſq́ hac de cauſa et munuſculis & rebus aliis uelut tēdiculis
quibuſdā demulcere ac ad ſua uota deducere/preterea ex his quæ ex opera manuū pue/
niunt ac uſui cottidiano ſuppeditare debēt peculiū cōſtituere: predia emere/pecuniā ad
ſeruare/deniq́ cōditam retinere/& his ſimilia multa facere ut in cenobiis huiuſcemo/
di ſepe cōſpicimus quæ non ſolū religioſis ſed in matrimonio cōſtitutis aliiſq́ quorum
licētia aliquāto maior apparet/ōnino deteſtanda/abominādaq́ uidentur:quicūq́ probauerit
hūc ego a dei ſpiritu procul eſſe profecto exiſtimauerim. Hinc itaq́ malū id oritur ut ab his
quæ poſtea de nouo profitentur pretiū expoſtulēt/ac de eo palā & impudor uelut in mer
catu aliquo cōueniant. Vnde & ditiorem pauperi/ & minus idoneā perfectiori preferri/
deniq́ perſonas accipe neceſſe eſt. Quod ego aliquātulū uerboſius ſum proſequutus quū
in hac parte rem uulgo corruptā ualdeq́ collapſam plane animaduerterē. Ex quo nō ſo/
lum ipſas ſed reliquos omīs paupertatis profeſſores eadē agentes ac pariter cōſentientes iu
Sacerdotes. dicium manet nō admodū paruum. Poſtremo Leuiticū genus attingam/rem nō ſane
breuē ſi omīa proſequar eorū qui in hoc genere cupiditati ambitioniq́ ſeruiūt ſi quibus itē
artibus ſacerdotia/prouentuſq́ ſibi cōparant/nihil profecto nō caſtigandū apperebat. Horū
igitē unum eſſe offm̄ uelut maximā quandā in demōſtrationē principis dignitatē apud
omīs in cōfeſſo eſt chriſti tm̄ gratia adhunc ordinē utrūq́ gn̄s uenire eadēq́ de cauſa &
eccl'iæ poſtmodo ſuire/reliquoſq́ omīs corporis pariter & animi laboris ſubire opor/
tere. Quis aūt hic? Morē ſequunē pleriq́ nō offm̄:pecuniæ ſeruiūt non deo:terrenā ad
mirantē ſubſtantiā nō celeſtē/nō demū pietatiā:ſed queſtui uitā adduxerūt Benigne facere
facile tribuere/preter ceteros mortales admonenē. Sed apud nullos eque uigētes cōditi ſunt
theſauri/ſi uero erogenē quo habeāt trita res eſt. Quin & oim deteſtabilius ſacra licitāē
iam inde a ſimōe ſūpto exēplo & i ueteri lege a Gieſi Heliſei ſeruo/ qui a Namā ſyro clā
dño poſte ſanitatis preciū petiit. Deſitū poſtea uſq́quo res auctior eccl'ie nō fuit. Dein
de continuo increbreſcētibus opibus malū hoc repetitū. Verum uſq́ad Paulum ii mea qui
dem memoria ſedentem nō ad ſummum omnino peruenit Succedentia uero tēpora

qnalia ſuerint hiſtoriæ declarabunt. Tantū in tenues ac uitam egre ſuſtentātes legis hu
ius ſeueritas exerceiur. De his queſtio/de his acquiſitio habet hos ad iudiciū qui plura
q̄ꝫ habeat cupit/accerſit priuationē in forma iuris hoc genus appellant Q uamobrem
Anacharſis illius ſapientis dictū pulcherrimæ apparet legis ueluti araneatū telas parua
inuoluere animalia/maiora nequaq̄ꝫ. Auguſtinus attamē plane oſtēdere uidet/ quēad/
modum hi qui Sacramēta adminiſtrāt a populo ſuffragia ſeu ſtipem ſponte dante/ege
ſtate alioq̄n cogente accipere ualēt. Ap'lus item. Q ui bene preſunt inquit duplici hono
re digni habent. Vrbanus pōtifex in Decretis. Q uiſq̄s ait res eccl'iaſticas:nō ad id cuiꝰ
grē inſtitute ſunt:ſed ad ꝓpria cōmoda ſumit et obſeq̄a largit ſiue adipiſcit Symoniæ la
be ſe cōterminat. Si uero clericus dn̄o ſuo in ſpiritalibus atq̄ in eccleſiæ tm̄ uſum nauat
operā/ex ipſius deuotiōe obſequii eccl'iaſtico benefitio ſicuti ex aliis benefactis reddit
dignus:ex quo munꝰ ab obſeq̄o dici nōpoterit. Si uero ad ꝓfana aut q̄ſtum cōmodū
ue aliquod domini pret deniq̄ ſpiritalia ordinatum/munus proculdubio ab obſeq̄o
fuerit. Si pro alio rogat/ſeu det indigno rurſus peccat/ſiue etiam digno nō uirtutis ſed
humani fauoris gratia/idem mente uitium gerere putabitur. Si animarū curam pro ſe
rogat/ex ipſa arrogātia ac imodeſtia redditur indignus. In egeſtate tamē ex eccleſia pro
uentum quilibet cura curam ſi petierit:humanū admodū. Hæc em̄ ex noſtrorū auctori
tate procerum breuiter ad hanc diſciplinā cōmemorauiſſe operepretiū fuerit/quū pre/
ſertim uitia hæc paſſim ita cōualuerint ut non ſolum noxæ:ſed laudi tribuant/nec legiſ
cōtemptiores/aut criminoſi:ſed liberales beneficii magnanimi qui hæc dant Q ui ue/
ro accipiunt prudentia ingenio ſolertia prediti exiſtimantur.

¶ De Voluptate fugienda/quodq̄ huic dediti nihil in conatibus proficiā. XIX.

XCESSVS in hoc genere tātum uitium/quum Anaſteſia raro uel nun/
q̄ꝫ in his qui integra ſunt corporis ualitudine uideatur in hoc libido & gula
e totidem uoluptatis ſi iæ uerſantur/magna ut ſupra dixi prouidentia ad ani/
malium cunctorum tuendam ſucceſſionem uerum hominum tantū in his
quantū deceat uti & ad finē huiuſmodi fuerit:ut Epigrāma illud ad hunc locū accomo
datum ſatis indicat Nec ueneris:nec tu uini capiaris amore. Vno namq̄ modo uina
Venuſq̄ nocent. Vina ſitum ſedent natis Venus alma creādis & quæ ſequunt. Cōcupi/
ſcentiā Plato in epate collocabat tanq̄ꝫ uentri ignauo uiciniorē:et a corde ubi ſita eſt ira
quæ plus hominis habet/remota:a capite uero ubi ratio remotiſſima atti minoris atta
men culpæ:ſed infamiæ maioris taxatur. Hoc item preter cetera uitia infelicitatis habet
ut omnes eius ſpeties uel tāium animo excogitate:ſi ſenſibus imis inſurgentes ratione
non extinguantur læthiferæ ſunt noxæ. Tanta inſuper cum natura neceſſitudine coniun
cta ut ſi parumper frena laxentur in preceps equus noſter dilabatur. Vnde non poſtea
facilis ad ardua regreſſus. Et quamq̄ꝫ per ſenectutē admodum langueſcere uidetur/ob
malum attamen longi temporis cōſuetudinem in animo ſemper reuireſcit/quod hu/
ic etati & atra bilis & cetera triſtia facile dominentur/quibus uenus ac uinum ante om
nia mederi ſolent. Nam & mœrentem filium Thetis apud Homerum Coitus & ſemi
ne oblectamento curare ꝯtemnit. Et Poeta quidam ſepe ego tentaui curas depellere ui
no. Remidium ſane perditorum hominum & parum chriſto credentium qui omneſ
felicitatē in uoluptate poſuerūt/quin ni horum ni horum abſtinentia nos potius Apo
ſtolus gaudere inuitet. Q uæ quamq̄ꝫ potiſſima omnium uirtus non exiſtit/eſt attamē
prima:qua facile ad alia uenitur/quemadmodum contraria huic uitia non tam omni
um ſuprema q̄ꝫ initia quedam ad omnia paulatim mala/ ut uſu ediſcimus uidentur.
Nec ſane unq̄ꝫ compertū ut in rebus arduis quocunq̄ in genere hominem plane uo/
luptarium uotis facile potiri. M. Antoniuꝫ Cleopatre amores. Hannibalem Compane
delitiæ de ſtatu deiecerunt Companos quoq̄ ipſos uoluptatibus & otio deditos ad
extremumque præter officium ac fœdera partibus Hannibalis adherentes Romanus

ſuſtulit exercitus Metellum illum pium tanta in iuuentute modeſtia prædītum/poſtre/
mo uoluptati in Hiſpania deditū/omnē ꝓterite uitæ gloriā amiſit rem quoq; male geſ/
ſit Demetriū poliorcetē greciæ terrorē qđ inť labores bellicos huius minime uitii ob
liuiſceret/captū tandē ab hoſtibus inter ſcorta turpiter exceſſit. Ad nr̄os ueniam. Q uid
Dauid ex tanto ſanctitatis gradu niſi libido depulit? quā ? tot poſtea lachrimis tātis an
te deū declamatis pſalmis: effuſis ꝓcibus & rerū omniū abſtinētia ſibi ꝓſcripta luere ne
ceſſe fuit. Q uid deinde ſucceſſiorē eius ad deum patriū & uerū relinquēdū/ac extāia ſa
piētia decidendū niſi feminarū libido compulit/Sobriis em̄ ac caſtis & ſi cetera non ad
ſunt quæ ad ſpiritalē faciūt uitam breuis attamē ꝑ hoc fundamentū quō uolueint tranſi
tus fuerit. Inſuper laudem his ſibi apud homies eo ferme modo comparant ut eis ma
iora facile credantur opinionemq; reliqua tenendi de ſe faciunt/quum contra ſepe eue
niat. Nam his plane abſtinentiæ uirtutibus pleriq; Aere ſe arche pſeudo prophetæq; ac
alii morū grauitatem pre ſe ferentes peſtilentiſſima dogmata in eccleſia dei ſeruerūt.
Ex quo facile deprehendi poterit his aduerſa uitia quantum de natura hominis/de ꝑ/
fectu ſpiritali/de dei gratia/deniq; de laudibus famaq; & opinione apud homines de/
trahant. Q ui in uoluptate finem conſtituerū phi Ariſtippus Pirrho Erillus iamdudum
a ſcholis nō ſolum chriſtianorum: ſed illorum exploſi qui ita per omnia uixerunt ut a
beluis parum diſtarent Epicuri tantum partes ut honeſtioris & in eo quod dolore tan
tum uacaret finem ſtatuentis in Ciceronis dialogis Cotte defenduntur. Sed & idem ſu
cato quidem uoluptatis nomine parum admodum ab eius ſucceſſoribus affuiſſe ui/
detur/quum cōmodi proprii gratia officium omne in uita negligere proximi iura nul
la teneri: deum nullū/nullā in orbe ꝓuidentiā eſſe ꝓfiteret. Ariſtoteles utriſq; ſublimior
in lib. Ethi. x. Id uoluptatis omino gn̄s abſolutā hr̄e felicitatē ponit q̄ in mētis & rerū di/
uinarū parit & hūanarū ꝯtēplatiōe uerſat. Q uē rurſus Platonici interpolātes ut hominē
uoluptariū plane taxāt & nō tam uirtutē q̄ ꝑ ſe añ oīa ꝯplectenda fuerat q̄; ex ea cōmo
dum ac animi iucunditatē ꝓuenientē ſecuū uideri affirmāt/ſeuere forte nimiū q̄buſdā
uiſu: ſed lōge ſeuerꝰ Stoici hāc penitꝰ retinētes tm̄ uirtutē ſeu potius uirtutis umbrā q̄
in libris ſolis remāſit neq; ulli mortaliū adhuc uiſa ſicuti ſunt. Q uæ breuit ex ōni antiq
tate collecta ad hūc locū adduxi/ut facile īſpiciamus ſi tātope uoluptatē uel honeſtā ſu/
giendā cenſuerūt/quāto iu diſcrimie & a uitæ laudabili ꝓpoſito procul is agitat qui in
obſcena more pecudis oblectatiōe uerſat. Q uāobrē peſtis hæc qua nullā capitaliorē a
natura datam Cato dicebat/ex oſſibus iuuētutis quū primū licet ōni ſtudio euertēda/ac
ita hæc etas exercenda laboribus more lacedemoniorū ut in rebus publicis & priuatis
eorū uigeat induſtria/a qua ꝑ hāc omnino abducimur. Sanos q̄dem grauesq; homines
de mentis ſtatu & preteritorū gloria geſtorum deturbat/ ſenibus feſſis rurſus extinctos
calores reuocat ac inſanis ſimiles reddit. Ab ea uero quo tendimus patria nulla uelo
cior procella in alto nauem ut nos illa diſicit atq; expellit. Q uomodo enim deo cōtami
natum in hoc genere hominem placiturum exiſtimamus quin corpus eius qui ita ui/
xit ut terræ inuiſum otius longe q̄; aliud tabeſcere/atq; in puluerem redigi ſit compertū
Q uuiꝫ manus item hominis impuri nihil feliciter adminiſtrare ex auctorum grauiuꝫ
ad ſeueratione legamus. Q uin ceteris animalibus longe in hac parte nos peiores na/
tura ſeu potius praua mens noſtra peperit quū illa & ſtatuta ſeruent tempora & ſexum
minime mutēt. Hos aūt horis ſingulis & cum omnibus cōmiſceri nec ſolū ſexū ſed etiā
ſpetiē mutare cōſpicimur. In Gymnaſiis græcorū tantū ſcelus repertūinter quos lace/
demonii primi corpora puerorū ad paleſtrā nudauere. Vnde pericula maiora ſeditio
neſq; in Ciuitatibus q̄; ex libidine uenerūt: bis urbis Romæ ſtatū Lucretiæ uirginieq; ca
ſus mutauerūt. Libidinoſus ſi q̄d forte benegeſſerit/cribro/aut fractis doliis aquā ferenti
ſiue in maris ſemitam quærēti ſimilis putabitur. Nihil ſane commendati odoris in ua
ſe infecto comparet/ nec atro ſplendidus/ſeu luteus color additus uim ullam habebit
ubi menſæ bacchus defuerit quid relique ꝓderunt conuiuii delitiæ? Turrim in croaca

Ariſtippꝰ
Pyrrho
Erillus
Epicurus.
Cotta

Ariſtote/ſles
Platonici

Stoici

facere:ut aiũ prouerbiũ ridiculum fuerit/ & in arte telluri frumentũ cõmittere/theſaurũ denique nulli ualiturum uſui terre condere ſtultiſſimũ. Quibus ſane ſimilitudinibus facile admoueri poſſumus ut niſi uitæ noſtræ rationibus/ caſtitatis ſobrietatis/ abſtinẽtiæ fundamẽta permanſura imprimis poſuerimus fruſtra eſſe ad felicitatẽ/ ueramque gloriã conſequendã quicquid bonarũ ac laudabiliũ actionum adiecerimus. Initium igitur huius totius ædificii/ abſtinentia/ quæ noxios corporis cõprimit motus. In frigido & ieiuno cõcupiſcẽtia rurſus friget & ieiunat. Plures hinc cõmoditates. Quietiores uino nõ æſtuãte noctibus ſomni. Vigiliæ in nõ pregraui ſtomacho faciliores: ſenſus rationi lõge obtẽperatiores: facilis concoctio ualitudo proſperior: mens ad intelligendũ purgatior atque ſublimior: tempus ad obeunda negotia longe ſuppeditãs in gulæ tot apparatibus minime abſumptũ. Reliqua deniq; omnia quæ ſuper his dici poterant/ quod & aliis auctoribus & mihi in aliis libris cõmentariiſque ſatis enarratata ſint: nõ admodũ repetam. Tantum quod incaſtigatũ/ mihi reſtare uidebatur gulæ uitium mox parump attingã.

¶ Menſarum ſtudioſi atque adſeclæ quantum habeant incõmodorum. XX.

u, VITIVM eſt oĩm gula: naturæ neceſſitate/ cũctis fere his preſertim qui contenẽt honeſtatẽ. Quãobrem inſidioſiſſimũ uitæ dixerim. Quo ex cauſa publica maiores adſertores/ nec iam pudendũ: ſed gloriæ potius & ſplendori & hilaritati & urbanitati uulgo tributum. Si qui eñ magnifici non: ẽ para reſibi cupiunt ut multis euenit in ſumma auaritia ſumptuoſis cõuiuia celebrãt/ cõuiua frequẽter uocant Si forte in mœſtitiã uenerint/ ad epulas uinumque punus currũt. Quin utique Vlixes homericus apud Alcinoũ ſic ait. Ventre nihil peius quam magno ſepe dolore cogit quẽque ſui rationẽ ſemp habere. En mihi nunc quãque mœſto ſi uina dapeſque adponi iubeas diſcedẽt mẽte labores. Si inimicis poſt diſcordiã cõciliamur/ mẽſa huic officio queritur. Si amici colloquio/ dulcique comertio uelis uti ad epulas inuitas. In ipſis quoque lachrimis & funeribus ordo propinquorũ ſimul edendi & diſcumbẽdo ſe inuicem ſolatur. Cõuiuia ipſi celebrabãt pontifices Deorũ uictimæ antiquorũ ſupſtitioni gulæ inſtrumenta/ irritamẽtaque fuere. Ridiculum ſane ſi ritum reſpitias epulonũ qui ſacerdotibus additi fuere Quaſi non ſatis priores ad omnia deuoranda fuerint. Sed & noſtro quoque dogmate ſacerdotes incaſtigatos peracta re diuina ſæpe ad potum & ientacula ut meliores & operarios ſe inuicẽ inuitantes ac pperantes uideas. Vrbis & omnis cœtus in celebritatibus & feſtis diebus hoc potiſſimũ munere diei æſtus ac pondus tranſeunt. Hoc aũt laborãtes in opere quiſque ſuo dulci uocatione reſipiſcunt/ nec ulla ſocietas aut collegiũ quin Bacchum & cererem antea omnia exerceant & ueneren tur. Ex quo tanta uulgo cõceſſa licẽtia: bonos etiam & ſeueros ac cætero probatos homines contaminat ac de ſtatu ſepe grauitatis deicit/ quum plus equo uino & epulis indulgeant: ut Catoni & Alexandro magno/ aliiſque quampluribus euenit. Hoc denique delinimentum quantum ad alienas menſas religioſos trahit? Olera nonnulli libenter & triſtia prãdia fugiunt/ ritus quoque ſanctos Anagnoſten: acroamata/ frugalæque illud ac ſordidulum cœnaculum relinquentes inana colloquia/ ineptas adulationes unctioris pabuli amore audire pariter & dicere coguntur. Adde quod ſæpe inuitanti obſequuntur. Arcana etiam quæ diu tacuerunt retexere / & uitam alienam taxare: iuditia quoque temere pferre hilaritate inuitati audent. Deinde cœnipetis: foriſque libẽter edentibus breuis admodũ uita/ aut certe ualitudinaria. Difficile namque inter epulas & in cõuiuiarũ hilaritate alterutrum ſe inuitantiũ a ſoluta dieta/ & uiuendi formula nõ diſcedere. Tot itaque malis remediũ unicum domi libenter remanere/ uocationes nõ amare/ uocãtibus pertinacius reſiſtere. Ego uero eum qui domeſticã libenter relinquat mẽſam ut alienam ſectetũ/ nullo modo ſobriũ/ aut caſtis omino moribus duxerim. Inuitat9 hoſpicii uiciſſitudinẽ: humanitatis iura: obſequii neceſſitudinẽ/ uno epulo contracta reddere te ante omĩa oportere exiſtima/ nec ſolum officiũ hoc chriſtianis qui ante omnis pietatẽ colunt/ ſed cæteris.

ac alienis nationibus obſeruatũ ſcias. Q đ ſi quis diligentius uidere cupit Vlixem apđ
Homerũ legat errantem. Vno inquã pabulo æs alienũ perpetuo cõtraxiſti eo uehe/
tius quod illud quãdoq; exſoluere licet: hoc continuo remanet. Violare quãdoq; hoſpi
tem/et maledicere/errantẽ nõ caſtigare/egenti nõ ſubuenire/ullo modo uiro bono nõ
licet. Ex quo breui de cauſa miſer libertatẽ amittis. Præterea longi quãdoq; ſimul & in
epti ſermonis ſeruitutẽ inter epulas: post epulas faſtidium tediumq; moræ diu ſuſtines
Alias quãdoq; res domi obiturus torqueris: Dici fruſtra nugis abſummiť: Deniq; cra/
pula/uinoq; madidus domũ reuertens/nil aliud ꝙ aut dormire/ aut tempus ocio relī/
quum terere cogeris. Beluas quãto in hac parte feliciores natura tulit: quæ paſcua ſem/
per eadem dum licet repetunt/libẽter a grege reliquo nõ errant/nunꝙ loca ſolita ſaſti/
diunt. Ea uero quæ errant ſiue animalia ſeu uolatilia externũ proculq; uictum quæren/
tia/ut fera rapatiaq; natura cetera quidẽ uitant ac deteſtanť. Poſt hæc ubi plura ſcelera ꝓ
ditiones cõſpirationes? ubi ſeditionis ac tumultus maius fomentũ? Malorum omniũ
mater ac cõciliatrix eſt menſa Ammon inuitatus a fratre Abſolone trucidatus eſt: Alex
ander quot amicos inter epulas ſuſtulit? Ferrãdus ſenex Siciliæ Rex noſtra memoria
quos proceres inuitatos ad mortẽ coegit? Dux Valentinus Alexãdri Sexti filius. Q uat
tuor illos duces in prandio capi/interficiq; iuſſit. Itẽ ſunt aliã de decora quæ ſequun
tur. Poſt fercula luxus uiget/laſciuia licentia/ cachinnus/amatoriũ carmen/ludus/tripu
dium/ſaltatio/lyra/ſcena. Hæc eñ appendices cõuiuii: Homerus in odiſſea teſtatur eſſe
Q uod ſi forte deeſt/nõ deeſt amica uoluptas & mens libidinoſa/inceſta. Titillant ſen
ſus atq; incẽdunť/& ſi ad inhoneſtos motus nõ forte prorũpũt: illa tamẽ uiro digna gra/
uitas: morum temperãtia/propoſiti Cõſtantiã labant/ac titubant. Dñs eñ ſotus cõtinuo
diſcumbebat/quod propria domo careret: Deinde Medicus animarum corporũq; po
tius ꝙ conuiuaꝛ: ut opem ferret/non acciperet: ut ſolareť /nõ ut ſolatiũ caperet/accedebat
Apoſtoli item dum licuit minimũ aliis graues fuere. Paulus per trienniũ ab Epheſiis
nunꝙ petiiſſe/nihil autẽ accepiſſe teſtatur. Sed & charitatis & religionis ſpecie ad epu/
las quãdoq; cõuenire/omnino ſuperuacuũ/ac moribus nõ tutum. Apoſtolorũ tempo/
re poſt ſacrificia in templis ſimul diſcũbere ſolebant/unde plura ſunt probra conſecuta
Morem itaq; hunc Paulus palam damnãs/nunq̄d ait domos ad manducandũ non ha
betis? Et rurſus ad Theſſalonicenſes audiuimus inquit quoſdã inter uos inquiete am
bulãtes nihilq; operãtes ſed curioſe agentes. His itaq; quicumq; ſint denunciãte ut cum
ſilentio operãtes panem ſuum manducẽt: Sed & non ſolum qui uocanť: ſed etiam qui
uocant/ſi ex uoluptate/aut oſtentatione/magiſꝙ ex charitate/aut officio cõmuni id fiat
uituperandi ut plerumq; ſolet euenire. Nam inter epulas ſe ſe inuicem ad potationẽ in
uitant laſciuius loquunť curas animi ſubterfugiũt: Res obiter quæ paupertati debebãť
in ſumptu ſuperuacuo longe uelocius ꝙ ludendo male perditur. Q uum damnũ con/
tinuo gula/ludus uero lucrum quãdoq; afferat/ & in hoc ingenii/cogitationeſq; qualiſ/
cumq; partes qui propriores ſunt hominis exerceanť/ in illa pecudũ more ſenſus tan/
tum ignauia delectetur. Inſtat ut creditor uenter & nunꝙ accepti gratiam habet. Homi
nis frugi domus nunꝙ egebit/ luxurioſi uero quanꝙ diuitis ſæpe opes cũ infamia perſ
ſundari uidemus. Q ui uentri dediti/uentrẽ prodeo colũt (ait apoſtolus) Q uatuorq;
in rebus facile deprehenduntť/edendi/potandiq; exceſſu/præterea ſtudio diligẽtia ſum
ptu. Sæpe namq; ſolet euenire ut qui modeſtæ bibãt/ aut edant: operam tamẽ præcipuã
& querẽdo & cogitando & loquẽdo in hoc genere uoluptatis: ut honeſtæ ſibi uiſæ ab/
ſumant. Q uantum uero tales odio ſint deo primi docuerũt parẽtes/qui cibo illecti pri
mũ lapſi ſunt: Deinde Eſau obuiliſſimi cibi in tẽperantiã de ſua dignitate deiectus. Itẽ
Populus Hæbreorũ ſedit manducare & bibere: & ſurrexit ludere Vlixis ſocios nõ fru
ſtra fabula ꝯdemnat: qui gulæ obnoxii in ſuos et uẽtri dedita anĩalia ꝯuerſi tradũt Q đ
ſi cõtra hoc uitium declamare ut res expetit liceret longior propoſito flueret oratio. Ve
rum legentes ſi utrinq; bona malaq; in hoc genere ſcire ampliſſime cupiunt ad Baſili

ſermones de ieiunio deq; ebrietate/ quos nuper conuerti relegemus.

¶ DE moribus & uitæ genere Curialium.

T autem abſolutam bonorum ac malorum ſaciem contemplari/ & exem/
plis utrinq; propoſitis diligentius cauere liceat urbis Romæ ſimul & eius cu
riæ moris percurrere uacabit. Nec in eam me propterea quiſq; in qua natꝰ
& altus ſum/ & unde quicquid poſſideo bonorum nihil obuenit accuſatio
nem dedita opera ſcribere fortaſſe putet: Si promeritis quemlibet hic taxare illic lauda
re conabor. Locus eſt igitur Roma gentibus fere omnibus cõmunis/ quo ut uirtutes
omnes/ ita teſte Cornelio tacito cuncta monſtroſa pudendaq; confluunt. Huc adoleſcẽ
tes filios parentes tanq̃ ad Theatrum orbis terrarum ueſtibus pro conditione ornatu/
los mittunt. Aes etiam alienum eorum gratia quandoq; contrahunt/ ut ſuam patriam
obliuiſcantur/ ineptias domeſticas dediſcant/ mores urbanos induãt/ peculium deniq;
ſi quod ſibi parare poſſunt cogere: rebuſq; omnibus auctiores fieri contendant uerum
aliter plerumq; rerum finis longeq; expectationi ac ſpei aduerſus Aut enim immatura
morte per uitæ incontinentiã/ ac licentiam rapiuntur aut ingratas colentes amicitias ſeu
dominus ſeruientes diſcholis tempus fruſtra terunt/ ſuoſq; minime uoti compotes red
dunt Seu ſi forte longis poſt laboribus ad ea quæ ſperabat per uenere/ felicitate ac opi
bus abutentes ad faſtum omnia exemplaq; mala plerumq; reducunt. Sed ab initio ue/
nientium/ pariterq; cõmorantiũ cauſas parump exquiramus ut illud martialis ad hoc
propoſitum recte accomodare poſſimus. Quæ te cauſa trahit uel quæ fiducia romam
ſexte quid aut queris/ aut petis inde refer. Rationes omnino quinq; mouere ſolent om
nis Religio/ Quies/ Ambitio/ Auaritia/ Voluptas/ Prima tantum laudata ſecunda nõ
uitioſa/ Reliquie omnino illaudatæ. Ex quo innumerabiles peſſundari & ad gehennã
magno cum ſtudio precipites ire facile poſſumus exiſtimare. Ardor namq; fidei chri/
ſtianos plurimos ab orbis extremis partibus ad limina tantum apoſtolorum adoran
da olim excitauit/ qui & etatem deinde omnẽ in eadem urbe cõmorando conſumpſe/
runt/ ubi tot martirum millia pro chriſti nomine pertulerunt/ ubi tot ſanctorum/ corpo
ra in pace ſepulta ſunt ubi deniq; orbis ac religionis caput/ eiuſq; in excelſo paſtor ac
princeps animarum ſolio reſidet. Huc Petrus Angliæ rex relictis magnis opibus ueni/
ens tenuis admodum et priuatus uſq; ad extremũ uixit. Hic Otho ſecundus imperator
mori uoluit: Brigida item ab ultimis Aquilonis ſedibus ex in lu ſtri loco ignobilis &
pegrina mãſit Baſilicas locaq; ſacra urbis adiens cotidie adorabat. Huc Carolus ma/
gnus princepſq; tot fideles chriſti tunc ingruentis amore incenſi magnis itineribus ter/
ra mariq; obitis ad ſalutandum Pontificem Romanum humiles acceſſere. Ea felicita/
te ut ſi qui forte in hoc ſacro itinere decederent beati omnino putarentur. Qui uero in
cõmodum illis inferrent procul a ſacris haberentur. Videmus inſup tot millia quot an
nis omnis ſexus ordinis etatis huc tanq̃ ad coeli ianuam ad renouandum interiorem
hominem chriſtiq; militum tot ſepulchra ſtudio uiſendi certatim properare/ ultimam
quoq; ſuis actionibus poſt exanclatos labores uiam hanc demum ut fomentum aliqd
& medicinam plagarum ſibi ſummere Si ſemel ſeruatoris imaginem/ in beati Petri Ba
ſilica Si apoſtolorũ capita in Aede Lateranenſi conſpexerint/ magnum uitæ fructum &
omniũ laborum premium aliquod/ uitæq; futuræ ſpem certam ſe conſecutos eſſe arbi
trantur. O/ felices animas quæ ad hunc uſum beatiſſimũ ſuam in hoc loco peregrina/
tionem ſibi aſſummunt/ non queſtus aut breuis ambitionis non uoluptatis gratia ſunt
a ſedibus patriis ut reliqua turba commoti. Hi tantum ſapiunt hi dei beneficio & tantæ
urbis muneribus ad animarũ noſtrarũ ſalutem prebetis rectæ ad extremũ ſunt uſi. His
proximi ſunt qui aut patriæ tyrannidem moreſq; peſſimos fugientes: aut rei publicæ ad
miniſtrationem ſeu neceſſariorum moleſtias pertefi:ut quietiores uiuant/ locu m ſibi
aliquem/ unde honeſte uiuant mercantur/ quando hanc innete:atam inueniunt cõſue

tudinem. Qui & ſi uita ac ſanctitate illos quos pauloante commemoraui nõ equant attamen a uirtutibus plane chriſtianis non alieni/ ſine querela negotium gerunt/ minime inſatiabiles/ minime curioſi/ raro ſalutatores aut aularum tritores. At ceteros quid dicam tot ad eam properantes mortales niſi in magno ſalutis ſi forte nõ caperint/ uerſari diſcrimine. Horum initia prima ut finis facile iudicetur/ inſpicienda. Pars maxima ut hominibus non deo ſeruiat ſollicitaẽ/ ut auctior fiat ut poſt longa duraq; ſeruitia uiaticum ſenectuti querat unde? ex eccleſiarum prouẽtibus? iam ergo rem ſacram ex hoc fatetur queſtus nõ pietati ſibi eſſe. Quodq; uirtuti perſoneq; debetur/ uel indignis quaſi doq; mercedis loco tribui. Hoc primũ dantes ſimul & accipientes piaculum. Sed ſeruiendi modũ parumper inſpiciamus uix tres aut quatuor iſta res aluit/ pallet cetera turba ſa mæ uiſ? iam quidam annis multis continuo aſſiſtentes officio/ nomine ac patria apud ſuos dominos ad extremum ignorati. Qui diligentiores uideri cupiũt mane totto ante cubiculum ſurgentem & ad ſacrificium tandem uenientem preſtolantur Domeſtici pariter & clientes qui ſalutatum ueniunt certatim ante cõſiſtunt ut uideanẽ ſi quis forte letiore aſpicitur uultu/ is maxime gaudet/ fructum ſe totius diei & eſtus & laboris accepiſſe putat. Preterea aliquo ad equitantem ducunt & deducunt. Dies in hoc ſerme totus abſumitur dies Dum expectant fabulantur/ oſcitantur/ dormitant/ ludunt/ maledicunt ſermones de uoluptate quod iuuenes plerumq; ſint ſepenumero habent. Ad menſam ſigno uocati uelut apes ad flores: aut corui eſurientes ad cadauera otius currunt/ uix unq̃ ſaturi Architriclinii uelociter in ſonãte noga: & famulus rurſus aliis qui maiore adhuc urgentur famæ inſtantibus. Qui uero menſe aſtant dominice unctiore gaudent pabulo reliquias deuorantes. Verum maiore premunẽ ſeruitute Si ſternutaẽ ſi tuſſitur caput aperiunt ſalutant/ genuo flectunt/ domini faſtidia multa & conuitiaq; ineptias nam loquentiamq; & aſſentationes audiunt. Quibus omnibus illud infeliciter euenit/ ut res una non eque bene/ & ad eius geſta uotum omnia benefacta deleat/ pluſq; ponderis ſemel rei uel paruæ defuiſſe q̃; officium diligens reliquo tempori præſtitiſſe habeat. Sed ne forte aliquem tenuis tantum turbe miſeratio capiat: peiora longe hi patiuntur qui quum in libertate & rerum omniũ letitia copiaq; uiuere poſſent ſponte ſe his bonis omnibus priuantes aliis ſubigere malũt. Itaq; hos uidere licet mane horridulos ad fores patrum expectantes ut eos ad uaticanem ducant/ nullo ſepe expoſcente uſu alloqui contendunt/ uexant/ aliquid forte agentes grauius ſuis nugis interpellãt. Quumq; ſuo nonnullis preſulatus illis fratres ac equales eſſe debeant/ uilium more ſeruorum ad genua procumbunt/ ac aperto diu capite ad preces: aut ad ſentatiões uſq; ineptas deſcendentes/ ſeq; deniq; ſuo ſtatu indignos coram Deo & hominibus reddũt In Sacris enim cõſtituti ordinibus gens & regale ſacerdotium olim appellati nunc & equorum & ſtabuli & culinæ & ſi quid eſt uiliſſimum ſepe curam ſuſcipiunt. Miſeri ſi hoc premio curam domi deferunt animarum: Ouium nulla cogitatio/ ſi tamen ulla libidinoſis leuibus infamibus cultus diuinus & ſacrificia permittuntur/ quod genus hominũ nihil ſ conducatur ut ille ſacerdos leuita preſul ad nouos continuo querẽdos in curia abutatur. Nonnulli qui nobiliore ſe animo faciunt: non rem: ſed honorem imperium magiſtratum ſequi dicunt. Ideoq; Purpuram quocumq; admiranẽ hoc ſpectãt ex hoc pallent malaq; perpetua tolerant. Si per uim quandoq; argentariam potiti quid mirum ſi minus in conſulẽdo libero ſunt animo ac ad ſeſe ſuoſq; principes & promotores õmnia conuertũt/ omnibuſq; uiis quod optant magiſq; quod deceat aſſequi contendant. Quamobrem hi maximo uulgo ſapientes qui ſibi maxime conſulum habentur/ & ita eius penes quem eſt poteſtas beniuolentiam obſequendo ſibi comparant/ ut quid uelint ſibi ſuiſq; facile impetrent. Et quando ex uirtute nequeunt pleriq;/ ex menſæ lautæq; ſuppellectilis ac florentis familiæ ſumptu gloriam ſibi parare cõtendunt. Vt autem epulis pluriſariam conditis ſtomachum ſine noxa preparent nonnulli ſe uenationibus dant/ caneſq; ac paraſitos loco pauperum alunt Domi dum ſunt nihil eis in ae

ceſſius ut illud Laurentii equitis Tifernatis ſcomma non in facetum uideri poſſit. Facilius ad tertiam cœli ianuam q̃ ad horum primã adiri poſſe. Die fere toto in penetralibus luditur dormitur/foris obiter expectanti turbæ dominũ occupatum eſſe aut horas obire canonicas ſeu grauius aliquid agere reſpondet. Sero tandem nõnulli familiariores admiſſi quid ex congreſſu referant trita res eſt. Non potui/non memini/nõ licuit/alias redibis. Si quid uero promittitur/ad Calendas græcas preſtatur. Vna tãtum cœna clientulo ſi forte menſa dignabitur ſeu de uenatione aliquid miſſum lõgi temporis offitium & obſeruantiã compẽſabit miſerandi profecto/qui dotes animi atq; corporis ſimul cum ætatis ſpatio ad res magnas obeundas nobis diuinitus datas rebus tam uilibus cõtaminare dignum exiſtimant. Sed nequis ipſius loci genio potius q̃ moribus obdormiuan ẽ lõgo tempore diſciplinam omnino collapſis hoc ad ſcripſerit. Magnos hic in omni ordine ſepe uiros non ſolum priſca ſed noſtra uidie etatis: uiuuntq; hodie qui & rebus agendis & litteris maxime idonei/ exemploq; modeſtiæ ceteris exiſtãt. Nunc eos breuiter oſtendam qui a potentiorũ ſe liminibus ſubtrahentes negotiũ agũt propriũ/rei familiari tantum ſtudent patrimoniũ/peculiumq; augere ꝑtendunt. Hi quã q̃ ſe liberiores eſſe gloriantẽ/auaritiæ tamẽ iugum non omnino excuſſerunt. Collegiorum loca cupidius licitantur/horum mercatus legitimus conſtituitẽ occaſionibus inuigilatur: ut in annona calamitas aliqua ſeu felicitas publica expectatur. Vnus plura ad rem augendam occupat/req; hoc modo & ſi non omnino ſpiritali ſaltem ſpiritalia tractante: abutitur queſtuiq; habet. Sed quomodo exerceantur quis ignorat? more inclitũ ordinarium ac menſtruum emolumentũ minime ſed quod contrarius ſaſq; erip̃itur/in lucro tantũ computatur. In ſcriptura publica & in foro iudiciario tertio quoq; die conueniunt. Prima inter ſe ſalutatio/prima congreſſio. Q uantam nam hodie meſſem habemus? quot negotiorum? triſtia ſane omnia/pauci admodum qui litigant qui literas expediant/pauci moriuntur/nihil uacat/contentus quiſq; ſuo nimium eſt uel ſi per contumaciam populorum aut principum in pontificem/lucro ſolito priuentur/non peccatum aut eccleſiæ turbationem: ſed in comodum propriũ querunt/dolent/inquiunt/heu miſeri in que incidimus tempora: noſtri prouentus ratio minime ſorti reſpondet: Nihil hic proficimus: q̃ melius in patrio ſolo pecuniam/ſeu agriculturam exercuiſſemus. Domum non ære graues ad uotum redeuntes non æquo prandent animo/ cum ſeruis & familiaribus iurgant/nihil niſi argentum ſapiunt aut cogitant. Si menſis ad ſolitã non peruenit ſumma & Pontifici & his qui rebus preſident maledicunt: preterea non largas habere manus: nec demum ſapere/aut curialiũ habere curam dicunt. Itaq; omnia ad pondus ac libram & nummum ſua reducunt facta Forum poſt hæc ubi magis diſtinetur? ubi & negotia ſimul & iuditia precioſiora? Rotæ nomen habent/genus hoc ſupplicii quondam rectæ quadrare tetum euentui uidetur. In hac enim miſeri litigantes multi ſæuius q̃ in per illi thauro torquent. Apud pragmaticum ſeu ad ſtipulatorem milleſima pagina ſurgit ubi annales & nugas meras loco actorum conſcribunt/ & ad huc in limine uerſatur cauſa. Aeuum abſumimiẽ dum breuiter liceret Parte alia Rabula rem de induſtria perendinat/diem de die trahit. Ad oppugnandã iuſtitiam/ad reſiſtendum alieno iuri quæ non excogitantur? munera/cõmendationes principum/teſtium uiolentia/deniq; libellorum literarum diplomacũ non æqua intercеſſio. Dum res prope ad finem deducta eſt uenit eſtas/foriq; uacatio. At nõ lucri unq̃ uacatio chriſtifideles aduenæ per dies ſolennes romam religionis gratia ꝑperant/uitam emendaturi ueniam preteritorum petunt lachrimas fundunt/per loca ſancta certatim feruore diuino incenſi diſcurrunt. At noſtris ex magna parte: tunc meſſis maxime tempus aduenit/dies feſtos minime uerentur non exemplo illorum excitantur/Baſilicas ob familiaritatem ſpernunt. Occupationes cauſantur atq; oſtentant. At nõ adeo occupati unq̃/qn uelint bis fieri ſaturi in die preterea ſomni uoluptatiſq; ceteræ reminiſci. Q uod ſi cœna pauperum in noctem differtur ob prandis cruditatem: incœnati tamen cubitum nullo

modo uolunt ire. Non mirum igitur ſi male parta/male dilabunẽ. Vidi ego nullis ad
quos tales peruenirent hereditates rem diu incolumem permanſiſſe/diuitias potentu/
aſq; ac factiones in Italia maximas ex opibus huiuſcemodi/ac eccleſiæ uiribus uenien
tes breuis tempore hoc ſeculum pereũtes uidit. Vicarii ciuitatum ſæpe mutqanẽ / euer/
turq;. Opes priuatorum mercatorumq; locupletiſſimorum ad decoctores tandem per
uenere. Præter autem ea quæ narrauimus mala alius oritur inuidiæ morbus quo ma/
ius tormentum ſiculi non inuenere tyranni. Hæc mirum/qum hic frequẽter de Rheto
re cõſulem/ut ait Poeta/quidam fieri uideamus. Fex hominũ ad in luſtrem ſummũq;
ſæpe locum hic magiſq; in orbe reliquo euehitur. Digni precipue hominibus facinoro/
ſi poſthabentur/quod ſtatus rerum ob crebram Pontificum ſucceſſionem ſæpe commu
tatur. Q ui rerum potiebãtur eiecti protinus: alii rurſus ignoti ſordidiq; plerumq; ami/
ci & familiares in lucem prodeũtes adſpiciunt. Itaq; uirtuti nulq̃ locus/ tantum ſeruitio
clientelæq; præterea adrogantiæ ſimul & impudentiæ cedunt omnia. Q uid monſtro/
rum annis ſuperioribus non uidimus ad opes maximas ac potentiã ereptum? Q uis
luxum faſtidiumq; quorundam ingenuus æquo animo adſpicere ſuſtinuit? Eos uem
illis imperare, quibus nec ſeruire digni fuerant. Itaq; uatinii multi & glauciæ & No/
nii, & Saturnini, & Catilinæ & reliqua nebulonum turba longe nunc maior, q̃ in ue/
teri urbe apparent. Q ui & lenocinus, & linguæ garrulitate, & adſentationibus, & do/
lis ad ea quæ exoptant, peruenire nõ uerentur. Ex quo bonis ſtomachum: inuidis do/
lorem. imprudentibus exemplum peſſimum, in quietis audaciam ad imitandum mo/
uent. Q uas ob res Baptiſta Albertus uir Romæ & literis præſtans & genere uitæ pau
cis comparandus rem hanc curialem perſonatis qui per ferias ſtultorum uagantur,
aut qui in theatris ſcenas agunt comparare ſolebat. Nam illis quem uolunt ornatum
ſeu ſerui, ſiue principes uel grauis hominis, ſiue leuis plane ſummere licet. Sic item
in hoc loco aſcendentium & deſcendentium fortunæ formas cotidie cõſpicimus. ſed
ego omnis quos accuſare paulo ſupra ſum uiſus, ita tamen accuſaui ut ſi cætero mo/
deſtiam retineant, uirtutemq; reliquam ſequantur uituperandi ex omni parte non ſint,
miſeratione alioquin digni quod in natura nobili ac præſtanti ambitionis leuitas, ac
cupiditatis ſordes huiuſcemodi contingant. Illi uero cunctorum peſſimi: nec homi/
nis partem habent ullam, qui ſe in ceno ueluti ſuos uolutantes humiq; omnino de
iecti Romanam curiam ſuarum uoluptatum refugium atq; latebram querunt, qum
domi & in reliquis orbis locis non ſimilem reperiant commoditatem. Hic pro ſua
quiſq; libidine uiuit: humanis legibus nullis fere ſubditur. Ex quo diuerſarum genti/
um populi concurrentes uiſuntur. Vox diuerſa ſonat populorum eſt urbs tamen una
Siquid uſquam obſcenum quaſi Acherontem ueneris hic uidere licet: Sexus in com
miſcendo diſcrimen nullum. Scortorum cateruam nuſq̃ nec numero neq; delitiis neu
ſumptu ſimilem, non ipſa olim corinthus & Cyprus & mitilene & Campania habu
iſſe legitur. Seplaſia tota hic diffuſa eſt Circinni/manicæ/ Tunicæ/lineæ criſpantes uir/
ga ſagula, lactea colla, Bracæ gallicæ, byſſina bombicina ſerica purpura uſq; ad cocos
fullones caupones proſtituta hic clarius adſpiciuntur. Q umq; barbari olim togam
grauemq; habitum hinc ſumeret ab illis: nunc omnium ſordes ornamentorum huc
longe q̃ in reliquam Italiam inhoneſtius ac licentioſius fluxere. Ferunt olim Romæ
lupanaria. xx. fuiſſe/nunc ſane unum quod uniuerſam amplectitur ciuitatem dici po/
teſt. Inter uenerabilium Curialium Ciuiumq; ædes impudentiſſimæ ganeæ uerſantur
In templis in contionibus reliquiſq; locis publicis obſcena cum honeſta turba conue
nit, famoſæ a pudicis minime diſcernuntur. Inter matronas amaris turpiſſimus cum
amica locatur, uerbaq; iactat impudica. In media uia magni ordinis uiri ſpectãte po
pulo cum eiſdem ſermone congrediuntur. Q ui pudentiores aliquantulum uideri uo
lunt noctes his tantum dicant libidinibus. Mane ſiquis ad primam auroram exeat/in
numerabiles per uias huic inde e domibus prodeuntes cucullo ac pennula contectas

clam deduci uidebit. Hoc igitur hoc præmium cuius gratia pleriq; & honoris & tot la
borum & famæ & ſubſtantiæ prodigi omnino ſunt. Huc ſacros prouentus referũt. Hic
emolumentum quæſtumq; omnem qui rei parandæ dies totos inuigilãt tandem ma/
le perdunt. Trecentis fere aureorum millibus ut ſane compertum: nequis forte nugas
putet Romanus ſtat luxus. Tot igitur mala periculaq; in curia commorantem quum
facile circuſſent quid potius dicam/aut moneam niſi multam ei ſalutem dicere ſatius
eſſe. Seu ſiquis poſtremo in ea perſeuerare/ac conſeneſcere decreuerit, nec creſcere:ne
q; tritam uulgi orbitam ſequi/ſi deo potiſſimum placere ſtudet/ ſibi omnino cogitan/
dum. Quod longe nunc facile ſub te duce papa beatiſſime licebit: quum hæc ad ſanum
uulnera coire ſicuti mox dicam breuiter tua diligentia ſperentur.

Quomodo his malis occurratur.

VONIAM uero in huius initio libri ſupradictis omnibus ne q̃s for/
te diſperet præſto paratam medicinam expedire me recepi: Id factũ hoc
q inſtans Lateranenſe concilium indico/ cuius ego partes atq; officium ſi
breuiter attigero quantum mihi rerũ redintegrationem cupienti ſatisfece
ro/tantum fortaſſe naſum/ac plene ſapiẽtium/meam audaciam accuſan/
tium excitauero. Qui profecto & ipſi boni conſulent: ſi potentiſſimos homines ac lõ/
ge prudentiſſimos quod plurimis ſepe occupationibus diſtenti nõ ſane omnibus præ
ſto eſſe ualeant a familiaribus ac domeſticis eorum admonitos officii meminerint.
Sic itaq; Iſocrates orator ad Nicoclem regem de regni ac uitæ totius inſtitutione con/
ſcripſit: Et Mecœnatis ad Auguſtum de ordinando imperio longam apud Dionem
legimus orationem. Quibus ego uiris quanq̃ nullomodo ſum comparandus: ſiquid
apud te qui regibus illis potentia ſimul & ſapientia longe præſtas forte cõfidentius cõ/
memorem. Id nouum uideri non admodum debeat/quum ſummi põtifices una cum
ſenatu ſepe uiros humiles inter ſacra ſolẽnia de moribus ac diſciplina Chriſtiana ſer/
mones habentes/æquis ſoleant auribus audire/ Duces quoq; in bello rebus ut par eſt
plurimis impediti a calonibus & lixis ſimiliter & auctoribus gubernatores cõſilium
quandoq; capiant. Te igitur in tantis rerum turbinibus tale ſuſcepiſſe negocium/quo
nullum maius in terris inueniri poſſit/non ſolum noſtra, ſed etiam futura ſecula ma/
gnopere collaudabunt. Verũ que rite & ordine ſunt hactenus geſta, niſi aliis non forte
minoribus que reſtare ſunt uiſa conſocientur, nõ profecto abſolutam, ſed truncã quo
dãmodo rerũ & quaſi hermeam referent imaginem, cui Philippus macedo Athenien/
ſes compare ſolebat, quod lingua quidem & apparatibus tantum, reliquis uero parti/
bus nequaq̃ ualerent. Sunt itaq; nonnulla egregia tuaq; digna fama, que partim ſolus,
partim uero cum iſto ſacro facias conſeſſu. Imprimis urbs tua curanda interpolidaq;
quia fruſtra (ut inquit apoſtolus) aliis præſideat qui domum propriam neglexerit. An/
te omnia tuis contraria moribus auaritia purganda, ac priſtinæ libertati protinus reſti
tuenda, quum natura id expetat ut membra capiti congrua. Ciues principi ac greges pa
ſtori ſimiles in hac parte reddantur. Quamobrem omnis illas collegiorum ſordes q̃
maxime ſuperuacua, nulliq; uſui ſunt antiquare congruum uidebitur. Ea demum que
reſtant non admodum licitari, ſed gratis pro meritis diſtribuere, ut pauperibus uirtu/
tem ſectantibus aliquid ſaltem ſperandi ſit locus, Cui ſane munificentiæ Nicolaũ. V.
initium exemplumq; noſtris temporibus præbuit neq; unq̃ eguiſſe fertur, quumq; æris
alieni ad millia centum reppeririſſet, moriens totidem fere innumerato reliquit. Præter
omnia fiſci cognitorem ſeu auditorem argento creari, minime pati, quum ementi ſit uẽ
dere neceſſe. Vnde hoc tanquam magno urbis gubernaculo in præceps oriente, multo
rum ſimul facta negociantium præcipitantur. Inſup uectigalia ex eccleſiarũ primis pẽ
ſionibus, ac aliis itẽ rebus nõnullis fiſco puenientia q̃ ptim bello cõtra infideles partim

cura urbiſ

redimēdis captiuis dicata fuere/ea prorſus uenalia nuper facta priſtino rurſus ſancto/
q̃ uſui reſtituere. Preterea in officiis omnibus cupiditatem: ne plus æquo exigatur pro
hibere. Nam eo res & pontificum indulgētia, & temporum ab uſu pariter uenit, ut ne/
gotium aliquis expediturus agrum ſeu domum uendat oportet. Forenſem maxime
turbam taxare. Litigantium controuerſias / ne ad ſtipulatoribus aut cauſidicis prædæ
ſint/ad modum compendioſiorem redigere/quod Pio. ii. ſi per mortem licuiſſet, de/
cretum iam erat. Munera preter legitima ne iudicibus capiantur edicere, Quibus qui
L. cincius olim in ſenatu Romano per legem Cinciam ſit occurſum/ turpe dogmatis chriſtiani
cenſores in hac parte illis eſſe inferiores. Pauperum aduocatum quādo is propria cha
ritate non moueatur ſtatuto ſalario ad officium inuitare. Poſt hæc alios urbis ordines
circunſpicere, nequid in his contaminatum/aut licentia inueteratum dominetur. Ne
ſcorta matronis cōmiſceantur, aut inter ciues habitent, Lenones, aleatores, deo male/
dicentes, maleficos, graſſatores, marium libidinem ſectantes edicto perpetuo expelle/
re. Forte deprenſos plectere Nocturnis tumultibus excubias conſtituere. Vicinorum
curam locorum ſacro ſenatui uiritim delegare. Veriſimile nanq̃ ut pro eorum digni/
tate rem ſibi creditam quiſq̃ adminiſtret. Quinq̃ ſint principis prouidentiſſimi par/
tes regionem circa opulentam ſimulq̃ & rerum copia florentem urbem reddere fru/
mentariis ſimul & reliquam uenalium annonam flagellantibus, lege omnino reſiſte/
re. Baſilicas templa xenodochea: uirorum ac uirginum cœnobia, aliaq̃ loca relligioſa
que collapſa uel edificiis ſeu moribus ac ſanctis inſtitutis reſtituenda uideantur: cura/
toribus adhibitis mandare. Regionibus urbis ex antiquo beati Gregorii inſtituto mē
ſtruis elemoſynis ſubuenire, certoſq̃ ad hoc ob eundum prouentus adſignare. Singu/
lis item hebdomadis more laudatorum illorum pontificum ac poſtremo Martini. V.
inopi turbæ tuum deſideranti colloquium unum diem dicare. Deniq̃ uirtutes om/
nis ſimul & artes liberales conſtructo Atheneo fouere cui magiſq̃ tibi in ſtudiis educa
Ordo cle/ricorum to conueniet? His igitur in urbe cōſtitutis ad Clerum iamdudum moribus infectum
mens protinus dirigenda. Cuius ante omnia proceres ut ſint cæteris exemplo recon/
cinnandi. Nequis plus æquo in prouētibus poſſideat aut ſumptus faciat. Nam eo uē/
tum, ut patres qui apoſtolicum illum ſanctumq̃ referunt gregem, regias opes emulē
tur, inuictus autem ſplendore aut mollitie delitiis olim campanis minime cedāt. Præ/
terea ne pluribus unus Cathedralibus præſit. In quo tanta prioribus ſeueritas uiſa ut
raro uel nunq̃ Duo ſimul curam expetentia concederent. Et Clemens quartus nepo/
clemē. iiii tem tris obtinentem præbendas duas dimittere coegerit. Ne ue item uni plures præſi/
ciantur. Nam ita hæc lues conſuetudine percrebuit, ut res iam ſacræ hereditariæ fiant,
ac quiſq̃ minime cedendo aut decedendo ſibi ſucceſſorem deligat. Deinde ne peten/
tibus aut properantibus quicquam in hoc genere tribuatur, quum ſepe peiores præ po/
Archelauſ Rex. Euripides tentia ac exploratorum diligentia meliores preueniant, indignoſq̃ propterea petendo
uel cætero idonei ſe reddāt. Memoriæ prodiium Archelaum Macedoniæ regem poe/
tæ cuidam talentum poſt cœnam dono petenti abnuiſſe ac protinus Euripidi preſenti
ut modeſtiori dediſſe dicentem, tu dignus petere, hic accipere. Nequis item in promo/
tionibus locorum indigenis modo idoneis præferatur quum ſuos quiſq̃ & noſſe me/
lius & curare diligētius longe uideatur. Nequis extra ſuā plebem niſi legitima de cau/
ſa ac probis relicta uicariis cura degere ualeat: cauere, Ad obtinēda quoq̃ plura fraus
tergiuerſatioq̃ commendatæ appellatæ reperta quas. O ſumme Ieſu quis bonus non
deteſtatur? Quod autem res bene ſuccedat, quia rari ſint boni rara felicitas. In his po/
tiſſima & maxima conſpiciuntur Cœnobia, xenodochea, collegia, cathedrales quoq̃
gratia relligioſi ſuis pulſi poſſeſſionibus, auctores quoq̃ cōditoreſq̃ illoꝝ q̃ ſumptus
maximos fecerunt, ac ꝓpriis bonis ad diuinū cultū augendū ſeſe priuauerunt oīno ꝑ
illos fraudati repiunt. Habitacula diuinis dicata laudibus equoꝝ ſæpe ſtabula, militum
hiberna, luxuriæ diuerſoria conſpiciuntur. Breuiter igitur ad tuum imitandū exēplum

hos coge qui Caſinenſe Cœnobium iamdudum Cardinalis relligioni reſtituiſti. In/
ſup ſi aream diuicam purgatam cupis, paſtores idonei deligendi no qui plus fortuna/
rum dimittere, ſed qui plus ai bonorũ pmoti ſecum ferre conãtur. Horum uiuendi ge/
nus, ſi non ad priſcum illum ritum ſaltem ad modeſtiorem relligioſioreq́ꝫ reuocãdũ.
Deq́ꝫ his pariter & legendo ſenatu ne infames aut crimine publico notati pmoueanť,
ac pmotos forte remouendos eſſe lege perpetua ſancire: Hac itaq́ꝫ plane diligentia, peſ
ſimum illud. antiquumq́ꝫ in hoc genere facinus in adſequendo adipiſcendoq́ꝫ largitio
tolleť, quæ tm̃ in probro ſis ac nullo delectu ad honores admiſſis facile conſpiciť. Rẽ
hãc in Paulo ſecũdo parũp reſipiſcẽtem: ſuccedentium poſtea tempoꝝ in felicitate re
nouatam oẽs plane conſpicere potuerunt, ut perpetua cautione poſteris obſeruandam
tradas cura tibi præcipua adhibenda. Tertio loco Relligioſorũ ordines legẽdi. In tot
.n. deducti partes ſimulq́ꝫ ex eis ſeceſſiones tot facte ut uix ab ipſis auctoribus ſi reui/ Ordo religioſorũ.
uiſcerent deguſtari dignoſciq́ꝫ ualerent. His igitur illud Homericũ dicẽdum. Vnus eſto
princeps ſub quo & melius & tutius agat oẽs: ſublatis itaq́ꝫ oibus couentuũ factiõibus
penes eos q antiquos ac ueros obſeruãt ritus ordinis cuiuſq́ꝫ gubernaculũ cõſiſtat, cæ/
teros uero una cũ eoꝝ inſtitutis abolere, ac neq́ꝫ ea deinceps pferri amplius ualeat oĩ/
no mandare: Deinde quum illoꝝ pleriq́ꝫ in doctrinæ ambitionem cõtentionemq́ꝫ relli
gionis ſpecie ueniãt, inter ſe mutuis diſputationum cõcertationibus uelut in pugna mi
lites cõcurrentes, ac paulominus a manibus abſtinẽtes hinc Scotiſtæ, illinc Thomiſtæ
appellati ita efficiunt ut ſpectantes audiẽteſq́ꝫ nõ ſolũ ex eoꝝ diſciplina ædificari: ſed ob
exẽplum deſtrui potius ſunt apti. Quibus ſane remedio tm̃, ne quis cõtra ſanctoꝝ ſen
tentiam iam receptã diſputare: aut ſentire, niſi ex alterius forte ſancti auctoritate ualeat,
noua ſancire cõſtitutione. Ordinis itẽ Benedicti uarii multipliceſq́ꝫ pfeſſores q regna
uerius q̃ cœnobiã poſſident, neq́d amplius mercari aut augeri puentibus, niſi forte re/
lictis. Neu edificiis magnis niſi neceſſariis ſtudere: ſed ſupuacua tm̃ paupertati ut fas eſt
& eoꝝ inſtitutũ diſtribuere cõpellanť. Quumq́ꝫ hoc genus maxime uacet, cõtemplatiõi
altiſſimæ olim deditũ nũc uero deſidiæ pprius & uita humaniore cõmodioreq́ꝫ atq́ꝫ an
tea agitare uideať. Vnica ſaltẽ eos cura quodãmodo neceſſario grauare, eiuſdẽ .ſ. ordi
nis uirginũ deo dicataꝝ que pluribus in locis neglectæ conſpiciuntur non ab re fue
rit. Quarta poſt hec cura retractandoꝝ ſcriptoꝝ plurimoꝝ ac uarioꝝ iſtius erit aucto/ Scriptorũ iterpolatũ
ritatis conſeſſus. Primũ Curialis literarũq́ꝫ apoſtolicarum ſtilus qui ita flagitiis atq́ꝫ in
eptiis refertus eſt, ita ſuẽ gallicam ſapit iam inde quum apud eos curia exularet, ut non
ſolum dignitati põtificali, ſed uniuerſæ pene eccleſiæ pudori iam ſit ſuperuacuas item
nihilq́ꝫ ad rem pertinentes narrationes in aptiorem modum redigere ac cultius om/
nia reddere qdam eius artis periti conantes alii alia de cauſa impediti deſtitere. Dein/
de ea que Apocrypha dicuntur ut multa & uaria in ſanctorum hiſtoriis & aliis cõmẽ
tariis que rurſus horis canonicis & aliis cerimoniis adſcribunť, non ſolum ineptæ, in/
conditæq́ꝫ / ſed etiam quod oĩno deteſtandum falſa ut Cõſtantini baptiſmũ contra duo
rũ precipuorum doctoꝝ Hieronymi & Ambroſii auctoritatem narratũ. Itẽ Leonem ſe
cũdum Siculũ p leone primo etruſco uiro ſanctiſſimo poſitũ nemo eſt fidelis q æquo
legat aio. In Mẽna itẽ martyre. In ſcythia inq̃t ciuitate phrygiæ. Et in alia lectiõe. In Ar/
menia ciuitate Indiæ: q̃tũ hec ordine & recte narrata oẽs q de ſitu orbis aliq́d itelligunt
facile norũt. Deĩde multa de nouo addita lõge prioribus ieptiora. Præter .n. Ambroſii
ægnatis Seduliiq́ꝫ hymnos uix reliq legi pñt: Sũt & alia nõnulla q̃ in canone q́dẽ pſiſtũt
quã ab initio pbe narrata cõſcriptaq́ꝫ ſint, paulati p ſcriptoꝝ pariter & lectoꝝ ignorãtiã fla
ginoſa ſunt facta ut illd̕ in Eſau hiſtoria Erat piloſus inq̃t Iacob uero lenis p leni cõſcri
biť. In pſalmoꝝ lib Quadragita annis pximus fui p offenſus dr̃: ut apd̕ græcos appel
πρoσώχθισα. Itẽ queãdmodũ ceruus deſiderat ad fõtes aquaꝝ, ita deſiderat aĩa mea ad
deũ fontem p fortem hoc eſt ἰσχυρὸν & alia in his q̃ multa. i Iob ſicut celte ſcribãť in
ſilice p deltæ ponitur, quo nomine literæ apud eoſdem ſignificantur. In Euangelio.

Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam pro ſua ſcribitur hoc εἰς τὰ ἴδια. Et
his ſimilia q̃ plura. Demum ſoloeciſmi innumerabiles ut miſerere nobis. Et horum
omnium maior eſt caritas. Item Beatius eſt magis clare q̃ accipere. & in alio loco ce/
pit plura & pluriora promittere. Et reges gentium dominantur eorum, & depprecor p
precor, ſenſu omnino contrario. In ſacrificiis quoq; ac cerimoniis multa preter ritum
orthodoxum apud barbaras preſertim nationes leguntur: audiunturq;. Hec itaq; & his
ſimilia quanq̃ fidei ſuſtantiæ maioribus roboratæ munimentis minime derogant: le/
ctionis attamen iucunditatem, lectoris eruditi conſolationem: ritus demum eccleſiæ
uenuſtatem atq; decorem talis per ignorantes homines suborta negligentia ſatis eſt ap
ta impedire. In quibus nempe adnotandis ſiquis forte me reprendat. Hieronymum le
gat multa ſimilia improbantem. Nam & ſacras uirgines per epiſtolã admonet ut bar/
bariſmos ſimul & ſoloeciſmos ne chorus irrideatur omnino uitent. Et in Euſebii con
uerſione longa oratiõe obſecrat atq; obteſtatur in exordio librarium ut poſtq̃ exſcripſe
rit Antigraphum cum apographo diligentiſſime conferat, ne qua menda flagitioſæ le
ctionis ſenſum moretur aut interpellet. Hoc tandem abſoluto negocio reſtant populo

diuerſi generis de/fectu.

rum quorũdam per temporum licentiam pariter & præſulum negligentiam quorum
erat officium caſtigare peſſima nonnulla ſuborta exempla. ut Gnelphæ gibillinæq; par
tes quamquam ex parte magna conticuerunt. Relliquiæ tamen illius ſcelerati Federi/
ci ſecundi monumenta ſic reſtant: ut in diuerſis hodie locis de his ſeruandis iureiuran
do caueant, magiſtratuſq; creari ſint uiſi. Nõnulla quoq; ſanctoꝝ pontificum iuſta ſan
ctaq; abolita, decreta renouanda ut nequa mulier capite detecto templum ingrediatur
Nequis dum ſacrificatur ante aras oberret. Nequis ſacerdos priuatis ciuiũ domibus
famuletur/aut ſeruiat. Neum in alienarum fœminarum contubernium accipiatur. Ne
quis præſul menſæ prouentus fructuſue Vicariis: aut iis pro eo dicentibus locet. Ne
demum uterq; ſcenicis aut turpibus interſint ſpectaculis. Perſonatorum ludum qui im
pudenter in omnibus pene locis per ferias ſtultorum inoleuit: qui ue omnia impudi/
ca probroſaq; palam agere fas habet, omnino prohibere. Nam & Romani principes
chriſtianis in hac parte modeſtiores nunquam talia ſunt paſſi/ nec ulla impudica feſta
ultra diem unum apud eos durare ſunt ſolita. Neu nundinæ ſiue mercatus celebres ut
in locis nunc pluimis feſtis uigeant diebus, unde magnũ ac diuinum conteritur man/
datum. Inſuper odiis inimicitiiſq; priuatis quæ totas per orbem euertunt familias: quã
do per aliorum principum quorum intererat ignauiam minime liceat ubi occurren/
dum: ut qui tantum in cauſa ſunt pœnas luant, cæteri forte inſontes neceſſarii/ ne laceſ
ſant neq; laceſſentur: utiq; ac quieti ſub lege conſiſtant: Sic demum gentilium ſublata

Pacis ſtu/dium.

fiducia in frequentiores erũt auſus: & temeritas ad iniuriam tardior. Poſtremo autem
ſextoq; loco omnium maximum, Principum ſcilicet populorumq; pacis ſtudium re/
ſeruaui. Quo ferme ſublato/fruſtra ſunt cæteri quidem conatus. Fidelium enim cõcor
dia e ſummo põtifice ut primum maximumq; opus exigitur. tibi perpetuam ante om/
nia gloriam: eccleſie uniuerſæ quietem: fidei augumentum: ſubditis timorem: publice
letitiam priuatim cõmodum omnibus pariturum: ut poſt tot Italiæ clades / tantamq;
externorum populorum cedem ac furialia bella ſub iſto tandem publico conſilio/ tan
quam cœleſti ſenatu orbis terrarum feſſus conquieſcat: Vnde legatos nuncios literas
quoquo uerſus mittendi: obſtinatos ad mutuam perniciem animos placãdi: atq; ma ſpi/
ritalia ad deſtructionem munitionum expediendi iam tempus inſtat. Sanctum quo/
q; propoſitum tuum rerum cõſtituendarum primitias & exemplum omnibus preſer/
re opus Modeſtiamq; benignitatem humanitatem quietem hanc tuã iã orbi uniuerſo
ſpectabilem perpetuo retinere. Sic. n. mœſtiſſima retro ſecula cõpenſare & in ſequẽtibus
mũdi ueſtigia præbere facile ualebis. Tales nãq; rectores per tot ætas nr̃a uidit ætas ut
nim potius oñdere q̃ nim maluerint ac dñi in pace perpetua liceret eẽ: oẽm laceſſendi oc
caſionẽ prius q̃ſinerẽt. At nr̃is olim patribus ſi qñ rebelli aut cõtumaci reſiſtere cepiẽt

Anathemata magni loco exercitus fuere/exẽplo uitæ qđ armis lõge ꝓualet ſimul adce/
dẽte. Qui eni Pontificum annales euoluerũt facile ſcire poſſunt/ nunq̃ illorum ulli fe/
liciter cum hoſte armis dimicatũ. Quod ſi forte quãdoq; uictoria fuerit ſubſecuta hæc
tem eccleſiæ nichilo tamen auctiorẽ reddidit Quin maioris potius mali/ac tumultus
initiũ extitiſſe apparuit. Quod & ſeculis noſtris magno noſtro incõmodo facile adſpi
cere licuit. Nec ſolum aduerſus fratres:ſed etiam chriſti inimicos eorum conatũ quãq̃
longe honeſtiorẽ uiſum ſiue ipſi proficiſci decreuerint/ſeu legatos miſerint/ nunq̃ opta
tum habuiſſe ſucceſſum proculdubio cõſpeximus. Iuſtis quãq̃ armis/ aduerſo tamen
deo plerumq; pugnatũ:ut par ſit ſic hoc ſeculari potentiæ negotium:ſpirituali uero/aduo
candi concilium:populos exhortandi:pecuniam ꝯferendi imperandi ue:deniq; deum
exorandi partes prouidẽtiam mandauiſſe. Sic item in concilio quondã Lugdunẽſi in
ſimili expeditione legimus Decretum ut Pontifice qui magna tunc eundi fuerat cupi
ditate incenſus domi ſupplementi/rerumq; aliarum oportunatũ gratia remanente/cæ/
teri proficiſcerent. Tuum igitur in hoc genere nihil omnino meritorũ relinquere &
ex apoſtoli precepto oportune atq; importune inſtare obſecrare increpare Cæſariſq; ac
aliorũ ſimul placata imperia/ terra mariq; pariter cõmouere/ uniuerſam quoq; ubi do/
minant Europã aduerſus infandũ hoſtem nos continuo petentẽ adcendere benefactis
deniq; ac ſanctis ad deum precibus longe lateq; diffuſis/eius iram nobis iminentẽ de/
precari. Sic itaq; te rite/atq; ordine cuncta diſponẽte gregem dominicũ ſimul facile con
ciliabis/ac gentes remotiſſimas apoſtolicæ iugum obediẽtiæ hactenus perferre indoci
les/ad obtemperandũ ultro inuitabis:cõtumaces forte ſpirituali gladio cõſtantiſſime co
ges Nõnulli eñ ſeculari potentia freti/ antiqua quadã ac barbara conſuetudine/nullo
ſane iuræ ſacra impudenter negociantur/Eccleſias conferunt fructus compilant/ ſacer
dotes plectunt. Quos ut errantes ad ouilia reducere/nec malum hoc amplius tolera/
re ſaſent. Magna profecto tremendaq; Romani Pontificis auctoritas. Is eñ a ſacro ſe
natu ſemel creatus & a populo Romano. Deinde reliquis principibus receptus tanta
orbi uniuerſo poteſtate præſidet/ut nulla hominũ uis/nullæ regũ/ac populorũ factio/
nes in eum uel quãdoq; probris omnibus cõtaminatum/modo a fide orthodoxa mi/
nime deficientẽ iure poſſint Quod ſi q̃ forte zelotes quocunq; modo uel opinione of
ficii inſurgant/eumq; de ſtatu ac dignitate deicere conentur/zizania potius ſerere/ ac ꝑ/
ditionis filios non rerum reſtitutores nuncupari debere & ſanctorum Canonum De
creta & omnis Theologorum ſcola/Preterea exempla uetera pariter ac noua plurima
eorum ſcꝫ qui hunc inſectati ſunt ſatis declarant. Principũ itaq; ac patrum in ſancti uir
tute ſpiritus conſpiratio rebus adflictis & iniquitati paſtoris per abrogationem occur/
ret. Quæ ſi deſit Quod queſo ſumme deus remedium niſi tuum tolerare conſiliũ teq;
& precibus & lachrimis orare ut aprum uineam tuam deuaſtantem de medio tollas?
Sic enim iubet ille qui & hominũ cottidie diſſimulat iniurias & ſacroſanctam Eccleſi
am a tyrannis plurimis exagitari eſt paſſus. Ergo diuinis pene colitus honoribus non
homo ſed in homine dei poteſtas. Iura dat cœlo/ac terræ/ uiuentibus ac defunctis ſo/
lus diuino fretus imperio cæteris præſidet Chriſti theſaurum ſanguinemq; diſpenſat.
De omnibus fidelium dubiis decernit Errores pullulantes adcerſito concilio tollit. Su
per reges & regna cõſtitutus iudex atq; uindex hominum diſcordias:bellaq; ciuilia di/
rimit Cæſarem regeſq; appellat/indignos amouet/legitimos coronat. Tribus ipſe re/
dimitus coronis nunc equo inuectus albo Conſtantini munere:nunc ſede reſidens cel
ſa/benedicenſq; uniuerſo populo conſpicitur. In huius conſpectu maximi uiri & plu/
rimis dominantes gentibus uerentes adſtant/ genua flectunt/ pedes oſculantur. Hunc
Aethiopes Indi Armenii remotiſſimæq; ac Barbaræ nationes/nec Italiæ nomen ſæpe
audientes ut Petri ſucceſſorem colunt/ adeunt per legatos in Synodis excipiunt.
Viri quoq; ſancti citra huius cõſenſum nec ſcripta ſua edere/neq; item ſacrorum ordi

De Ponti/ficis Ro/mani au/ctoritate;

num inſtitutores Decreta profiteri/neu deniq; nouum aliquid in religione tẽtare/hoc minime conſulto ſunt auſi. Quid uerbis opus? hoc ſimul cum ſancta Synodo abnue/te/nulla quæ predicantur/aut ſcribũtur miſteria noſtri admittunt. Nec demum ſi cœle/ſtis nuntius aduerſus ierit apoſtolica precepta recipiẽdum eſſe Paulus admonere dicit ut uidetur Si Angelus de cœlo aliter uobis Euangelizauerit q; ego Anathema ſit. Nã quanq; Cephas princeps conſtitueretur/Omnes attamen Apoſtoli tunc in diſponẽdis faciendiſq; fidei fundamentis eandem a domino poteſtatem ſuſceperunt. Nec alia de cauſa illam ſuperſtitioſam grecorum nationem corruiſſe/adnihilumq; redactam con/ſpicimus niſi quod Romano imprimis ſemper obſtitit Pontifici Sic item & reliqui p orbem errore aliquo labefacti tanq; adſecta membra a reliquo corpore miſtico Ieſu chriſti qui ſunt Catholici omnes curæ unius crediti preſulis deſciuerũt. Cuius iuſſa in/terdictaq; & Anathemata/uel iniuſta formidanda eſſe Gregorius monet. Hunc igitur honorem tui ſacri precelſiq; ſtatus. Leo Papa ſanctiſſime non iam diſſimulanter/aut ex exercitationis gratia declamare q; iure/ atq; ordine quum ad te ſcriberem narrare ſum uiſus qui unus omniũ minimus quum exiſtas ſi ad beatam naturam indolemq; tuã ſtudium ac diligentiam omnibus expectatam perſeueranter adhibueris nihil te in ter/ris diuinius nihil tuis ſeculis felicius fuerit: gratia tamen ac benignitate domini noſtri Ieſu chriſti cui gloria & imperium in eterna ſecula.

FINIS.

RAPHAEL VOLATERRANVS DE PRIMA PHILOSOPHIA AD MARIVM FRATREM.

IBRIS quos de inſtitutione Chriſtiana nuper edidi, ne forte quidam qui Gleantheos amant griphos, nec tam utilia q̃ cognitu difficilia cōtentioſaq; probant, & alienam inuadere diſciplinam & clitellas boui impoſitas dicant. Hunc ex officina Scotica magna ex parte ſubfarctum quaſi corollarium adieci ut doctoris quem imprimis ſequi ſum in illis profeſſus iocunditatem ellebori, fere cuiuſdam acuitate temperarem. Siqui hoc fortaſſe malint. Deinde ut his primæ philoſophiæ principiis lector tyrocinium exerceret, & hoc potiſſimum inſtrumento quo nullum maius humano ingenio parari poteſt, ad altiſſimas plane cauſas & uberes theologiæ fontes ſeſe adtollere commodius ualeret. Nec parte alia ſum propterea liber ſi in eloquentiæ profeſſores incidero qui omnia raſis librant in Antithetis. Durum profecto utrunq; præſtare. Si talium faſtidio per ſuperſtitioſam dictiōem occurrere uelim, fidem lectioni apud aures religioſas quæ ex Apoſtoli ſententia profanas uocum nouitates uitare contendunt omnino ſubtraxero. Igitur mihi tertii ex omnibus optandi q̃ res tantum ea qua ſcripſi ſimplicitate, unde aliquid proficiant conſectantur. Veluti qui gemmas mercantur, nonnulli auro, arteq; non admodum neceſſariis concinnant. Alii naturalem admirantes pulchritudinem ſola ſunt ſpecie contenti. Quidam uero cæteris omnino prudentius earum diligunt ueſtigantq; uirtutem. Quos autem ad hec elegi aurigas hi ſunt potiſſimi, Antonius Andreæ Ioannes canonici. Stephanus Burlifer Mauritius præſul Tua menſis nobiliſſimi omnes Scoti adſertores. Alii deinde nonnulli. Tibi autem Mari frater quum hec probe teneas ſiquid ad rem non facere uidebitur taxare ut ſic reliqua te ſciam probare prorſus licebit. Vt autem huius ſublimis doctrinæ aditus illud uſo facilius pateat; lemmata ſubiciam.

De Scientia triplici ſpeculatiua, Deq; methaphyſicæ ſubiecto, quomodo ens per quà repertum intelligitur, Quomodone ex Platonicorum ſententia uniuocum. I.

De Entis diuiſione multiplici, ac doctorum uariá ſuper eo ſententia. De rōnis ac reali ente. Quid eſt res, quid aliquid rei. II.

De ſimplici & compoſito quid eſt unum. Quod diuiſibile prius q̃ indiuiſibile. Componi ex actu & potentia quomodo contra nonnullorum opinionem intelligatur. Quod contrariorum media ex extremis compoſita non ſint. III.

Quomodo ſuſtantia prior accidente & de utriuſq; ratione, Quod de accidente ſcientia nulla. Duoq; item accidentia ſolo numero differentia in eodem ſubiecto eſſe nequeant. IIII.

Quod nullus de ſuſtantia ſiue creata/ſeu increata. Aut materiali/uel immateriali quiditatis conceptus in hac uita haberi poſſit. V.

De Materia & forma. An una eademq; omnium materia An cœluz ex materia & forma. An materia ſit ens a forma ſeparabile. Quomodo & materia & compoſito ſit forma prior. Denique quot forma dicitur modis. VI.

De actu & potentia obiectiua, ſubiectiua, actiua, paſſiua, obſequenti. Deq; diuerſorū modorum ſpecierum actibus: Quodq; nullum ſingulare in ſubiecto uniuerſali cōſiſtat. VII.

De animę potentiis, deq; intellectu agente quomodo nō oia poſſe facere uideatur contra Ariſtotelis auctoritatem, deinde quotuplex cognitionis gradus. VIII.

Verum quot intelligitur modis, quomodo intellectus uerus eſt ſemper. Deq; ipſius incōplexa, ne q; cōplexa ueritate, quod uerū intellectus non ſit obiectum. IX.

De primo intellectus obiecto, deq; ratione ſeu animi conceptu. De cognitione intui

tiua & abſtractiua. X.

Quomodo ſingulare uniuerſaleq; apud intellectum ſe habeant. Quod alterum ſine altero ſatis intelligi nequaq̃ ualet. XI.

Cauſa principium elemẽtum quomodo inter ſe differant. Quot genera modiq; cauſarum. XII.

Quod finalis eſt omnium præſtantiſſima. Nonnulla demum e Scoti theorematis repetita. XIII.

De cauſis contingentibus & neceſſariis quomodo differant: De fortuna & caſu. De ineſſe & de poſſibili cauſis pariter & effectibus. XIIII.

De eodem & diuerſo: quomodo ſe quadruplex habeat oppoſitio. Quomodo de priuatione ad habitum mutatio fit. XV.

De diſtinctionibus & que ſunt in mentis conceptu rationes quas Scotiſtæ formalitates appellant: earumq; inter ſe comparationes: Quæ ſit proprietatis ſeu paſſionis a ſuo ſubiecto differentia. XVI.

Definitio & quiditatis quid differant: quod ſingularium non ſint: quodq; nec quiditas neq; ſpecies generentur, aut corrumpantur: Quid eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe. Quod quid erat eſſe apud Ariſtotelem quid ſibi uelit. XVII.

De motu & mutatione pleraq; ex phyſicis repetita. De continuo. Quomodo in nulla magnitudine principium datur. XVIII.

An aliquid ab ſe moueri ualeat: & de primi cœli motu uaria doctorum ſententia nec Ariſtotelis ſatis explorata. XIX.

De generatione & corruptione nonnullorum confutati errores. Quod in his reſolutio uſq; ad materiam fit primam: An ad corpus humanum mater actiue aliquid cõcurrat. Poſtremo de mixto. XX.

Quomodo ſcientia nec per motum neq; per alterationem proueniat. XXI.

De quanto ſub ente imprimis compreſo Cuius prima diuiſio/Finitum & infinitum Quid ſit infinitum. quomodo ab humano intellectu deprendi nequeat. XXII.

De ratione ac conditionibus menſuræ, quod in rebus hæc omnino quatuor uerſetur Quod Chriſti humanitas omnium eſt hominum menſura. Quod angeli actiones tempore diſcreto menſuram capiant. XXIII.

Tempus menſuram quomodo tribuat aut accipiat. Quomodo continuum & diſcretum, materialeue aut formale dicatur tps: Quot modis in tpe aliqd exiſtat XXIIII

De continuo permanente ac ſucceſſiuo. De priori ac poſteriori. Quod prius id qd̃ principio ꝓprius. De magis ac minus occulta quadã rõne ſuſcipiẽtibus qualitatibus quæ ĩtẽ diuiſibiles pariter & indiuiſibiles ex nõnulloꝝ ſententia exiſtunt. XXV.

De loco ac uacuo, an ſint, qd ſint, quomodo ſint, quomodo ad cœlũ pineãt ultimum ex doctorum utrinq; diſputantium cõmentariis repetita. XXVI.

De Scientia triplici ſpeculatiua, Deq; methaphyſicæ ſubiecto, quomodo ens per quã repetitum intelligitur, Q uomodoue ex Platonicorum ſententia uniuocum. I.

HEORICAE ſcientiæ trimembris omnino diuiſio in ſexto metaphyſicæ ponitur. Phyſica Mathematica Metaphyſica. Prima circa inſeparabilia & mobilia. Alia circa inſeparabilia & immobilia. Tertia circa ſeparabilia & immobilia. Inter has nec logica nec medicina, neq; item theologia nominatur. Prima ſcientia nõ realis neq; de rebus, ſed de ſecundis tantum ut dicitur intẽtionibus appellata eſt. Reliquæ duæ ad praxim ſeſe extendere uidentur. Altera namq; ad charitatem ordinatur. Medicina uero in ſpeculationem & practicam deducitur. Prima de cauſis uniuerſalibus. Secunda de curis particularibus cõſiderat, poſtremo ad praxim per medendi exercitationem exit. Eſt enim praxis ut aiunt Scotiſtæ actus intellectus omni intellectione naturaliter poſterior. Ex quo nec logica neq; Rhetorica practica dici poterit. Ea demum practica ſcientia quæ in docentem & utentem diuiditur. Praxis namq; omnis intellectus eſt actus imperatus: non autem contra: licet enim aliqua intellectio ex uoluntatis uenit imperio non tñ eſt praxis. Eſt item apud Scotum in primo ſententiarum. q. iiii. ipſius altera conditio quod rectum requirit intellectum. Electio namq; recta ut in ſexto ſcribitur ethicorum rationem quoq; rectam expoſtulat. Vnde non abre inquit in quinto de trinitate Auguſtinus: quemadmodum intellectus & ſibi & aliis potentiis intelligit. Nam ſicuti de propriis ita & de aliarum potentiarum actibus iudicare facile poterit. Q uoniam itaq; recte ac non recte praxis deduci ab intellectu poteſt Ideo directiuus ponitur omnino actus, itemq; ſcientia quæ hunc docet practica ſimiliter & directiua nuncupatur. Ariſtoteles tris in uniuerſum intellectus ponit gradus Q uorum primi eſt ſpeculabilia tantum conſiderare. Secundi agibilia in uniuerſalia citra ullam optionem. Tertii demum optare, ſeu eligere in particulari: per hunc poſtremo fit omnino ac abſolute practicus. Practicæ namq; obiectum ut in tertio de anima ſcribitur bonum eſt non quodcunq; ſed agibile, ac contingens. Et in. vii. ethicorum Ratiocinatiuum a ſcientifico ex obiecto cõtingẽti & neceſſario diſtinguitur. Q uãobrẽ metaphyſica nos in amore naturali p ſpeculatiõem: Theologia uero i ſupnaturali p praxi pficiẽdi ptes hñt. Metaphyſicæ inq̃ ſciam in ſexto eiuſdẽ tractatus circa ſeparabilia & imobilia cuius ſunt ſuſtantiæ ſeparatæ ponit Ariſtoteles Ex quo in eodem libro Theologiam hãc diuinamq; appellat: quia ſicubi diuinum exiſtit, in tali exiſtit natura, hoc eſt immobili & ſeparabili. Commentator Deum & ſuſtantias ſeparatas huius ſubiectum dicit. Auicennamq; plane reprendit dicentem hic Ariſtotelem primum eſſe principium demonſtrare & has eſſe ante omnia Metaphyſici partes. Sed nulla inquit ſcientia ſubiectum proprium ſi eſt aut quid eſt probat, quum id in confeſſo habeat ſeu per alias quidem ſcientias probet. Q uamobrem Deum & intelligentias ſeparatas tantum ſcientiam naturalem per effectum hoc eſt per motorem & motum probare poſſe teſtatur. ut in octauo de auditione phyſica ſatis oſtenditur. Scotus uero ambos interpolans. Deũ inquit ſubiectum metaphyſicæ non eſſe: ſed cauſam ſubiecti ſicuti nec naturam phyſicæ: ſed aliquid cui natura ſit cauſa Et animam non ſubiectum libri de anima, ſed corpus animatum, cuius eſt anima principium. Scientia nãq; non ſolum circa aliquid ut ſubiectum ante omnia conſideratur, ſed etiam circa ſubiecti cauſas dicitur. Igitur Metaphyſici conſideratio de omnibus eſſe entibus qua primo enti adtribuuntur, quod. ſ. aut ex dei noticia illa cognoſcuntur, ſeu quod ex illorum cognitione deus innoteſcat. Primo nanq; modo nobis pro huius ſtatu uitæ impoſſibili hæc ſcientia de deo ppter quid eſſet. Secundo autem modo, quia. Metaphyſici rurſus eſt quamlibet comprendere quiditatem: non tamen exacta omni cuiuſlibet accidẽtis huic quiditati ratione. Q uiditas nanq; cognitu omni eſt definitione & tempore & motu &, quantitate prior, ergo

citia hec conſiderari facile poterit, At non in ſcientia naturali, quæ mobilia, neq; item in mathematica quæ quanta conſiderant. Quiditas inquam prior accidentibus & accidentia per ſe, ut eſt quantum his priora que ſunt accidentia per accidens ut eſt mobile. Ens qua ens, in uniuerſum a quacunq; ſpecialis entis ratione abſtractum. Siue maius ens cõmune dicere partes ſeu potius expreſſiones aliis paſſiones nuncupatas cætera tranſcendentia & alia nõnulla que in ſequentibus mihi notabuntur habet. Reduplicatio hec ꝓprie & minus proprie capi ſolet. Primo modo qum uniuerſalem complectitur & prædicat cauſam ad ſubiectum dicit. Verbi gratia. Homo qua homo eſt riſibilis. ergo omnis homo eſt riſibilis Secundo modo uniuerſalem neceſſario nequaq̃ cõprendit. Vt homo qua homo eſt albus, ſed formalem tantum adducit protinus rationem. Hoc ferme modo in tertio de auditione phy. motus definitur. Actus entis in potentia qua potentia. Qum enim mobile ſit ens actu, ſit etiam & potentia motus nõ primo, ſed ſecundo modo eſt actus. Non enim uniuerſalem complectitur, quia falſum omnino prodiret. Ergo ens omne in potentia mouetur. Quõ etiam in primo prior. dſ. Si iuſtitia eſt oẽ bonum qua bonum iuſtitia eſt oẽ bonũ, quod omnino falſum. Ens itaq; cõmune Metaphyſicæ ſubiectum. & intellectus pariter humani obiectum primũ adæquatum exiſtit Duplex nanq; intellectus obiectum. Adæquatum & ꝑficiens. Quæ quomodo intelligantur in ſequentibus mihi gradatim declarabuntur. Inſuper ſolet & illa entis queſtio uerſari. An uniuocum æquiuocum Analogum. In quarto enim metaphy. ſcribitur. Quemadmodum ens ita de omnibus entibus ut ſanum de ſanis prædicatur. Quodq; metaphyſicæ una eſt ſcientia non quod ea omnia de quibus eſt ſecundum unum, ſed ad unum ideſt non uniuoce: ſed analoge dicantur. Ergo metaphyſicæ ſubiectum, hic ẽ ens, analogum. Nam & entis expreſſio quæq; ꝓportione ſua eiuſdẽ eſt entis aliquatenus particeps ut reale & rationis. Deus & creata. Suſtantia & accidẽs. Adfirmatio & negatio. Scotiſtæ tamen Platonicos in hac parte ſequentes uniuocum ꝓbare prorſus contendunt. Ratio, quia ens conceptum unum propriumq; alium a dei ac creaturæ cõceptu dicunt. Impoſſibile nãq; eundem cõceptum eidem intellectui certum ac dubium eſſe: ſed aliquis intellectus de aliquo certus ente, dubitare facile poteſt an id deus uel creatura exiſtat Præterea unius potentiæ unum primũ eſt obiectũ, ſed primum intellectus obiectum, eſt ens omnibus cõmune. Hoc ergo eſt aliquid unum & ex conſequenti uniuocum. Vniuocatio nanq; triplex. Phyſica, logica, Metaphyſica. Prima eſt naturæ unitas extra opus intellectus ut ſpecies ſpecialiſſima, qumadmodũ in. vii. de phyſica dicitur auditione. Naturæ unitas, realis quidem: minor attamen unitate numerali. Genus uero equiuocum, quia una natura uel hypoſtaſis ei extra minime reſpondet, Logica eſt alicuius realitatis uel intentionis primæ ſub una intentione ſecunda ſeu logica conceptæ unitas. Verbi gratia ſub generis intẽtione animal, & differentiæ: riſibile. Metaphyſica eſt unitas alicuius primæ intentionis a pluribus realiter extra opus intellectus & intentionem ſecundam ſiue logicam abſtrahibilis ut tranſcendentibus euenit. Sic itaq; ens cõmuniter conceptum eſt unum unitate metaphyſica: pariter & logica, non autem phyſica. In quo illi qui contra ſentiunt interpolant, auctoritatiq; ariſtotelicæ ſupradictæ reſpondent. Quod licet accidens eſſe analogum ad ſuſtantiam habet, ab hoc tamen & illo unus uniuocus abſtrahi conceptus poteſt. Nam & analogum bene cum uniuoco metaphyſicali realiter conuenire facile ualet, qum præſertim in eodem metaphyſicæ libro dicatur quemadmodum ens ad ſuſtantiam & accidentia analoge quidem ueluti perfecte: ac imperfecte ſe habet. quin & accidentia ipſa apud logicos entia ſunt, qui dicunt ens eſſe, non ens. Vnde Ariſtoteles ibidẽ. Quod talia nõn equiuoce: ſed ad unum dicuntur ait.

De Entis diuiſione multiplici, ac uaria ſuper hac doctorum ſentẽtia. Deq; ente rõnis & rei. Quid res, quid aliquid rei. II.

ENTIS diuiſio multiplex præter.n.quinq; tranſcendentia que cũ eo cõuertuntur.Reale & rationis.Finitum & infinitum . Simplex & compoſitum.Actus & potentia.Neceſſarium & cõtingens.Idem & diuerſum.Subſtantia & accidens.Solutum & reſpectiuum. Quum.n.in ſexto metaphyſicæ ens in reale & ratiõis deducatur.Idq; Aquinas probet . Ille tamen qui ipſius cætera taxare tacite uidetur,alias his plures addidit diſtinctiones neſciens quemadmodum oportuna neceſſariaq; diuiſio rem clariorem intelligibilioremq; reddit ſic ſupervacanea tenebroſiorem.Schola nanq; ſapientum omnis morem hunc habet ut difficilia ſermonis perſpicuitate longe facilia,& que ſunt in penitiore rerum natura reconditasin uulgus intelligenda promere contendat. Quod minime nonnulli ſeruantes contentionis potiusq̃ ueritatis cupidi,ambitioni quoq; propriæ ut plura q̃ alii ſcire uideantur:magisq̃ lectorum utilitati forte cõſulere ſunt uiſi. Percurre ſcientias omnis earumq; doctores ſi uacat. Hi qui clarius rem oſtenderunt in pretio ſunt omnibusq; præferuntur. In arte Rhetorica.Cicero Iſocrates.in poetica Virgilius Homerus. In philoſophia altiſſimaq; theologia Plato Ariſtotele non ſolum dulcior & explicatior.ſed etiam diuinior:omnium uel chriſtianorum ſenatuſconſulto apparet.Mitto Xenophontem Theophraſtumq; ac eius diſcipulum. Demetrium phalereum ſublimes quidem maximosq; auctores ingeniis uel humilibus ſermonis facilitate cõmunicabiles . Res quidem apertas uerbis ſophiſmatiſq; facile quidem omnibus qui paululum dialecticæ dederunt operam obtegere,a rectoq; diuertere.Rem uero obſcuram & oratiõe adcõmodata & exemplis oportunis & uerborum breuitate palam uel rudibus deprenſibilem oſtendere:hoc opus,hic labor.Ille igitur ſeptemplicem hanc fecit diſtinctionem de qua poſtea in ſequentibus dicam.Nunc de reali & rationis tantum. Ens itaq; rationis ex Scoti primo diſt.quarta tribus capitur modis. Primo quum eſſe in anima ſubiectiue retinet ut ſpecies,actus habitus & reliquæ ſecundæ intentiones,Sunt.n.ſecundarii conceptus.Prius nanq; animal:deinde genus intelligitur. Secũdo modo obiectiue ut uniuerſalia,que per ſpecies a rebus ortas prouenientesq; ac per intellectum agentẽ uel a Deo impreſſas in anima conſiſtunt . Tertio modo per actiuam paſſiuamq; cõparationem,rationiſq; ab uno intellectu cognito ad aliud cognitum diſcurſum.Duobus primis modis ab ente reali nequaq̃ diſtinguitur,ſed ſub eo ueluti ſub ſuperiore inferius continentur. Tertio uero modo nec ſub reali continentur neq; id tanq̃ ſuum inferius continet. Animaduertendum attamen:quod quanuis omnes obiectiuæ abſtractæq; ſpecies rationis entia ſunt,quemadmodum paulo ſupra narratur. Conceptus tamen dicitur realis quando quod concipitur in re ſit. Rationis uero quando in re minime ſit. Ens enim conceptum unum reale,non autem realitatem ſignificat. Cõceptus inquam entis & realis & obiectiuus & formalis eſt, non attamen ea ferme ſubiectitia & exiſtentiæ & omnium horum in quibus habet eſſe ſubiectum realitate,poteſt nãq; a re ſpecies:non tamen cum omnibus quæ ſunt in re intellectus conſiderando abſtrahere.Realitas uero ſubiectitia quum res ipſa diligentius conſideratur. Duplex igitur realitas obiectitia,ſubiectitiaq;.Prima quicquid ex rei natura intellectus eſſe obiectum & intelligendi actum creare poteſt.Altera uero quicquid ex natura rei in ſuppoſito uel indiuiduo exiſtente fuerit.Cuilibet ergo reali conceptui duplex realitas reſpondet unã in ſe.In ſuis altera ſingularibus prima ab omni exiſtentia & ab his que exiſtentiam habent abſtrahit.Secunda exiſtentiam & ea quæ ipſam conſequuntur ut ſuppoſita & indiuidua actu quidem reſpicit. Rurſus obiectitia realitas duplex. Vna generum ſpecierũq; Decem prædicamẽtorum que ad alias indiuiduorum realitates referri poſſunt. Altera tranſcendentium que deo:creatiſq; cõmunia ſunt,nec ad alias realitates niſi modorum intrinſecus referuntur,qui minime ſunt ab eis realiter diſcreti ut Scotus libro ii.di.iii.docet.Ens itaq; reale de deo & decem prædicamentis dicitur Metaphyſicæ ſubiectum ac primum intellectus obiectum,quod quacunq; intellectus opera remota id

re potiſſimum exiſtentiam habeat. Res enim & ens conuertuntur: tribuſq; omnino ca
piuntur modis: lato arctiori & arctiſſimo uocabulo ut idem in quolibetis.q.iii.refert
Auicenna item in ſua metaphyſica. Sunt.n.res omnibus quidem gentibus non tam
quoad nomen q̃ quoad conceptum cõmunia. Nam cõceptus iidem apud omnis: uo/
ces autem conceptum ſignificantes diuerſæ admodum exiſtunt ut in primo per hier/
minias narratur. Secundo modo cum abſolutis cõuertuntur. Sic ſuſtantia, quantitas q̃
litas tantum ens & res dicuntur. Cætera uero prædicamenta aliquid rei potius. Quia
illa ex ſe rem aliquam demonſtrant, hæc uero non ex ſe, ſed extrinſecus aliquid adpo
nuni, q̃um reſpectus relationes quaſdam predicare uideantur. Tertio modo ut in.vii.
dicitur metaphyſicæ ſuſtantia tantum ens a genere uſq; i idiuiduum dicitur: Accidẽtia
uero nequaq̃.niſi eo modo quo logici non ens, eſſe dicunt ens, non quidem ſimplici/
ter, ſed non ens eſſe. Accidentia ex ſe primo entia non ſunt: ſed huius entis entia. Hoc
itaq; modo poſtremo ens reale & ex natura rei & extra animam recte dicetur. Rurſus
ſuper hoc aliqua repetendo ſic dicimus rem capi tripliciter pro ſubſiſtentiæ, exiſtentiæ,
& eſſentiæ re, quarum aliam alia ex ordine complectitur, ſed non cõtra. Res ſubſiſtẽs
eſt ut quo & quod in conſtitutione perfecta. ultra tendere non ualens. In qua definitio
ne materia & forma excluduntur quæ hoc modo ſubſiſtẽtes appellari non poſſunt ut
in quolibetis.q.ix & in.iii.diſt prima.idem ſcribit auctor. Res autem exiſtens in quo/
libet eſt ſeu eſſe poteſt prædicamento, non quod actu quidem exiſtat: quia omne præ/
dicamento ſubiacens ab exiſtentiæ abſtrahit actu. Sed plane intellige quod rei cuiuſli/
bet prædicamenti exiſtentia, non autem ſubſiſtentia conuenire poteſt: quod per ſe acci/
dens minime ſubſiſtat, tantumq; ſit cõmunicabile ſuſtantiæ, quodq; ſuſtantiæ ſecundũ
quid eſſendi ſit ratio. Nam ut ait in prædicamentis Boetius. Prædicamenta de eſſe eſ
ſentiæ non autem exiſtentiæ ſunt. Alioquin roſa per hiemem non ex ſe in prædicamẽ
to foret. Similiter res exiſtens eſſentiæ res eſt & realiter idem, ſed non contra. Quia res
eſſentiæ in eſſe obiectiuo apud intellectum res eſt nequaq̃ exiſtens. Res enim eſſentia
ſeu quiditas per ſpeciem intelligibilem intellectui relata ab omni exiſtẽtia ſimul & ſub
ſiſtentia omnino abſtrahitur. Ex quo ſuppoſitum natura & quiditas tria hec: primum
ſubſiſtentiæ, ſecundum exiſtentiæ. tertium eſſentię ita ut dixi inferiora a primis inclu/
duntur. Nam & natura, abſoluta eſt etiam quiditas. ADHVC res hec luculentius di
ſtingui poteſt ſubſiſtentia, ſuſtantia, natura, eſſentia, quiditas, formalitas, ordine inter ſe
cunctæ ſuccedunt. Omnium ſuprema ſubſiſtentia quæ ut in primo ſententiarum ait
Scotus in genere ſubſtantiæ ſuppoſitum ſeu incõmunicabilis eſſentia eſt. Ex quo om/
nis ſubſiſtentia, eſt ſuſtantia, non autem contra, quia forma ſuſtantialis, ſuſtantia quidẽ
ſed minime ſubſiſtens apparet & materiæ cõmunicatur. Similiter ſubſtantia omnis eſt
natura, non contra. Primum apparet quia in.ii.de auditione phy. tam de forma, q̃ de
materia dicitur. Secundum etiam ꝓbatur quod qualitas aliqua ſit etiam natura. Quum
natura ſit ut uolunt theologi uis quædam rebus inſita, unde forma omnis actiua, hoc
ferme modo natura eſt. Item natura omnis eſt eſſentia: non contra. Primum palam eſt
quod eſt entis alicuius principium & cauſa, eſt ens, eſſentiamq; habet. Secundum rur/
ſus patet. Quotcunq; definitur & quæcunq; ſpecies in predicamento exiſtit aliquam
habet eſſentiam. relatio eſt talis, ergo & eſſentia. Relatio non eſt natura, quia actiua nõ
eſt forma. Nam ſi ob eius minimam entitatem, terminus actionis realis eſſe nequit,
multo minus principium eſſe poterit. Præterea eſſentia omnis eſt quiditas: non contra.
Quiditas.n.abſtractior q̃ eſſentia. Deinde ſi eſſet reciproce idem uno quidem multi/
plicato & reliquum creſceret: cuius cõtrarium in diuinis apparet, quia quum multæ ſint
in deo quiditates ſcilicet ens: ſuſtantia, ſpiritus & omnia adtributa, eſt una tamen eſſen
tia. Demum omnis quiditas eſt formalitas, non item contra, nõ tamen lato, ſed arcto
uocabulo intelligendo. Quia id omne quod eſt diſtinctum & ſeparatim ab alio con/
ſpicabile formalitas dici Scotum ſequentibus poteſt. Omnis quiditas eſt talis: quum ex

ſe intellectus obiectum exiſtat ut in tertio de anima dicitur. Secunda pars probatur, qa eſſentialis differentia, formalitas eſt quædam, non tamen quiditas, qum non in quid ſed in quale prædicetur.

De ſimplici & compoſito In quibus declarandis quid ſit unum facile deprenditur. Quod diuiſibile priusq̃ indiuiſibile, componi ex actu & potentia quomodo cõtra nõnullorum opinionẽ itelligat. Q đ cõtrarioꝝ media ex extremis cõpoſita nõ ſint. III.

SIMPLEX & actus purus ex omnibus eſt unus deus, reliqua ſane omnia creata: aliis alia cõdita compoſitione, logica, phyſica, metaphyſica. Prima ſpecifica eſt ut homo & quodlibet ex genere & differentia compoſitum, Secunda eſſentialis ut materia & forma. Hæ nanq partes eſſentiales intrinſecus. Tertia ex actu & potentia. Sunt præter hec & alia ut ex toto & partibus, ex ſubiecto & accidentibus. Quod & quo, eſſe & eſſentia: natura & ſuppoſito, concreto & abſtracto. Que ſane omnia in uno quandoq reperiri poſſunt & mihi paulo inferius declarabuntur. Nunc ſane ut propoſita melius deprendantur. Quid ſit unum, quomodo ue philoſophis deſcribatur adducam. Quot enim ens modis: tot & unum dicitur: quot entia: totidem unitates. Trimegiſtus ait unitate ſupercœleſtia. Dualitate cœleſtia, pluralitate ſubtercœleſtia contineri. Inter entia nãq deus maxime unus. Illud. n. qđ in quolibet eſt genere maximum eſt in eo principium ut in ſecundo metaphyſicæ dicitur. Itemq in. x. eiuſdem. Id quod ſimpliciſſimum exiſtit, in quolibet ẽ genere menſura. Vnum itaq & tranſcendens & numeri principium eſt. Res omnis ex forma unum eſt aliquid quod ſui indiuiſionem præſefert. Duplexq omnino reperitur. Aut. n. eſſentiam aut quantitatem terminat. Primũ cũ ente conuertitur & in oi genere repitur Vnũ nãq abſolutũ & priuatiuũ nihil eſt aliud q̃ ens idiuiſum. Vnũ aũt nũeri principiũ in genere tm̃ q̃titatis eſt, ac q̃titatis tm̃ / diuiſionẽ cõdit. Deide uni qđ cũ ente ↄuertit addit. Ens oẽ aut ſimplex aut cõpoſitũ. Simplex & actu & potẽtia ẽ idiuiſum. Cõpoſitũ q̃diu ꝑtes eius diuiſæ ſunt: eẽ nõ hẽt. Vnde cuiuſlibet rei eẽ, in ſui idiuiſione conſiſtit. Nã ita ſuã unitatẽ. qua ſuũ totũ tuetur. Totũ nãq diſcretũ ſup mixtum cõtinuũ addit, hoc eſt ꝑtes actu diuiſas hr̃e & hoc ab hoc realiter differre. Vnũ numeri principium ĩ oi cõtingit ac rurſus nõ cõtingit ente, Quod ſane duplici ſolet euenire modo. Primo ut numeri principium a quo numerus incipit: exiſtat, Quod enti ꝓſus oi cõuenit. Sic due albedines: & duo punta dici pñt. Secundo mõ ut principiũ a quo numerus efficiẽ ſit, ut ex ligni diuiſione duo fiũt. Sic. n. q̃titati tm̃ cõtinuæ cõuenit, quæ p ſui diuiſionem q̃titatis eſt diſcretæ principium. Igitur cuilibet uni & menſuræ ratio & numeri principium ſit conuenit, qum nulla ſit multitudo quæ unius ꝑticeps uel alio & alio mõ non exiſtat. Vnũ. n. numeri principiũ multitudinẽ q̃ ex ↄtinui diuiſiõe cãm ducit metiẽ. Vñ numerus efficiẽ & cãm trahit. Multitudinẽ uero q̃ ex ↄtinui diuiſione cãm nõ hẽt unũ trãſcẽdẽs metiẽ. qđ ẽ itẽ nũeri principiũ. Vnũ rurſus tot dr̃ modis qđ idiuiſum. Indiuiſum aũt multipliciter genere, ſpecie, ſubiecto, iherẽtia: colligatõe, ↄgregatiõe. His ferme modis unũ ut quoddã iexpletũ & i multitudine ꝑs pluribus minime opponiẽ. Si uero formã retinẽs ꝓpriã & i ſe ſcđm idẽ & reſpcũ eiuſdẽ accipiẽ: oppõeẽ qdẽ ut i. x. metaphy. dr̃. Nõnulla uero actu idiuiſa ſũt unũ. Diuiſibilia uero potẽtia plura. Et hoc qdẽ tripliciter: uel q̃titatis ↄtinuæ diuiſiõe ut linea: uel eẽntiali diuiſiõe ut idiuiſa formæ ac materiæ ↄpoſitiõe ſicuti lapis & hõ Aut ex quo & qđ ut angelus. Q đ aũt corpa cœleſtia nõ ſũt potẽtia ꝑter ↄpoſiti & diuiſibilitatis naturã. Sũt tñ itellectu diuiſibilia. q̃dã uero actu & potẽtia idiuiſibilia & hoc itẽ tripliciter, Aut. n. ꝑter idiuiſibilitatis naturã, i ſui rõne aliqd hẽt ut puntũ: qđ ſitũ ẽt idicat: aut iherẽtiã ut unitas nũeri principiũ q̃ alicui qđ ipa unitas nõ ẽ ſicuti ſubiecto iheret ꝓprio. Eſt poſtremo qđ nec aliqd ↄplectiẽ, neq itẽ iheret, qđ ẽ ipſe deus. oĩs cã unitatis ac principiũ. unitas i nũero & i linea puntũ qum idiuiſibilia ꝑiter ſint hoc tñ differũt qđ hec ĩ diſcreto, illa in cõtinuo ꝑterea hec medio iter unũ & duo nõ eget. Illius uero ↄtinuationẽ linea media ↄnectit: ut i. y. de phy. ſcribiẽ auditõe

De uno item ac unitate. Boetius latiſſime diſſeruit. Ait.n.quod eſt multitudo ex uni/
tatibus aggregata,& item diſcreta:ut quantitatis continuatio continuæ. Agnas au unũ
numeri etiam non ſolum formalem eſſe partem,ſed ẽt aliquotam : quod aliquotiens
ſumpta ſuum totum reddat. Deinde quod numerus ex unitatibus componatur & in
eas reſoluatur. A L I A poſt hec quæſtio pluralitas ſeu diuiſibile priusq̃ indiuiſibile ut
in quarto metaphyſicæ decernitur. Prius nãq; & poſterius ratione ſumnu diuerſa ſolẽt
multitudo qua eius diuiſio conſideratur prior eſt uno unum nãq; definitione,id quod
non diuiditur eſt:qua uero multitudo eſt,poſterior eſt uno. Nam multitudinis defini
tio:eſt unitatum aggregatio. Diuiſio que unius definitioni quod cum ente conuerti/
tur conuenit non eſt continui definitio:que uni quod eſt principium numeri intelligi
tur,ſed eſt quæ ex contradictione cauſam trahit,ſcilicet:hoc ens non eſt illud ens. Er/
go hic ordo in conceptu unius colligitur. Primo ens, deinde ipſa diuiſio: Tertio
ipſum unum, quod diuiſionem priuat. Poſtmodo ipſa multitudo quæ ex unitati/
bus aggregatur. Quinto unum quæ diuiſa ſunt multa non. attamen eandem multo
rum rationem habent niſi poſtq̃ illi & illi quod ſit unum adtribuitur. Poſtremo ſcien/
dum quod unum & multa,diuiſibile & indiuiſibile,qua menſuræ,itemq; menſura in
cipientis rationem habent oppoſitionis relatiuæ naturam ſapiunt. MOX de compoſi
tis compoſitio ſimplicitati opponitur:quot enim modis unum oppoſitorum toudem
& reliquum dicitur. Res enim qualibet ſimplex & compoſita ex diuerſis compoſitio/
num modis dici poteſt. Nam elementa corpora dicuntur ſimplicia mixtorum ſimpli
citati oppoſita:ex materia tamen & forma compoſita. Compoſitio quædam ex re & re
ut ex materia & forma in ſuſtantiali compoſito. Quædam ex realitate & realitate ut in
quolibet accidente. Accidens nãq; ſimplex eſt forma ſimplicitate ex re & re,non autem
ex realitate & realitate compoſitioni oppoſita. Angeli ex actu & potentia ſunt. Scotus
autem in queſtionibus de anima. Et Bonauentura in ſecundo ſententiarum. diſt.iii.
& Alex.de Ales in tractatu angelorum eos ex forma & materia attamen metaphyſica/
li faciunt quæ nil aliud q̃ ens præſcriptum terminatumq; eſt. Siquis autem de phyſica/
li intellexerit ualde aberrat:qum id tribus euenire cauſis neceſſe foret. Aut ſubiectiõis
& potentiæ paſſiuæ ratione quam ad intelligendum habent. Sed hoc eſt alterius a ma
teriæ ſuſceptione rationis ut in tertio de anima dicitur. Anima nãq; per hos actus ex p
pria ſui non autem materiæ ratione perficitur. Aut in eis materia per potẽtiam ad ubi
ponitur:quia de loco ad locum tranſmutari ualent. Et hæc potentiam de ſuſtantiæ ge/
nere non arguit ut in.viii.metaphy.declaratur. Vnde in cœlo materia non eſt. Aut pro
pter ad non eſſe potẽtiam,quia ad nihilum angeli redigi facile poſſint,quo ſermone mo
do omne ens creatumq; omne ad nihilum redigi poteſt. Sic enim & materiam habe/
ret materia:quia ad nihilum reduci ualeat. Quod autem Boetius in libro de unitate
& uno dicat:quemadmodum Angelus & anima materiæ coniunctione ſint unum.
Et Auguſtinus de mirabilibus ſacræ ſcripturæ dicit quemadmodum deus ex infor mi
materia cunctorum uiſibilium & inuiſibiliũ:ſenſibiliũ & inſenſibiliũ. Intellectualiũ & intelle
ctu carẽtiũ ſpẽs multiformes diuiſerit. Ad ponẽdã in talibus materiã nõ ppea cogit. Ip
ſe nãq; ut Platonicus quãq; loquitur:minime adſcueiãs. Ait.n.in libro geneſeos tertiõ. An
gelos hẽre corpora & dæmones eſſe aialia aerea:neq; p mortẽ diſſolui,qd ignis aeriſq;
elemẽta in eis tã ad agẽdum q̃ durãdum præualeãt. Verũ ut magiſter lib.ii.di.viii.teſtat
Non hec ille ad firmando,ſed opinando loquitur. Vnde & hic quoq; Platonice locutus
uidetur qum ait Spiritalia immaterialiaq; ex informi materia fuiſſe pcreata. Item quod
Angeli corporei quod ẽt cœlũ natura ſit ignea. Demũ cõtra ẽt Ariſtotelem in.ii. de aĩa
quod diuiſio p radicẽ extra miſſionem oriat. Quoad boetiũ uero,nõ eius illa putanda
opinio quarũ talium dum ex fide tantum: non aũt ex philoſophia locuntur opinionẽ
ſequi oportet. Superfluum igitur in angelis materiam ponere,qum præſertim nihil ſup
uacaneum:aut fruſtra natura ediderit ut i primo de cœlo & tertio de aĩa docemur. Qũ

paucioribus ſemper contenta, in primo de auditione phy. & primo politicorum ſatis oſtenditur. Componitur igitur angelus ex actu & potentia non quidem poſitiuis, ſed ſicut ex habitu & priuatione, quia quodlibet creatum eſſentiam cum aliqua gradus alicuius eſſentiæ priuatione ſemper habet, quod aliqua perfectione quam apta eſt habere continue careat. Non tñ hec ex poſitiuo & priuatiuo compoſitio ex rei eſſentia eſt; quia ex aliquo ente poſitiuo priuatio quidem eſſe non põt. Et hec quidem Scoti eiuſq; Cõmentatoris Antonii Andreæ diſertatio ſententiaq;. Contra uero Aquinas omne ex re ac re creatum ut ex poſitiuo & poſitiuo exiſtimat. Vnde arguit omne quod eſt, aut purus eſt actus aut pura potentia ſeu certe ex utroq; compoſitum. Primum qui a deo tantum cõueniat, nullatenus eſt, neq; item pura potentia, quia nihil omnino eſſet. Relinquitur ergo quod ex actu tantum & potentia. E S T & abſoluta quædam eſſentialiſq; appellata compoſitio: quædam uero partium ut homo ex anima & corpore, aut ex genere & differentia componitur. partibus omnibus inter ſe realiter diſtinctis. Exẽplum uero ſecundi. Homo ex materia & forma ſeu ex actu & potẽtia ſicuti reliqua ſũt mixta cõditus. Poſt hec ex partibus homogeneis ut hominis caro ex carnibus particulatum compoſiti. Aut ex partibus heterogeneis ut homo ex oſſibus & neruis & ſanguine. Vt ẽt domus ex cemento & materia & lapidibus componitur. Quæ quidem compoſitio ex partibus eſt formaliter ac ſitu diſtinctis. Alia eſt ex partibus formaliter qdẽ non tamen ſitu diſtinctis ut in mixto elementa compoſita ex eorum opinione qui miſcibilia in mixto manere ponunt. Non enim ſitu diſtinguuntur, eo quod mixti pars q̃libet in mixto eſt ut in primo de generatione ſatis narratur. Vt autem res hæc magis innoteſcat. Totum & partes quomodo interſe habeant ex Hermãno Aquinatem ſequẽte qui hec diligentius conqueſiuit breuiter explicandum. Totum eſſentiale plura manu conſtituentia eſſentiam continet ut homo Integrale: quum partes interſe continuãtur ut lingua infaſciatur in contiguatione. Perfectiuum qđ indiuidualis ſuſtantiæ pfectionem nec partes realiter diſtinctas ſuſtantiales habet, Vt Deus Angelus Punctũ. Potẽtiale ꝙ diſtinctas realiter a ſua ſuſtantia potẽtias ut Anima. Vniuerſale: ꝙ plures ſubiectiuas contineat ptes ut genus & ſpecies: Animal & Homo. Numerale ꝙ aliquẽ numeratorũ ordinẽ reſpicit uti Trias Trinitatis: Decas librorũ numerũ certũ: q̃ tamẽ totius rationẽ ut alia non habet. Quot igiẽ modis totũ, totidẽ partes dicunẽ, ac illis reſpondẽt. Toti eſſentiali primũ partes eſſentiales, Integrali partes quotæ, Perfectiuo partes rationis, Potẽtiali partes uirtutis: Vniuerſali ptes ſubiectiuæ: Numerali numeri partes. Reliquũ eſt ut eã quæſtionẽ quæ in x. metaphyſicæ tractaẽ ad hũc locũ facientẽ in mediũ adſeramus. Contrariorũ media ex extremis cõpoſita nõ eſſe. Quod ſane ſic intelligendum ut ex cõpoſitione abſoluta ex ptibus realiter diſtinctis cõpoſita nõ ſint: quia de ſuſtãtiæ genere aut generabiles & corruptibiles nõ exiſtãt, ſicuti neq; formæ ipſæ extremæ ut i vii. & viii. metaphy dẽ, ſed abſq; generari & corrũpi ſunt: rurſuſq; nõ ſunt. Præterea q̃cunq; ptiali cõpoſitione cõpoſita nõ ſunt, q̃a omne ſic cõpoſitũ uel quãtitas uel quãtitatẽ habẽs exiſtit: ſed cõtrariorũ formæ tales nõ ſunt: quia quantitati ut in pdicamẽtis dẽ cõtrariũ eſt nihil. Ex quo cõtrariorũ media ſimplicia ſunt ſimplicitate cõpoſitio ptiali cõgruẽti. Ideoq; formæ mediæ ex extremis compoſitæ minime ſunt. Quin formæ æque ſunt extremæ ſimplices. Extrema nãq; mediorũ reſpectu, nõ ut genus & differẽtia ſe habent ut ſic dici poſſit, ex extremis componi compoſitione ea cõponẽte. Qđ añt in lib. x. metaphyſicæ. Itẽ de ſenſu & ſenſato dicaẽ, quẽadmodum medii colores ſaporeſq; ex extremis cõpoſiti ſint. Rñdeẽ qđ ꝓ quadã ibi naturali cõgruẽtia, cõpoſitio uſurpaẽ: eo qđ media cũ extremis: magiſq; inter ſe cõtraria cõueniunt. Eo ferme modo quo ſecũdum alteram opinionem mixtum ex elementis componi dicitur nõ, quod in mixtis ſecundum eſſe intenſum ac remiſſum maneãt, ſed quodlibet mixtum maiorem cum elementis q̃ elementa inter ſe congruentiam habent. unde & formæ ſecundum uirtutem in mixti forma ut in perfectiore manere dicuntur.

Quomodo ſuſtantia prior accidente & de utriuſq; ratione, Quod de accidente ſcien/
tia nulla. Duoq; item accidentia ſolo numero differentia in eodem ſubiecto eſſe ne
queant. IIII.

e NS item in ſuſtantiam & accidens. Suſtantia quum naturæ ſuſtat ſuppo/
ſitum. Qum accidentibus ſubiectum dicitur. Indiuiduum prima & pro/
prie ſuſtantia. Secunda uero ſpecies nuncupatur. Suppoſitum quod græ/
ce hypoſtaſis, ſed hypoſtaſis ſicuti perſonæ nomen diuinis appellatiōibus
ob præſtantiam reſeruatur. Indiuiduum latius ſuppoſito dicitur. nam &
ad adcidentia quoq; extenditur: alterum ad ſuſtantiam tantum. Dicitur & hoc aliquid
Suſtantia eſt omnium entium cognitione prima. Primum nanq; generatione ac perfe
ctione dicitur Priora enim generatione: imperfectiora quidem & contra. Suſtantia igi
tur ſecundo intelligitur modo. Quiditas enim & definitio, quum ſuſtantiæ ſint propria
perfectam reddunt omnino cognitionem. Prius ex ordine ſenſibus noſtris accidēs de/
prenditur. Suſtātia tamen naturæ perfectius cognita: nobis autem uiatoribus minime
ut in ſequentibus poſtea dicam. Suſtantia rurſus in ſeptimo metaphy. prima omnium
accidentium tempore dr. Tp̄s hic qđ ſine alio ſeparatū eē pōt, aliud nō abſq; ipſo accipit.
Quo ferme modo tm̄ prius eſt natura. Nihil prius natura quod non item tempore ſit
prius Quod autem aliquid hoc modo p̄cedat dupliciter fit. Primum quando ex ipſo
minime pendet. Deinde illius cauſa neceſſaria non exiſtat. Suſtantia igitur accidenti/
bus inſeparabilibus puta paſſioni propriæ comparata. Vno tantum modo eſt prior,
quia.ſ. minime pendeat, non item alio, quia ſit cauſa, imo paſſionis reſpectu cauſam
habet. Dicendum igitur, quod apud Ariſtotelem hic tempus proprie ut eſt numerus
motus & menſura extenſiua ſucceſſiuaq; non accipitur. Suſtātia in quam primum en/
tium definitione: Ita quod neceſſario in alterius.ſ. accidentis definitionem cadat: proba
tur quidem. Nulla ei tm accidentis definitio citra ſuſtantiam: quum formæ inherentis
rationem habeat, ergo in cuiuſlibet alterius.ſ. accidentis definitione neceſſaria eſt. Qđ
autem accidens. Ex genere & differentia definitur: propria quidem & ex metaphyſica
definitio non eſt, quia habitudinem ad ſuſtantiam præmittendo, quiditatem omnino
non exprimit. Dato item quod diuino prodigio ſeparabile foret, ad ſuſtantiam nihilo
minus naturaliter & ex aptitudine propendet. Neu enim ex partibus ex natura rei di/
ſtinctis compoſitum ullo modo apparet. In ſexto metaphyſicæ dicitur de Accidēte nul
lam eſſe ſcientiam. Stat namq; ut phyſicus mobile tanq̄ accidens noſcat, corpus tamen
ignoret. Sicut in elenchis dicitur. Hoc eſt accidens. Cognoſcis coriſcum & ille eſt ueni
ens, ergo uenietem cognoſcis. Stat.n. ut uenitionem ita dixerim quæ in Coriſco eſt ut
accidens cognoſcas & eius ſubiectum ignores. Phyſicus namq; hominem ſeu corpus
qua mobile conſiderat. Metaphyſicus uero mobile qua mobile. Idem ergo ſub eadē
definitione aduerſis conſideratur ſcientiis. Mobilitas nanq; tam in phyſicis q̄ metaphy
ſicis formalis eſt cognoſcendi ratio. De accidentibus in quā ſcientia non eſt. Scientia
nanq; dupliciter uno modo pro ſympaſmatis habitu ut eſt per cauſam notitia neceſſa
riam. Altero modo quæcunq; per cauſam non neceſſariam certa cognitio. Scire item
aliquid abſolute ac ex accidente qua accidente quis nullatenus poteſt. Ratio Ariſtote
li dicitur. Quia omne id de quo eſt ſcientia ſemper aut frequenter eſt. Sed hoc taliter
non eſt: quia in comparatione aſt aliam præter eius intētionem dicitur cauſam: ſi eue/
nit quandoq; non tamen ſemper aut frequenter. De ente autem per accidēs citra redu/
plicationem, ſcientia quidem eſſe poteſt. Nullum eſt ens per accidens alicuius reſpe/
ctu quod per ſe effectus alicuius alterius uel aliorum concurrentium nō ſit. uerbi gra/
tia. Per ſolem ad zodiacum, Imber per caniculam uenturus prænoſci non poteſt, alio
tamen ſigno & planetarum adſpectu extraordinario poterit. Dicitur inſuper in y me/
taphy. Duo accidentia realia abſoluta de materiæ potentia per motum naturalem eda

ctaſolo numero differentia in eodem eſſe ſubiecto non poſſe. Quod ſic probari quidem poteſt. Motus in mobili diſpoſito ſiue diſpoſitione oppoſita formæ inducendæ ut contraria uel media eſt. Nam motus omnis inter contraria uel media uerſatur. ut ex quinto de Phy. habetur. Sed ſi agẽs in mobili formam eiuſdem ſpecies formę ſuæ inueniat: ipſam ſub diſpoſitione oppoſita non inuenit. Non datur ergo eiuſdem ſpeciei accidentia duo ſeu formæ duæ per motum. Altera uero citra motum inducta impoſſibilis non erit ut duæ in eadem medii parte lumina diſtincta quidem ſunt, quod abſq; motu ſtatim lumen tenebras priuet. Rurſus in octauo metaphyſicæ diſſeritur. Quemadmodum accidens ex partibus eſſentialiter diſtinctis minime compoſitũ ſit. Compoſitio namq; quæ non ex ratione, ſed ex natura ſit rei duplex eſt. Quædam realis ex re & re appellata. Secunda ex realitate & realitate: Prima quidem ex aliquibus ẽ quorũ ſeparatio mutua terminorum repugnantiam non complectitur ut ex materia & forma, ex ſubiecto & accidente. Altera quorum ſeparatio contradictionem complectitur ut ex genere & differentia, ubi etiam ſpecies ſimplex appellari realitas poterit. Accidens igitur forma eſt ſimplex, ſimplicitati primæ compoſitionis non autem ſecundæ oppoſita. De prima probatur quia plura ſi neceſſe non ſit ponenda non ſunt, ſruſtra. n. per plura fiunt quę per pauciora ualent ut in primo de auditione phy. dicitur. Vbi Empedocles præ Anaxagora cõmendatur principiorum ponens paucitatem. In accidente namq; duas partes realiter diſtinctas ponere nõ opus quidem. Quod autem ſimplex non exiſtat ſecundæ oppoſita compoſitioni palam eſt: quia accidẽtia primo diuerſa nõ ſunt. Nigredo namq; & albedo realiter quidem differunt, in colore aũt cõueniunt. Deinde ut in ſeptimo metaphy. dicitur. Definibilia ſunt. Omne namq; definibile, eſt uere compoſitum/quia orationem eſſe longam definiendo eſt opus. In lib. x. metaphyſicæ in exordio quæritur. Quæ nam ſit una illa ſuſtantia & prima & omnium menſura ſuſtantiarum. Hunc deum Cõmentator eſſe adfirmat: quod Scotiſtæ interpolant, aientes deum in genere nequaq̃ eſſe, foret autem ſi primus motor generis ſuſtantiæ menſura eſſet. Aliqua igitur ſuſtantia generis prima illius generis cui unitas conuenit, non autẽ primus motor illius eſt generis ſicuti nec aliorum menſura. Vnde Ariſtoteles contra Platonem probare nititur quemadmodum ipſum unum non ſit: ſed aliquid cui ipſum conueniat unum.

Quod nullus de ſuſtantia ſiue creata ſeu increata aut materiali uel immateriali quiditatis conceptus in hac uita haberi poſſit. V.

VSTANTIA igitur ab ente manans ſupra nobis aliquantulũ narrata, mox reliqua ipſius quæ ſuccurrũt ad feram. Hec in corpoream & incorpoream diſtinguitur, neutra ſane nobis in ſtatu uiæ deprenſibilis ut in libris methaphyſicæ docemur. In ſuſtantiis namq; ſeparatis demonſtratio nõ eſt: niſi quia ſunt uel qua ſunt horum cauſa inferiorum. Seu demum ex priuatione quod. ſ. aliqua horum inferiorum non ſunt. Corporea namq; ſuſtantia accidentibus. Incorporea uero actionibus eſt ſubiecta. Ex quo p imam per accidẽtia Secundam per actiones deprendimus. Duo namq; probandi modis per quid eſt: & quia eſt: a cauſa & effectu ſiue a priori & poſteriori exiſtunt. Nobis autem p poſteriora hec innoteſcunt. Nulla inquam ſuſtantia per ſe niſi in uniuerſaliſſimo entis cõceptu intelligitur. Per accidens autem in particulari modis duobus poſitiue ac priuatiue uti ſupra narratum. Poſitiuæ rurſus dupliciter aut per cauſas quod uiſibilium ſint cauſæ ſeu per aggregatum aliquod rerumq; ſimul plurium imaginatiõem: ut Scotus in primo ſen. diſt. iii. & Dionyſius de diuinis nominibus. c. vii. palam ſcribunt. Quomodo autem fiat uideamus. Senſus. n. in hac parte intellectui comparatus ſenis ingreditur cognitionis uiis una intuitiua per ſe quum potentia quælibet obiectum proprium ac primum unum tantum habent, reliquum uero ac ſecũdarium, quod hoc ſequitur ut uiſus

colorem uidet. Alia item per ſe non intuitiua, licet per ſpeciem ut imaginatiua colorẽ
imaginatur. His totidem per accidens cognitiones poſt ex priuationibus oriuntur, re/
ſpondent. Vt uiſus tenebras uidet Phantaſia tenebras imaginat̃. Quinta cognitio phã/
taſiæ propria eſt per ſpecierum diuerſarum ſenſilium compoſitionem: ut montem au/
reum imaginando. Sexta cognitio per accidens alicuius ut hominis per figuram & co
lorem. Intellectus igitur totidem recepit ad unguem noticias. Prima intuitiua, in uia
impoſſibilis quia nulla potentia cognoſcendi ſpeciem ſiue principium in obiecti ab/
ſentia reſeruans ſic noſſe poterit: quia illa idem re preſente & non preſente principiũ
retinet. Hec uero intuitiua cognitio de re tantum eſt preſenti. Vnde ſi uiſus ſpeciem in
obiecti abſentia habere poſſet: nunquã ſpecies illa intuitiue cognoſcendi principium
foret. Item ut in primo metaphy. dicitur. Intellectus alius cognitione intuitiua nunq̃ co
gnoſcitur. Secunda cognitio accidentium ſenſilium eſt tantum: quia illa ſola, non autẽ
ſuſtantia ſpeciem in intellectu faciunt. Tertia quoq; ac quarta que idem fere ſunt Re/
rum propriarum intellectarum priuatiua eſt: per ſpecies habituum: eo ferme modo di
ſcurrendo quo rerum ſenſilium priuationes per intellectum deprendũtur. Quinta re/
rum ſeparatarum deguſtatio per hoc quod multa ſimul accipiuntur, quæ nuſq̃ omni
no inueniuntur: Sed ex hoc nulla eſſentia ſpecifica alicuius niſi in forma accidentali di
gnoſcitur: Sed eſſentiæ propriæ in hac cognitione ſicut ſenſilia in cognitione ſenſitiua
ſe habent ubi ſextus eſt gradus. His fere duobus ultimis modis in ſuſtantiarum ſepara
tarum aliquantulum uenimus deguſtationem. Ariſtoteles attamen in rerum & cauſa
rum huiuſcemodi ſeparatarum ſpeculatione felicitatem in. x. ethicoꝝ ponit/nec de alia
uita intelligere uidetur. De qua dubitandus in ſecundo de aĩa ſimul. xii. metaphy. loq/
tur. Reſpondemus. Ita ſpeculabilium hanc ipſam ponere ut nos item per creata & effe
ctus deprenſibilem ſupra poſuimus. Nonnulli uero inter quos Cõmentator eſt dixe/
re: ad ſuſtantiarum quidditatem per ſpecies paulatim a ſpeciebus deductas peruenire poſ
ſe. Sed abſtractum eiuſdem eſt ſemper cum ſingularibus a quibus abſtrahitur ſpeciei
& ex conſequenti nunq̃ ad ſuſtantiæ immaterialis: ſed tantum materialis quidditatẽ ue/
nitur, nec tamen ut eſt in materia conſiſtit. Dicet ẽt quis ſuſtantias per ſe intelligi poſſe:
quando eam definimus: uelut ẽt accidentia per genera & differentias proprias. Rurſus
dicimus uniuerſalia deprendi accidentia: quum tamen ſingularia ſentiamus. Sed de in
ſtantiis habitum tantum uocalem habemus de hiſq; uti cecus de coloribus ſyllogizat
ita differimus. Quia nec ipſa genera niſi tantum ens intelligimus. Item uniuerſalis a
particulari abſtractio intellectus uirtute fit: Quamobrem accidentia uniuerſalia intelli
gere facile poſſumus. Speciem quoq; in animam per ſenſum: nõ iam per receptas ſpe/
cies recipimus & in definitione animæ & potentiarum eius & rerum ſeparatarum co/
gnitione nulla ſpecies per ſenſum eſt in anima ut poſtea quum de intellectu agente di/
cam facile patebit: qui abſtrahendi officio quandoq; caret, ac tantum phantaſmata con
iungẽdi utitur. Præterea ſuſtantias ſeparatas intelligendi difficultas ut ait Cõmentator
ex noſtra eſt parte: materiales uero ex parte rei. Quia unum quodq; ut eſt in actu co/
gnoſcitur. Illa igitur quæ ſimpliciter in actu non exiſtunt: ſunt longe cognitu difficilia.
Inter autem ſeparatas ſuſtantias deus tantum aliquo modo perfectius intelligitur: ſi cã
per effectum itelligitur. Quo enim cauſa ualidior: ac potentior: tanto notior, quum præ
ſertim ſine ſuo efficiente ſecundo, deus ſtatim effectus edere ſatis ualeret.

De Materia & forma. An una eademq; in omnibus materia. An cœlum ex materia &
forma. An materia ſit ens a forma ſeparabile: Quomodo forma ſit & materia & cõ
poſito prior. Deniq; quot forma dicitur modis. VI.

IN primo de auditiõe phyſica narratur quemadmodum primi generis hoc
eſt ſuſtantiæ ſunt prima principia. Materia. ſ. & forma. Materia in ſecũdo de
generatione. Pandocheum appellatur hoc eſt formarum omnium quaſi re/

ceptaculum:Hæc omnino ens aliquod apud Ariſtotelem quanǭ contra in nono me/
taphyſice uidetur Materia inquit non eſt aliquid nec quale nec quantum : neq; deniq;
aliquid eorum quibus ens cenſetur:quod ſane aucto. uel ex aliorum opinione loqui
uel ex hoc plane indicare uidetur quod in aliquo predicamento non ſit,nõ tamen quin
in aliquo ſit ens.Compoſitio duplici quidem intelligitur modo: aut ex aliis aut alteri
componi ut accidentia ſunt que non ex materia formaq;. ſed ex materiali accidẽtaliq;
conſtituuntur.Et quanǭ illud eſt uerum.Omne ſimplex eſt compoſito perfectius:hoc
de ſimplici ſubſiſtente intelligendum:minime quidem in alicuius unius per ſe com/
poſitionem uenire,aut ex eo pendere apto.Subiecti autem forma ex materia que ſui ẽ
generis pendet,Materia ut compoſiti pars indiuidui cauſa nõ eſt. Materia & forma ut
in ſecundo dicitur de phy.relatiue opponuntur.Quot enim modis correlatiuum, di/
citur & reliquum ut in primo topicorum narratur. Forma enim partis & forma totius
dicitur.Materia ſimiliter duplex.quædam formæ partis opponitur & hec una cum for
ma dat eſſe rei Altera uero formæ totius & ipſi quiditati opponitur.& extra quiditatis
rationem formaliter exiſtit.Et hæc demum indiuidui & ut aiũt.Hecceitatis cauſa.De
hac item in quinto metaphyſicæ dicitur.Illa ſunt unum numero,quorum materia una
eſt Hec rem in ultimo & ſubiicibili,non autem formali eſſe conſtituit. Sequitur in eo/
dem loco Ariſtoteles aiens illa eſſe unum ſpecie, quorum una eſt ratio . Ratio nanq;
pro quiditate ſummitur,quæ indiuidualis comparatione.forma totius dicitur. Nam
ſi aliter foret:falſum appareret.Verbi gratia.Si ex aqua ignis & deinde ex igne aqua ge
neretur.Aqua generata & deinde corrupta eandem omnino materiam & ſpeciem ha
bet.quia generationis & corruptionis eadem eſt Ariſtoteli materia:ergo eadem nume
ro erunt.Hoc palam falſum,quia tunc per naturam corrupta poſſent eadem numero
contra omnino Ariſtotelis ſententiam redire.Inſuper materiam unam idem auctor i
omnibus eſſe adfirmat.Quod ex ſucceſſione plane intelligitur. Eadem nãq; numero
in generato & corrupto eſt.Vnde & illa materia que formæ ignis ſubſtat:poterit & ae/
ris & aliorum ſimiliter formis ſubeſſe.Cum itaq; materia ingenerabilis & corruptibi
lis remaneat:eadem prorſus per ſucceſſionem ad omnis eſt in potentia formas . Sed
actu & numero alia & alia in alio & alio ſuppoſito conſiſtit.Probatur quidem . Idem
numero in diuerſis locis nec per ſe neq; per accidens eſſe non poteſt :ſed diuerſorum
ſuppoſitorum materia in diuerſis ſaltem per accidẽs eſt locis. An uero eiuſdem in om
nibus ſit rationis alterius eſt inter phos ſimul & theologos diſputationis Corruptibili
um & incorruptibilium eſſentialiter ſpetialiterq; eiuſdem eſt materia ratiõis:quod in/
determinata ſit & omni prorſus careat forma.Ex quo ſpecifice ſaltem materia eſt in oĩ
bus una. Sit enim materiæ infinitæ exiſterent:non incongruum cauſas quoq; fore in/
finitas ſicuti de cauſis accidentaliter ordinatis euenit. Vez in primo de auditione phy.
& primo de generatione.Vna tantum dicitur materia formarum,ex quo non infinitæ
ſed una tantum in generato & corrupto materia manet.Generatio nanq; unius,alteri/
us eſt corruptio,quãuis in.vii.de auditione phy.contra dicere uideatur. Generans ali/
ud ob materiam generat.Reſpondeo:aliam in generante: aliam in genito materiam
eſſe:ſtare tamen poſſe:eandem ex ſucceſſione in generato & corrupto:& hoc in infini/
tum reperiri.Item materia eſt qua res poteſt & non poteſt eſſe ut in.x.metaphy.dicitur
Impoſſibile factum eſſe ſi nihil præexiſtat.Nulla uero materia præiacens:non ꝓbatur
ſed creditur:non demonſtrationis ſed fidei eſt.Hermannus Aquinatis adſertor de his
ita differit,Materia ex qua eſt omnino duplex una rerum naturalium, principium in
trinſecus primum,ex qua res componitur,quo ferme modo elementa omnium ſunt
materia mixtorum:Materia uero prima,omnium eſt elemẽtorum materia quæ citra
ullam formam ſuſtantialem conſideratur,nec eſt proprie ſuſtantia,ſed ſuſtantiæ pars.
Altera uero artificialium:ut cultri materia:ferrum:& hec in ſuſtantiæ genere , omnino
reperitur.Materia in qua eſt omnis quæ etiam ex qua:non autem contra : quo ſecund

modo forma tam accidentalis ǭ ſuſtantialis materiam quidem habet non ex qua fit quum forma non ex materia & forma,ſed ſimplex omnino exiſtat:ut ex libro ſex principiorum docemur. Verum in qua fit,Sic anima corpus in quo fit materiam habet,& albedo & ǭtitas totum compoſitum. Vnde non ſolum accidentium reſpectu, materia dicitur,ſed unum accidens:alterius reſpectu,ut quantitas qualitatis reſpectu. Materia circa quam propriæ potentiæ dicitur obiectum uel ſcientiæ ſubiectum, ut color uiſus obiectum. Corpus mobile phyſicæ ſubiectum. Quoniam uero materia ſubiecti rationem habet,quot modis materia,totidem & ſubiectum dicitur. Præterea in rebus naturalibus materia pars eſt quiditatis rei ſpecificę contra Platonem ut in.viii.metaphy.dicitur. IN eodem quoq; ſcribitur libro compoſitionem ex materia & forma in cœlo non eſſe. Damaſcenus libro.iiii.ait quemadmodum cœlum per ſe corruptibile quidem eſt,diuina tamen prouidentia incorruptibile. Vnde uoluntati tantum diuine ſubeſt. Similiter elementa eadem ratione incorruptibilia quidem, licet per eorum partes corruptibilia ſunt. Cœlum alterius nempe formæ & materiæ a formis elementorum ut aiunt peripatetici,& ideo nec qualitatis contrariorum/nec propterea alterabile, nec corruptibile ex natura eſt. Damaſcenus attamen uti ſupra narraui contra ſentire uidet. Nam a theologis phi in hac parte diſſentiunt:aientes cœlum neceſſarium & incorruptibile. Quoad materiam quidem corruptibile ſimpliciter exiſtit,quum ad actum contrarium in potentia ſit. Secundum quid attamen incorruptibile,quia contrarium agēs minime habeat. Tum quia cœli forma alterius ſit a formis elementorum rationis uti narraui,& ideo qualitatum contrariarum minime capax. Plato autem quem ſequitur Auguſtinus ex elementari materia cœlum, magnaq; ex parte ex igne conſtare dicit. Quodq; præter ignis naturam moueatur, diuinitus & ex quadam prouidentia fieri.

VERSATVR & illa inter ſapiētes queſtio. Quod materia eſt aliquod actu ens ab omni forma ſeparabile:cōtra eos qui puram eſſe potentiam nihilq; actu dicunt. Inter quos eſt Aquinas dictitans hoc omnino contradictionem implicare. Materia nāq; loco inchoatiui,forma perfectiui eſt,ſed materiæ præter formam, nec eſt forma, neq; habere formā. Ergo actu ſimul & non actu eſſet. Præterea potentia eſt pure potentia ut in quarto metaphyſicæ,ergo ſi actu eſſet a forma ſeparata,potentia non potentia foret.

Scotus cō tra aqnatē.

Item omne eſſe ex forma eſt ut inquit Boetius. Reſpōdetur a Scoto. Magis e ſubiecto accidens ǭ formam ex materia pendere,ſed accidens per diuinam potentiam ſine ſubiecto eſſe poteſt,ut in altaris ſacramento apparet, Non ergo inter ſe pugnant. Quod enim materiā a forma ſeparari nequeat fatendum inquit. Verum deus ſupra materiā eſt omnem. Nam & edita materia a forme procreatione ceſſare poterat.

FORMA tū prior & materia & compoſito in.vii.metaphy.repetitur. Nam duplex in cōpoſito habet oino eſſe ꝓprium & cōicatiuum. Per ꝓprium compoſito prior eſt,exiſtentiam autē nequaǭ hēt,qua ꝑ ſe cōpoſitum eſt ens:quia tali exiſtentiæ forma ꝑ accidēs, ſicuti pars ꝑ eſſe totius eſt. Theſis igitur prima:quod forma eſt materia prior & magis ens. Probatur. Actus ois prior eſt potentia ꝑfectione,ut in.ix.ſcribitur metaphy.;Sed forma eſt materiæ & actus & ꝑfectio. Secunda forma cōpoſita eſt prior. Nam ſi materia prior ē forma uti ſupra narratur,ergo & compoſito. Tertia theſis forma cōpoſito magis non eſt. Nam illud eſt ꝑfectius quod ſe plus item ǭ ſe cōplectitur, ut in hoc apparet loco. Ariſtoteles tñ ubi dicitur hic prius & magis,non ex perfectione, ſed ex principalitate ac independentia intelligit,quia principii eſſentia longe principalior extat. Quod eſt formatum eſt:reſpectu principium habentis,quod eſt compoſitum independens eſt. Forma item eſt materiæ actus.nō autem cauſa formalis,nec generatio, quia minime diuiſibilis:ſed alia in alio. Præterea eſt eſſendi & diſtinguendi principium ut in octauo metaphy.ſcribitur. Alterius materiæ alius eſt actus. In oi aūt genere:forma eſt propria, propria itē priuatio,ꝓpria ſuſtantia. Denīq; forma multiplex. Nā & forma partis hoc ē cōpoſiti dr̄,eademq; eſſentialis ut aia quæ eſſe aut uiuere aut ſentire,aut intelligere dat

hec omnia ut homini tribuat Secundo modo ipſa rei natura citra materiam conſide/
rata,ut humanitas ex homine:albedo ex albo ponitur**q** in eo genere in quo eſt illud,
cuius eſt forma: Tertio non forma partis:ſed totius non tribuens:ſed habens exiſtenti
am ac perfectionem.quod e duobus ſaltem ſuſtantiæ principiis compoſita nõ exiſtat
ut angelus & Deus. At qua refert angelum in genere ſuſtantiæ ponitur. Deus autẽ ex/
tra genus omne.Q uarto quoduis accidens quod cũ quidem exiſtendi per ſe non eſt,
ſed ex parte ut in homine ſcientia ſiue albedo.quin & ea que re non ſunt ſed mẽte tan/
tum concepta formæ appellari conſueuerũt.Poſtremo forma qualitas eſt modo quo/
dam ſubiectum circũſcribens,que ad quartam primus ſpeciem punere cognoſcitur.

D e actu & potentia obiectiua,ſubiectiua,actiua.paſſiua obſequenti. Deq́ diuerſorum modorum ſpecierumq́ actibus. Quodq́ nullum ſingulare in ſubiecto uniuerſali conſiſtat. VII.

IHIL rerum creatarum quod ex actu & potentia nõ conſtet. Nam & cor/
poreorum quoq́ que ex materia formaq́ ſemel cõponuntur natura ad eſſe
ſuum ut ad actũ potẽtia comparatur Eadem quoq́ ratione quo eſt & qd
eſt. Natura & ſuppoſitum.Eſſentia & eſſe.Abſtractum & concretum.Po/
tentia duplex obiectiua & ſubiectiua.De obiectiua illud quod eſt in me
taphyſice.ix.intelligitur quod actus & potentia eiuſdem ſunt generis ſpeciei & indiui
dui. De ſubiectiua in vii.eiuſdem dicitur Q uod oẽm formam ueluti materia prima
eſt apta recipere.Ex quo potentiæ ſenſitiuæ in ſubiectiua Scotiſtis collocantur poten/
tia,qua potentiæ ſunt:quibus intelligens & ſentiens utuntur.In quo illi dicunt Aquinatẽ
fuiſſe deceptum per potẽtiam ſenſitiuam accidentem eſſe noluerit. Eo quod ſentiendi
actus ſit accidens.Subiectiua potentia ſubiectum ſeu fundamentum actiuæ,ſeu paſſi/
uæ potentiæ eſt ut hoiem ambulare,ignẽ cremare poſſe.Paſſiuæ ut corpus cœleſte mo/
ueri:intellectum intelligere poſſe.Si res eadem actu exiſtens in actum & potentiã di/
uiditur.Minime realis hec diuiſio fuerit:ſed rei eiuſdem diuerſis cõſideratæ modis &
ſecundum actum exiſtentem & ſecundum potentiam,ſui productiui: ac conſeruatiuæ
rationer:qua eſſe procreariq́ potuit.ut ſol in aere lucis reſpectu uel productiui tantum
ut ſecuris reſpectu cultri.Si de potentia loquimur paſſiua,qua actus eſſe poteſt nõ ad/
huc exiſtens.Sic roſa in hieme ab exiſtentia potentiæ paſſiuæ quæ per hiemem in hu/
more eſt terræ realiter differt. Si autem de actu ſermo ſit actiuæ reſpectu potentiæ &
principii ſui productiui:eſt item diſtinctio realis.quum nullus ſit actus ſeſe pducẽs.Ob
iectiua nihil eſt aliud q̃ actiuæ uel paſſiuæ obiectũ potentiæ ut Antichriſtus nondũ na
tus in obiectiua eſt potẽtia quæ nihil eſt rerum.ſed ipſa dei tantum potentia res produ
cibiles largiens.Inter has differentia triplex quod una per agere & pati ad actum uẽit.
ut in tertio de phy dicitur.Altera obiectiua ſimiliter ad actum per prodire in eſſe. Alia
differentia quod prima eſt aliquid eſſe:altera uero realiter nihil. Tertia differentia ſub
iectiua unum & idem in potẽtia ad actus oppoſitos nec plures exit. Altera uero ad op
poſitos plures.Potentia rurſus paſſiua naturalis & obſequẽs.Prima dupliciter. Reſpe/
ctu accidentis in ſubiecto,aut formæ in materia prima.Obſequẽs item dupliciter. Re
ſpectu dei in ſubiecto aliquid ab eo facto.aut artificis ut p artem lectus conſtruitur.E/
duci autem de potentia materiæ omnes naturales accidẽtaleſq́ præter animam huma
nam dicuntur formæ,quia cæteræ ex natura ſecundum eſſe ac fieri pendent. Anima ue
ro humana ſecundum eſſe ex materia non pendet,licet cõmuni quodam curſu pẽde/
re ſecundum fieri uidetur,quod extra corpus minime creatur. Q uamobrem nõ edu/
ci formam de materia,ſed potius in materiam induci dicitur.Formæ artificiales dicũ/
tur item de potentia educi. Naturalium tamen comparatione induci rectius dicentur
Sunt & potentiæ naturales & rationis participes de.quibus paulopoſt dicam. Nũc qd
ſit actus proſequar. Diſtinctionem Græci inter Entelechias & energias faciunt, in pri/

mis perfectiore ſunt modo Deus Angelus Anima humana, alteris ſunt motus omnes, perfecti tamen in mouentibus, in motus uero imperfecti. Deinde primus & ſecūdus actus triplici quidem modo ab auctoribus ponūtur. Primo ipſe deus benedictus qui purus eſt actus. Cætera omnia ſecunda omnino. Deinde ſecūdum actuum in eodem genere uel ſpecie ſucceſſionem, Sic Ariſtoteles triplicem intellectus ratiōem ponit ut in ſuo mihi narrabitur loco. Tertio eſt propria diuiſio in tertio de anima circa ſcientiam qum non conſideras, qumq; conſideras. Eſt & quarta diuiſio qum unus in exteriorem materiam tranſit ut ædificare. Alter in agente remanet ut intelligere. Actus & forma idem in pleriſnam loco formæ: potētia uero loco materiæ in naturalibus ponitur, Actus & omnes generatiōes circa ſingulare ſunt ut inferius dicam. Nullum ſingulare in ſubiecto uniuerſali, ſed ſingulari conſiſtit. Subiectum nanq; exterius aliqua ē materia ſimul & obiectum circa quod. Eſt enim actio reſpectiua & actio acta, prima eſt in agente relatio ut mutantis ad mutatum. Secunda in re mobili ut in tertio phy. dicitur. Motus eſt actus entis in potentia. Intellectio nanq; ſiue intelligere ſingulare, in intellectu tanq̄ in ſubiecto ſingulari, circa tamen uniuerſale conſiſtit: ut eſt ſpecies intelligibilis remanens. Senſus enim uniuerſale, ſed intelligere particulare ut in ſecūdo poſteriorum dicitur, quia multi ſingulares actus ab eadem potentia manant, quamobrē nullum unum ſingulare, primum eſt potentiæ obiectum, ſed aliquid unum in multis quod aliquid eſt uniuerſale.

De animæ potentiis Deq; intellectu agente quomodo contra Ariſtotelem non uidetur oia poſſe facere. Deinde quotuplex cognitionis actus. VIII.

s V·N T item potentiæ naturales & aliæ ratiōis participes. Primæ ad unū Alteræ ad oppoſita preterq̄ ad contradictoria qum ea inter ſe pugnent cōſtituuntur. Triplex omnino in rebus adpetitus. Naturalis ſenſitiuus intellectualis ſeu rationis particeps. Ex primo res quælibet ſponte ac naturaliter in finem ſuum perfectionemq; propriam tendit, ut leue ſurſum. & graue deorſum Rationis particeps omnino liber eſt Reliqui duo nequaq̄. Deinde duo ultimi quandoq; potentiam, interdum ipſius actū referunt. Naturalis autem neutrū Sed pronitas eſt rei quædam quæ cum ipſius natura diſtincta realiter nequaq̄ eſt. Tertio ſenſitiuus magis extenditur ubi nanq; intellectiuus eſt: & ſenſitiuus non autem cōtra. Quarto differunt, quia ultimi duo actum purum alterius cognitiuæ potentiæ ſupponunt, ut uoluntas intelligendi & ſenſitiuus ſentiēdi. LOCVS expoſcit ut ea quę ad intellectum pertinere uidebūtur percurramus. Triplex omnino is eſt. Rectus reflexus collatiuus. Primus recte ad obiectum extra tendit. Secundus ad actum in potentia præexiſtentem fertur ac in ſeſe relationem habet, atq; reflectitur, qum. ſ. ſe intelligere intelligit: aut qum in obiectum adprenſum terminat ut me lapidem intelligere intelligo. Collatiuus autem qum unum obiectū cum altero comparatur. Intellectus rurſus triplex actus. Primus ut tabula raſa in qua nihil eſt pictum quemadmodum in libro de anima dicitur. Secundus qum didicit: & in conſiderandi potentia, Tertio qum conſiderat. Alia item diuiſio agentis & potentis ſeu poſſibilis. Agens inquit Ariſtoteles potens eſt omnia facere. De unoquoq; obiecto ſpeciem abſtrahere intelligibilem. Verū hoc theologi negant. Nam nec a relationibus ſeu reſpectibus neq; item a ſolutis omnibus abſtrahere poteſt Aquinati in prima parte q. xii. Species inquit intelligibiles quæ formaliter intelligentiam referunt diuinam idem abſtrahere nequit, imo etiam Scoto que materialem ſuſtantiam referunt. Ratio dicti primi, quia ſpecies obiecto adæquantur, nihil autem creatum eſſentiæ diuinæ adæquari poteſt. Ratio ſecundi, qa intellectus agens tantum a phantaſmatis & ex conſequenti a ſenſilibus abſtrahit. Sed ſuſtātiæ phantaſiæ ſenſiles non ſunt. ergo propriam intellectu ſpeciem habere nequeſt. Ad

Aquinas
Scotus

ſumptum probatur,quia phantaſma eſt motus a ſenſu ex noticia factus ut in ſecundo
de anima dicitur.Suſtantia nanq; ſiue materialis,ſiue immaterialis: intellectui huma/
no deprenſibilis nullo eſt modo ut in eodem itera libro commentator ait.'Ariſtotelis/
cum attamen dictum ſeruari quidem poteſt,quod omnia facere ualeat actum ſcilicet
intelligendi in qu buſcunq; naturalibus & in his tantum que ſint a ſenſilibus abſtrahi/
biles recte percipere poterit.Species quoq; abſolutæ.ex uirtute ſaltem ſi non ex forma
reſpectum ac relationem referunt.Agentis igitur officium duplex.Speciem intelligibi
lem abſtrahere.Et intellectionem ſeu intelligendi actum generare.Primo modo eſt a
potenti formaliter diſtinctus·ſecundo,nequaquam . ut ait in quolibetis Scotus.q.xy.
Et rurſus in primo ſententiarum.diſtinctione tertia.Tres nanq; cognitionis actus Rei
ſimplex adprenſio.Secundus ſimplicium compoſitio . Tertius ad ſenſus . Ex naturali
nanq; lumine Intellectus habet ut illi complexorum uirtuti adſentiamur ſi illa com/
plexio principiū ſit primū Vel melius res hæc dicet.Circa principiū primū q̄nq; ſūt ac/
tus Duæ ante oia ſimpliciū adp̄nſiones.Tertius eaꝝ ↄpoſitio.Q uartus adp̄nſio.Q ui
tus adſenſus ſiue adheſio.Certū nāq; ac ueꝝ i ↄpoſitōe & diuiſiōe,nō aūt in ſimplicibus
exiſtit.Nam ſimplicium eſt adprenſio tantum quibus nec adſentitur : neq; diſſentitur
intellectus.Principiorum nanq; habitus qui dicitur intellectus adſenſionis , que ſpon/
te naturæ prouenit non adprenſionis eſt.quum adſenſio adprenſionem ſupponat.In in
tellectu enim ſimplici nulla eſt falſitas que intellectio ſolum precisa abſtractiuaq; eſt,
tantum abſtractum.non illud a quo abſtrahitur conſiderando . Veluti mathematicus
lineam ex materia nihil de materia curando,conſiderandoue abſtrahit.De quo in ter
tio de anima:itemq; tertio de auditione phy dicitur quod abſtractionum falſum : aut
error non eſt,Vnde nec intellectus circa quod quid eſt ſicuti neq; ſenſus circa ſenſilia
propria errare contingit.Eſt igitur uerus formaliter ,at materialiter falſus . Abſtractio
nanq; uera in abſtractionem diuiſam & mendacem commutatur.Senſus enim uerus
eſt omnis,cui ſenſus alius minime contradicit. In compoſitione itaq; & diuiſione in/
tellectus dum errantem circa ſympaſmata ſequitur ſenſum pariter errat . In principiis
uero:ac ſympaſmatis que ex primis principiis deduxit nequaquam.Prima nanq; prin — De habitu pricipioꝝ
cipia complexa huiuſcemodi ſunt hec & ſimilia.De quolibet negatio : uel adfirmatio
Et omne totum maius ſua parte que nobis cognita naturaliter exiſtunt , ut in ſecundo
metaphyſicæ his fere uerbis ſcribitur.In foribus ex prouerbio quis delinquit?Sed con
tra in tertio de anima dici uidetur, quemadmodum eſt ut tabula raſa in qua nihil eſt — In foribuſ gd peccat
pictum.Q uod ſane quo modo dicatur poſtea narrabimus.

V erum quod intelligitur modis.Q uomodo intellectus uerus eſt ſemper : Deq; ipſi/
us incomplexa , itemq; complexa ueritate . Q uomodo uerum intellectus non ſit
obiectum. IX.

I S I uerum quid quomodoue ſit deprēdatur uis intellectus nequaquā
cognoſci licet.Veritas omnino quadruplex.Ante omnia Deus. Deinde
n rerum naturalium.Tertio intellectus:poſtremo propoſitiōis ſiue oratio/
nis Veritas nanq; diuina dat omnibus:nō autem menſuram patitur.Pro/
poſitionis autem ſiue orationis non dat,ſed patitur omnino & ipſa men/
ſuram.Ex rei nanq; ſimul & intellectus ueritate pēdet.Veritas intellectus ex rerum na/
turalium ueritate menſuraq; pendet.orationis ueritatem eadem metitur . Similiter &
rerum naturalium inter duos conſtituta intellectus creatum metitur, ab increato men
ſuram ſuſcipit:Ad hec igitur quattuor uera prædicta.Verum tranſcendens ſic ſe habet
ut a capra aut leone animal in quid commune abſtrahitur. Nam ut res actu conſide/
rata ens dicitur,ſic ab intellectu adprenſibilis uera,etiam ſi ſenſu errare contingat n/

cupatur. Ex quo ueritas duplex. In intellectu, & in rebus. In intellectu rurſus complexa & incomplexa. Incomplexæ non falſitas, ſed ignorantia opponitur, aut enim omnino intelligitur: aut omnino ignoratur. Complexæ autem ueritati ignoratio quidem ꝑ priuationem opponitur, per contrarium uero falſitas: quando ſcilicet que re coniuncta non ſunt: coniunguntur. In complexa rurſus in adprenſionis actu ſimplici. Complexa uero in compoſito & diuiſio conſiſtit. In cognitione inquam duplex eſt proceſſus. Simplicis unus cognitionis ut hoc prius hoc intelligere. Alter cauſæ cuiuſdam ut hoc per hoc intelligere. In primo intellectus de imperfecto ad perfectum procedit. In ſecundo contra. Nam cauſa eſt ſemper effectu prior atq; perfectior. Hic demum ordo ac proceſſus cognitionis ſingularis ad uniuerſale. Neutra tamen ad metaphyſicæ pertinet conſiderationem ut in texto dicitur eiuſdem. Nam primum intellectus obiectũ non eſt, quia obiectum potentia aut ſaltem actu prius eſt. Verum autem ab intellectu creatur. Ens igitur primum eſt obiectum ut ait Auicenna quod eius prima impræſſione in anima figatur. Reliqua uero tranſcendentia eius ſunt potius expreſſiones, ac primo obiecto poſteriores. Nec unum magis alio rationis obiecti apud intellectum habet. Nam ſicut potētiæ ſenſitiuæ ſubordinatæ & una ſub alia ſunt, ſic obiectum ſub obiecto. Intellectus igitur obiectum comuniſſimum, abſtractiſſimumq; eſt, quia per aliquod ente poſterius minime determinatur: Tale nanq; uerum in rebus præſertim diuinis inuenitur ubi nec motus: neq; quantitas reperitur: reliquum omne uerum huius comparatione diminutum uidetur. Nam complexa ueritas aut realis. aut rationis ex opinione gemina reperitur. Si realis ad librum de anima ubi de animæ potentiis agitur pertinet. Ex natura nanq; actus facile intellectus quomodo talis eſt relationis fundamentum cognoſcitur. Si rationis relatio, tunc ad logicum pertinet, cuius eſt uerum falſumq;, poſſibile, ac impoſſibile, omniſq; alios compoſitionis modos conſiderare. Similiter & de ueritate incomplexa dicendum.

De primo intellectus obiecto. Deq; ratione ſeu animi conceptu. De cognitione intuitiua & abſtractiua. nonnullaq; ſuper his e Scoti theorematis. X.

ARIA omnino inter doctores de intellectus obiecto ſententia. Verum dixerunt quidam, ut Henricus de Gandauo quod ſupra confutatum, Aliqui ſubſtantiam, Nonnulli ens actu ut Auicenna. Quidam de
a um ut Commentator. Alii rei materialis quiditatem ut Aquinas. Scotus uero antilegomena plerunq; ſentiens ut in rebus ceteris interpolare hos omnis uelle uidetur. Primumq; ad hoc obiectum tripliciter ponit, origine, perfectione, adæquatione, Diuini obiectum intellectus diuinam facit eſſentiam. Create uero pro ſtatu uiæ, ſi originis obiectum, aut hoc confuſum, & hoc uniuerſale quidem uel ſingulare uagum, Aut diſtinctum & hoc eſt ens ex ordine a genere generaliſſimo uſq; ad ſingulare deductum. Si perfectionis obiectum Deum eſſe, licet in conceptu imperfecto adfirmat. Poſt eum que ſunt in uniuerſo perfectiora. Si adæquatiōis obiectum, aut motiuum eſt & hoc rei ſenſibilis quiditas, aut terminatiuum & hoc ens tranſcendens, quod naturaliter attingi poſſit. Quid autem terminare aut mouere intellectum ſit, poſtpaulo dicetur. Adæquatum uero dicit quādo nec ſcientia ſubiectum, neq; item intellectus obiectum excedit, neu ab eo exceditur.

Ratio. Ratio multiplex. Intellectus ipſe primum. Deinde potentia qua componimus & diuidimus. Tertio Synterèſis hoc eſt naturalis quædam in æquo diſcernendo cognitio. Poſtremo mentis conceptus omnis qui ad rem ſeſe tripliciter habet, aut in re ſtatim, proximumq; fundamentum, aut remotum. Si proximum obiectiue ſimul & ſubiectiue in intellectu uerſatur ut primæ intentiones. Si remotum obiectiue tantum ut ſecundæ intentiones. Tertio modo nec proximum neq; remotum ut Chimera. Duplex itẽ

rationis conceptus ex parte rei que concipitur, & ex parte intellectus. Et hec duobus rurſus modis. Vno modo ipſa intellectio conceptus appellatur: quæ illud eſt demum qua intellectus intelligit concipitq; obiectum. Quo ferme modo, ens eſt abſolutum, realeq; ac in qualitatis prædicamento, Secundo modo cognitio paſſiua, qua obiectũ concipitur, & cognoſcitur: quia per intellectionem, quæ conceptus appellatur, intellectus obiectum concipit. Et obiectum rurſus ab intellectu concipitur. Hæc itaq; paſſiua cognitio rationis, eſt ens reſpectiuum: non autem abſolutum. Dum enim intellectus ſimplici tantum intelligentia lapidem adprendit, duo in lapide conſiderat, lapidis primum naturam quem intelligit, & ipſum eſſe cognitum quod lapis ex intellectu acquirit, Quod rationis eſt ens: primum uero reale ut eſt dictum. Quoniam quale ipſum eſt eſſe, talis eſt unitas conſequens eſſe. De Conceptibus autem Scotus in theorematis ſic differit. Primum concipi dicitur quod intellectui adæquatur. Non primum quicquid in primo intellectu includitur. Adæquatio nanq; quod totum non autem pars intellectus ſit, intelligitur. Conceptus eſt qui actum intelligendi terminat. Obiectum dicitur uel intelligibile: uel intellectum. Intentio equiuoce de intellectu & de actu dicitur ſic item & conceptus. Conceptus ſimpliciter ſimplex qui in alios non eſt reſolubilis conceptus. Simplex uero non ſimpliciter qui per ſe unus quidem eſt, in conceptus autem alios reſolubilis, ut genus & differentia, aut materia & forma nihil cõmune, aut unus alium complectitur. Simplex ſi concipitur: perfecte concipitur. Reſolubilis autem imperfecte. Conceptus nanq; reſolubiles aliqui ſunt, nonnulli uero incluſi ut omnium ſingularium conceptus. Omnes nanq; reliqui in his includuntur, & ab his item abſtrahuntur. MOX de intuitiua & abſtractiua cognitione ex Scoto in primo ſententiarum. Intuitiua ſuum primum reſpicit obiectum, ut extra re exiſtens. Actus nanq; omnis primum quidem obiectum: ex quo eſſentialiter pendet habet. Secundum uero ex quo non eſſentialiter pendet ſed in illud primi uirtute tendit, ut i deo eſſentĩa primus actus. Res deinde create ſecundus primus ſine ſecundo fieri poteſt. Secundus uero ſine primo nequaquam. Intuitiua nanq; ſubiectum non quidem exiſtens, aut in ſua exiſtentia preſens, ſed ſpecie tantum præſens reſpicit. Repetam & clarius diſtinctionem. Intuitiua inquam & abſtractiua. Prima eſt rei ut in propria natura exiſtentis: Altera eſt rei non in ſe: ſed in aliquo referente exiſtentis. Prima cauſam ex obiecto extra in re ducit, Viſio ſtatim ex obiecto uiſibili extra in re: non autem ſtatim ex ſpecie uiſibili, quemadmodum libro ſecundo. diſtinctione tertia. Scotus differit, licet ipſa ſpecies neceſſario præexigitur. Ita quod ſpecies in ſenſu priuſquam actus oritur quæ quidem ſpecies quaſi ſenſum excitat & ad actum ſentiendi diſponit. Eſt igitur duorum ordo effectuum congruentia quadam ex eadem cauſa procedẽtium. Abſtractiua uero ex obiecto preſente in aliqua ſpecie cauſam ducit: quẽadmodum imaginandi actus ex obiecto ſit imaginabili non in ſe ſed aliqua ſpecie preſente, ac uirtute imaginatiua exiſtente qui ex ſpecie tantum, non ex obiecto commotus cauſam ducit. Imo nullo modo in rerum natura exiſtente ut patrem meum aut alium qui nuſquam eſt imaginor. Hæc preterea & imperfectior & obſcurior longe intuitiua eſt cognitione: quod in potentia cognitiua cognoſcendi actus eo notior ſit atq; diſtinctior quo ei obiectum perfectius ac melius preſens fuerit. Ariſtoteles nullam de intuitiua: ſed abſtractiua tantum mentionem facit, aiens ut intellectus intelligat, neceſſarium ad abſtrahendos e phantaſmatis ſpecies intellectum eſſe agentem. His itaq; reſpondent eſſe duo obiectiuum & ſubiectiuum. Obiectiuum increatis prius communiſq; ſubiectiuo, non tamen omnino nec nobilius Contra uero in eſſentia diuina obiectiuum qđ habent creature, longe earum eſſe ſubiectiuo præſtantius apparet.

Scotus in theorematis.

Quomodo ſingulare uniuerſaleq; apud intellectum ſe habeant. Quodq; alterum abſq; altero ſatis intelligi nequaquam ualet. XI.

INGVLARE NOBIS IN HAC VITA PAR
s tim eſt intelligibile : partim uero minime . Dicitur enim in ſecundo
de Anima Senſus eſt ſingularium. Intellectus uero uniuerſalium. Præ
terea extremorꝫ dñã cognoſcẽs:illa extrema cognoſcit.ergo utrūq. Sic
in eodem libro de ſenſu communi arguitur. A ſingularibus nanq ut a notioribus ad
ſympaſmata diſcurrendo arguit,præterea intellectus ſingularibus nomen tribuit,qui/
bus etiam ſecundas dicauit intentiones. Deniq uoluntas niſi ſingulare cognoſceret,
minime peccaret. Dicendum itaq quod ſingulare a nobis uiatoribus ſingularitatis ra
tione nequaq̃ intelligi:nec item a ſenſu percipi poteſt,quia perſpectiua potentia rem in
nobis qua eſt potentiæ noticia cognoſcit.Hec ab obiecto mouetur: ſingularis autẽ na/
tura ſingularitatis modo minime mouet,quia non adſimilandi, ſed diſtinguendi po/
tius & limitandi principium exiſtat.Si arguis quemadmodum actiones ſint primum
ſingularium. Reſpondeo ut in primo metaphyſicæ dicitur. Illud eſt primum quo : nõ
quod Hoc eſt in ſingulari natura. Singularitas enim ut cauſa ſine qua non concurrit,
Eo ferme modo quo color niſi in quantitate non uidetur. In ſingulari nanq duo con/
ſiderantur. Ipſa primum ſingularitas quæ Heccheitas ut aiunt uocari poteſt . Deinde
natura ſingulari ſubiecta,quæ quidem indifferẽs exiſtit. Ergo intellectus pariter ac ſen
ſus ſingulare ſecundum naturæ unitatem cognoſcet . Quæ quidem unitas numerali
unitate minor:uniuerſali autem unitate prior exiſtit. Singulare igitur in hoc uitæ ſtatu
per lineam reflexam ſe ad phantaſmata nequaq̃ conuertit ut in tertio de anima dicitur.
In phantaſia nanq ſpecies tribus modis ſingulare referunt. Primo ut indiuiduum ua/
gum in quod intellectus primum cognitio fertur . Vbi in qua ſpecie,uel ipſius accidẽ/
tia ſint ignoratur . Ex quo tale ſubiectum cum accidentibus confuſum admodum in
mente uerſatur. Secundo naturam abſolute refert. Quando ſcilicet intellectus uniuer/
ſale abſtrahit & in naturam eius tantum minime ſingularitatem conſiderando fertur.
Tertio modo naturæ conſiderationem ad circunſtantias accidentales reflectendo . ut
hic/nunc/figuram/colorem. Hec demum diſtincta cognitio & conceptus non ſimpli/
citer ſimplex ſicuti eſt ens dicitur. Neq item ſimpliciter quiditas ut homo, ſed tantum
conceptus per accidens qui in hac uita eſt omnium clariſſimus. Species igitur impreſ
ſa primum naturam in ſuppoſito uago refert. Deinde naturam abſolute poſtremo cũ
accidentibus naturam. Rurſus primo modo ad cognitionem abſtractiuam. Secundo
& tertio ad intuitiuam pertinet. Vnde correlarium exit quod ſicuti obiectum primo p
ceptum ſenſum adæquat:non primo perceptum non adæquat. ut bipedale totum ui/
ſum & quum ex parte uidemus. Similiter & de intellectu . Quum ſpecies intelligitur ut
homo:ipſa quidem ſpecies tota intelligitur,& intellectum omnino adæquat , quum ſit
primo intellectum. Sed partes eius genus & differentia:neutrum ipſorum per ſe intel/
lectum adæquat,nec propterea primo intellectum. Artifex prius domum in ſuppoſito
uago intelligit,deinde per accidens domum hanc,quia domus naturam per ſe intelle
ctam ſequitur ſingulare in eſſe:unde ſingulare per accidens facit . Cognito nanq uni/
uerſali ſingulare per accidens intelligitur. Enimuero per ſe nec ſingulare.neq item uni
uerſale ullo modo deprenditur. Rurſus inquam uniuerſale prius intelligimus: & pri/
us hominem q̃ hunc hominem. Singulare ſimpliciter in primo obiecto habemus, na
turam tantum intelligendo. Nam obiectum compoſitum partim componendo : par/
tim diuidendo intellectus quidem diſtinguere poterit. Confuſa nobis prius diſtincte
cognoſcuntur. Omnis nanq ſimplex adprenſio confuſi primum eſt uniuerſalis ſicut
in ſenſu ita & in intellectu:licet confuſi eſſentialis diſtinctio quædam oritur, ut album
procul uiſum coloratum tantum.non album apparet,qui non niſi confuſione uniuer
ſali non autem eſſentiali cõcipit. Nam quod uidet:uerum eſt quidem atq diſtinctum.
Illud quoq non ignorandum quemadmodum uniuerſale aliquid in rebus nõ eſt:ſed
tm̃ apud intellcm̃:cõtra platonicas ideas,pterea cognitu pticulari difficilius . Quo.n.

quis & intellectu & uoluntate eſt uniuerſalior,eo diuinæ perfectioni propinquior.

Cauſa principium elementum quomodo inter ſe differant,Q uot genera,deinde mo
di cauſarum. XII.

R I A hec originem ordinemq; ad rerum initia quendam referunt: alia
tamen alii Elementum omne cauſa eſt uel principium. Omnis item cau/
ſa principium,ſed non omne principium cauſa aut elementum. Nec cau
ſa omnis elementum. Q uamobrem principium cõmune: magis q̃ cau/
ſa & cauſa q̃ elementum. Nam in diuinis filii principium eſt pater:nõ au/
tem cauſa. Principii nomen ordinem quendam refert. Ex quo in magnitudine:in mo
tu,in tempore reperitur ut corporis principium caput. Et nauis a prora in puppim na/
turaliter moueri. In tempore:qum quis currere incipiat. Deniq; tot modis principiũ,
quot & cauſa dicitur. Elementum quattuor conditiõibus in quinto metaphyſicæ ſcri/
bitur. Prima ex quo aliquid primo componitur. Deinde ex primo. Tertia in exiſten/
te,poſtrema in ſpecie,aliam in ſpeciem diuiſibili. Q uoniam uero hæ omnes condi/
tiones in literis,dictionum comparatiõe & in corporibus ſimplicibus mixtorum cor
porum reſpectu conueniunt,ideo elementa nuncupantur. DEinceps de cauſa. Cuius
nomen qum equiuocum ſit,nullam habet aliam ad noſtrum propoſitum definitionẽ
niſi per quam aliud eſt cauſatum. Ex quo ſequitur quod nihil ſuiipſius eſt cauſa. Gene
ra cauſarum quattuor,materia,forma,efficiens,finis.que his propoſitionibus deſigna
ri poſſunt. Ex. Per. Ab. Propter Preterea materia & forma principia ſunt mixti & cauſa
ti partes & ita nullius ſimplicis tales exiſtunt. Ambæ interſe ſunt eſſendi cauſæ uel ſim/
pliciter ob formam ſuſtantialem,uel ſecundum quid ob accidentalem. Finis autem
& efficiens extrinſecæ ſunt ac interſe ſimiliter reſpondentes. Nam efficiens principium
eſt motus. Finis uero terminus. Rurſus materia in naturalibus itemq; in artificialibus
propinqua & remota. Forma extrinſecus & exemplaris ut libri:aut ipſe deus. Intrinſe/
cus autem aut ſuſtantialis aut accidentalis. Finis omnium præſtantiſſima,atq; optima:
ultima executione,prior intentione. Fines ſubordinati plures ab eodem poſſunt artifi/
ce intendi,habet continuo boni ſiue ueri ſiue apparentis rationem. Cauſa efficiens ut
ait in ſecundum de phy. Egidius per motum,duplicem habet effectum. Vnum ſtatim
ipſum fieri. Alium per interuallum.factum eſſe primo modo cauſa & effectus ſimul
exiſtunt. C A V S A inſuper & cauſatum per modos diuiduntur. Actu & potentia
uniuerſali & ſingulari per ſe & per accidens. Simplici & compoſito. In actu quidem
ut ædificator actu. In potentia uero qum non ædificat. Sic item & de effectu. Quædam
ſimplices ut quando una tantum agens cauſa ad effectum concurrit. ut nauis nauem
trahens. Q uædam compoſitæ ut plures nauem trahentes. Item per ſe ut ædificator ædi
ficat. Per accidens ut muſicum ſiue album ædificat. Aedificatori nanq; muſicum ſeu al/
bum eſſe accidit. Item quędam eſſentialiter,nonnullę accidentaliter ordinatę ut ſol &
homo ſunt hominis cauſa. Exemplum ſecundi. Pater & auus ſunt filii cauſa. Hæ nanq;
dupliciter differre ſolent primum in eſſentialiter ordinatis: alterius & ordinis & ratio/
nis & ſpeciei eſt cauſa,quia ſuperior eſt continuo perfectior. In alteris uero non item,
ſed eiuſdem ſemper ſpeciei & rationis. Deinde in primo modo cauſæ neceſſariæ qui/
dem & ſimul conueniunt & infinitæ non ſunt. In alteris non neceſſario requiruntur,
eſſe tamen infinitæ poſſunt. Ex quo illud in ſecundo metaphy. uerum apparet: ubi diſ/
ſeritur,quod in omni cauſarum genere ſtatus terminuſq; eſt. Alioquin ſi infinitę ut in
accidentalibus eſſent,actu infinitum daretur,quod ſane fieri non poteſt. Q uod autem
eiuſdem effectus plures poſſint eſſe cauſæ in quinto metaphy. ſatis oſtenditur: Et hæ q/
dem eiuſdem generis & ſpecies,ſiue efficientes: ſiue aliæ quelibet: ut duo homines
nauim trahentes. Item diuerſi generis & ſpeciei ut ſol & homo generant hominem.

Quum item una materialis & altera efficiens. Dicitur & propinqua & remota: per primã cognitio pp quid eſt: p alteram remotam: quia ut in primo poſteriorum dicitur.

De finali oĩum præſtantiſſima. Nonnulla demũ e Scoti theorematis repetita. XIII.

OX de finali que omnium eſt prima nobilitate Nã & efficiens & formalis & materialis. Omnes deniq; ad finalem ut ad primam reducuntur. Finis enim non cauſa finalis efficientis: ſed effectus ipſius eſt finis. Sic enim illud intelligi ſane poteſt. Agens ob finem agit Finis igitur ut intentionis habet eſſe nobiliſſima cauſarum eſt ut autem effectus quoad extrinſecus realeq; eſſe lõge alius. Nam lapis in dei & arca in artificis mente eſſe quidem immateriale præſtantiuſq; habẽt. Extrinſecus uero in re materiale. Primum itaq; cauſæ rationem habet. Idcirco eſſe nobilius finĩ reſpondet. Secundum uero non cauſæ ſed cauſati rationem. Ex finibus item alius in rem: actionemq; tranſit exteriorem ut natura ob finem ideſt formam agit & ædificator ob domum. Alius uero intus remanet ac per intellectus rationem ſupponitur ut Deus. His igitur enarratis pauca e Scoti theorematis addenda. Cauſa naturaliter prius cauſato præterq̃ in relationibus & in forma: quãdoq; & fine: quæ ſane per motum fiunt: quibus materia & efficiens tempore ſemper præcedunt. Cauſa q̃to prior, tanto perfectior. Cauſa ſecunda, quod uirtute propria nõ poteſt: primæ uigore aliquid poterit. In quolibet cauſæ genere prima plus uirium poſterioribus habet, plurium item cauſatorum eſt cauſa. Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Finis & forma intus & extra. Intus quanto plurium, tanto perfectior. Extra eo melior quo paucorum. Vnius cauſæ ſolius ac ſeparatim unus tantum eſt effectus. Nec enĩ ſol ſtatim nullo medio hominem edere unq̃ poterit. Ex quo neq; ipſe deus humana ratione præter unum effectum edere: neq; item extra cauſarum ordinem aliquid proferre ualebit. Cauſa prior ac perfectior cauſato: quod ex cauſa hoc pendeat. Plures habentes cãs: effectus ſunt longe pfectiores ut ad hoĩs generatiõem plura q̃ uermis concurrũt.

De cauſis contingentibus & neceſſariis quomodo differant Fortuna & caſus cauſæ p accidens. Deq; ineſſe ac de poſſibili cauſis pariter & effectibus. XIIII.

VPLEX omnino contingens. per accidens: ac per ſe. Primum ex naturæ parte: alterum uoluntatis. Effectus enim contingentes ex naturæ parte. Quando cauſam per ſe neceſſariam, ac remotam cauſa accidentalis ac propinqua comitatur atq; impedit, ut plantæ uulnus uegetationem effectumq; ſolis impedit. Conditiones huic quatuor: prima quod ex altero prouenit non bene diſpoſito. Deinde ſecundum quid non autem ſimpliciter: in alicuius tantum non omnium cauſarum ordine. Tertia priuatiua, non autem poſitiua ſit: quum aliqua deficiente cauſa accidere ſoleat. Poſtremo quod intrinſecus tantum. Alterum per ſe contingens eſt humanæ tantem uoluntatis & actionis cuius effectus uel quocunq; impedimentõ euenire, ac non euenire poteſt. Tondemq; primæ contrarias conditiones omnino retinet. Præterea minus primo manifeſtum: minuſq; cognitum. De hoc in quinto de trinitate Auguſtinus Duo inquit fratres corpore pariter pulchri adſpectes: alter bene, alter uero male adpetit Similiter ex concertantibus alteri nulla ſepe de cauſa quis animo fauet. In ſecundo de auditione phy. prima actiua principia in naturam & uoluntatem referuntur. Vbi duæ cauſæ per accidens mouentes ponuntur. Caſum ſecundum naturam. Fortunam ex propoſito & optione: quum aliud eligitur, aliud euenit. De quibus alias in tractatibus mihi latius dicitur. Si autem horum cauſa quæratur nulla prorſus: niſi quemadmodum efficiens illico cauſa primum ex ſe abſq; ulla cauſa media produci: aliogn in infinitum progredi eſſet. Sic cauſa actiua citra mediũ ad

propriam ſe ſtatim actionem habere uidetur. Vnde calidum calfecit quia calidum. Ita
uoluntas uult: quia uult, non uult q̃a nõ uult. V T autem clarius res hæc innoteſcat, ſic
rurſus dicimus. Contingens omnino tam ex cauſæ q̃ effectus parte inter hec duo ut a/
runt. De ineſſe & poſſibili hoc eſt inter certum & poſſibile apud ſummam dei proui/
dentiam uerſari. In primo nanq; modo rem fieri aut non fieri certum eſſe ac decretũ.
In altero uero poſſe fieri ac poſſe non fieri conſiſtere. Q ui ſane modus primum con
ſequitur, ab eoq; nunq̃ diſcedit. Ex quo euenit ut quilibet effectus contingens anteq̃ in
eſſe prodeat, in eſſe ſit certo. Nam licet contingens apud deum attamen certum. Ita ni
hilominus certum ut quum liberum uolendi ac nolendi ſit prorſus arbitrium: res eue/
nire quidem, ac non euenire facile poteſt. Q uamobrem in contingenti de ineſſe qui/
dem certa, De poſſibili autem incerta deliberatio fuerit. Hec nanq; duo inter ſe cõiun/
cta ſecundumq; prius & poſterius diſtincta ac ſeparabilia conſiſtunt. Q uod autem in
primo periherminias dicitur de futuris contingentibus non eſt determinata ueritas,
quoad nos uerum profecto, apud aliquem tamen intellectum certa quidem, ac deprẽ
ſibilis. ergo per ſe determinatam eſſe oportet. Cauſa contingens & neceſſaria hoc diffe
runt, quod altera incerta: & ad effectum incertum ac de poſſibili, non autem de ineſſe
inexplicata. quoniam uel agit, & tunc ad agendum certa eſt, uel non agit, & ſic ad non
agendum. Neceſſaria uero cauſa eſt & de poſſibili & de ineſſe pariter explicata, quod
neceſſario agat & non agere nequeat. Vt autem ſit contingens, opus ut & de poſſibilis
ſit omnino inexplicata, quia quod poteſt ac rurſus non poteſtud demum contingens.
Effectus quum ineſſe poſſibili ſunt, contingentes exiſtunt, ante uero q̃ ſint, nec contin/
gentes, neq; ſane neceſſarii. Q uod igitur & de ineſſe & de poſſibili deliberatum certũ
ue, ut ueniat eſt neceſſe: non autem de ineſſe tantum. Licet enim effectus contingens
eſt de ineſſe certus de poſſibili tamen non exiſtit. Poſt hec locus in quinto metaphyſi/
cæ ſoluẽdus ubi quemadmodum neceſſaria ſibi cauſam habent, ſcribitur. Neceſſaria
ſane hypothetica & complexa intelliguñtur. Neceſſariorum duplex omnino diſtinctio.
Complexum ut propoſitio neceſſaria ſiue principium ſeu ſympaſma fuerit. Deide in
complexum ut deus & intelligentiæ. Secũda diſtinctio. Neceſſarium abſoluta ſimplex
q; quando tam antecedens q̃ conſequens ſit neceſſaria. Verbi gratia. Si deus eſt, bo/
nus eſt. Vel ſi homo eſt animal, ſenſibilis eſt. Secundum quid ſiue hypotheticũ. Q uã/
do conſequens minime neceſſaria niſi poſita antecedente fuerit. Vt ſi homo currit, mo
uetur. Reliqua uero que de contingenti & neceſſario dicenda erant in aliis de inſtitu/
tione chriſtiana commentariis mihi narrantur. Hæc itaq; cruda rudiaq; rurſus dolare
abſq; nobilium doctorum ea ponentium ſententiæ detrimento mihi uiſa non ſunt.

De eodem & diuerſo quomodo quadruplex habeat oppoſitio. Q uomodo de priua
tione ad habitum mutatio fit. XV.

D E M & diuerſum ſub ente cõprenſum ſupra mihi. Ariſtoteli uero in
poſt predicamentis ponitur. Contradictio. Contrarium Priuatio Relatio
Quorum ratio ſic ſe habet. Opponitur aliquid alicui: quod ex altero pen
deat ut relatio, aut ratione remotionis tripliciter. Remouet enim alterum
nihil relinquens, ut negatio, uel oppoſitum remouet, ſubiectum uero re/
linquit ut priuatio. Aut deniq; ſubiectum & genus ut cõtrarium. Quamobrem aliqua
interpoſita medio dicuntur oppoſita, nonnulla uero abſq; medio. Q uanto igitur extre
ma a medio diſtant, eo magis opponunt. Cõtradictorioꝝ extrema uera reddere: ẽt di
uine potentiæ nõ licet ut idẽ ſimul eſſe & nõ eſſe. At bene cõtraria licet. Diuina nãq; po
tẽtia ſũmũ calidũ, ſũmũq; frigidũ i eodẽ facere ſubiecto ualet. Nã hec ſuis priuare actio
nibus facile poterit: ut ſic iter ſe nec remittant, neq; ĩtẽ corrũpant. Ex quo i primo de au
ditione phy. dicitur. Q uẽadmodum reꝝ generatio ex cõtrarietatibus puenit. Contra/
ria ut ex prædicamentis & ex decimo metaphyſicæ colligitur: arcto latoq; uocabulo
ſummi ſolent. Arcto quidem multifariam. Primum quod eadem genere, diſtincta

uero ſpecie ſint. Deinde extrema omnino poſitiua, in quo ab oppoſitiõe priuatiua diſtaſe ſunt uiſa. Tertio maxima contrariorum diſtãtia. Item quod unum uni ſit ſoli cõtrarium. Poſtremo quod idem ſubiectum ſeu medium per uices ac ſucceſſionem utriuſq; ſit medii ſuſceptibile: niſi alterum ſit ex natura. Sed & præter naturam diuino tantum prodigio ignis amiſſo cãlore frigidus effici poterit, ut ſupra narraui. Si autem cõtraria lato accipiantur uocabulo, ſic ab aliqua dictarum conditionum deficiet. Quo ferme modo in ſuſtantia contrarietas eſt. Suſtantialium nãq; formarum repugnãtia lata quidem quidem eſt non ex priuatione neq; ex habitu aut relatiõe oppoſita. Item in ſubiecto diuerſo ut ignis & aqua. Deinde contrariorum ſuſceptiua in potentia ſunt, ut ſanatiuum & egrotatiuum. Item quando ſunt in potentia ipſorum contrariorum actiua uel paſſiua ut calefaciens & frigefaciens calefactum & frigefactum. Contraria igitur ut in.x metaphy. ſcribitur omnia differentia ſunt. Nam & contrarietas differentia pe ſecta Plus.n.& minus dicitur. Maxima in his eſt, quæ ſunt in eodẽ ſuſceptiuo hoc eſt eadem materia eodemq; genere plurimum differentia. In unoquoq; genere maximum & perfectum aliorum eſt in eodem genere menſura: cuius non eſt exceſſus nec ultra tendere. Ex quo ultimæ differentiæ nec generantur neq; corrumpuntur aut tranſmutantur: nec ſub prędicamentis propterea comprenduntur, ut album & auum. Media uero in eorum ſunt genere quorum ſunt media. Media nanq; dicimus quæcunq; prius permutari oportet quod permutatur. ut ex albo prius ad Puniceum deinde pliũbeum q̃ ad atrum uenire neceſſe eſt. Negatio quanq̃ non ens dicitur: apud tamen intellectum, ut in quarto metaphy. diſſeritur: diſtinctam habet ab adfirmatione cui opponitur formam. Forma enim ſiue formalitas objectiua eſt ratio in re & ab intellectu adprenſa ex rei natura. Intellectus igitur modo intelligendi actum terminare ualeatnon ſemper ut moueatur eſt opus. Citra.n. motum q̃nq; terminatur & itelligit. Sicuti & de relationibus dicitur quod ex altero pendeant: & abſolutum aliquid non exiſtant Similiter & proprietates accidentales quod rationem quid non habeant, intellectum qdem minime mouent: terminant attamen. Sic item negationes quatenus entia non ſunt. Ita q; ut aliquid moueat: tria ſane requiruntur. Primum quod ſit ens. Deinde quod abſolutum. Tertio quod habeat quid aut eſſentiæ rationem. Ob primum negatiões remouentur: ob ſecundum relationes, ob tertium proprietas omnis hypothetica ſeu perſonalis in diuinis: quecunq; ue alia indiuidualis. Negatio apud Scotum in primo diſti. xxiii. ac. xxviii. quædam extra genus quæ nihil omnino ponit ens quoq; protſus excludit. De hoc dicitur. De quolibet affirmatio uel negatio. Altera in genere: priuans quidem ac aliquid ab aliquo negans: ponens attamen, ut pater ingenitus & ſuſtãtia incorporea aliquid eſt poſitiuum. Sic deniq; infinitas & reliquæ de deo negatiões poſitiuæ intelliguntur ut idem in primo di. xliii. clare teſtatur. Negatio rurſus adfirmationem aut complectitur, aut excludit. Verbi gratia. Hæc negatio Homo non eſt aſinus, duas reſpicit adfirmationes, unam excludit ut homo eſt aſinus: alteram complectuur ut homo eſt homo. Primo modo ut ex libro per hierminias dicitur uni adfirmationi una tãtum negatio apponitur. Secundo modo plures ut homo non eſt homo. Opponuntur nempe illæ omnes. Non eſt aſinus non leo non draco & reliqua. Qum autem complectitur adfirmationem negatio nullam habet formam ſeu formalitatem diſtinctam contra uero qum excludit. Igitur metaphyſicæ ſubiectum & intellectus obiectum, ac formalitas, æque ſe ad omne ens tam poſitiuum q̃ negatiuum extenduntur. Nam ens utrũq; quadam complectitur analogia, potiſſimum uero poſitiuum. Poſtremo quod in libro poſteriorum primo dicitur non pretereundum. Quemadmodum inter duo contradictoria medium dare non eſt. DEinceps de priuatione & habitu. Priuatio nãq; & negatio differt, quod hæc alicuius formæ abſtractæ in quocũq; ſubiecto ſiue apto ſeu non apto abſentia eſt: priuatio uero in apto tantum. Deinde nulla negatio, ut a priuatione diſtincta extra intellectum eſt formaliter exiſtens, priuatio uero nequaq̃: q̃uis

dſiæ extreme Media Negatio. Quod terminare, q̃d ue moueſ itellcm̃ ſit.

nonnulli contra ſentiant.quod formarum priuationes extra animam realiter non exi/
ſtant.Q uo ad dei cognitionem palam eſt quod nulla negatio,aut priuatio extra intel
lectum exiſtat,qui qum adfirmationes de eo oppoſitas minime intelligat:ad concipiē
das negationes omnino mouetur,ſed negatio ut in quarto metaphy.dr̃,ens nō eſt.Tri
pliciter nanq; non ens uno modo qum ens penitus negat:ut fictum aliquod aut com/
mentum.Deinde qum ens aliquod certum negat:quod tam de ente q̃ non ente uerū
apparere pōt ut non homo.Tertio non quod aliquid ens neget,ſed de ente dicitur cer
to,ad aliquid alioquin apto quo caret.Q uo ſane modo priuatio non ens dicitur, nō
item primis duobus.Priuatio item eſt principium:plus enim in ſe principium q̃ cauſa
retinet.Puntum eſt principium:linea cauſa:Principium qua dicit ordinem,priuationi
minime conuenit.Igitur priuatio principium eſt in fieri uel quoad fieri in qualibet trā
ſmutatione naturali.Item priuatio non proprie diſtantia a materia dicitur:ſed nō idē.
Hæc uero identitas relatio quædam eſt.Illa theſis quæ in x.metaphy.ſcribitur nō igno
randa.Q uemadmodum de priuatione ad habitum eſt mutatio.Q uod ſane quomo
do intelligendum tribus diſtinctionibus enarrabo.Prima quidem quod motus ē du/
plex acquiſitionis & perditionis.Per formam aliquid poſitiue acquirimus quod lato
uocabulo generatio dicitur ut qum ignis:uel album generatur.Per alterū uero aliqd
perditur ut murus ex albo in non album,quod lato item uocabulo corruptio dicitur.
Hi tamen duo in terminis differunt.Nam in acquiſitione motus a quo:priuatio eſt.
Ad quem uero habitus.In altero contra.Diſtinctio ſecunda duplices item ponit mo/
tus.Primos.ſ.& concomitantes.Primi ſunt habitus & priuatio qui ut in quinto de au/
ditione phy.dicitur pugnantes interſe ſunt.Concomitantes ſunt totidem illis adnexa
contraria.Nam atro eſt albi priuatio adnexa & contra.Q uando ergo ſubiectum ali/
quod de atro fit album ſi motus illi ſecundum primos terminos conſiderantur a non
albo in album & contra.Si ſecundum comitantes,ex atro in album & contra dicitur
eſſe.Tertia diſtinctio duplex priuatio quæ ad ſubiectum ordinem habet:nec id media
forma reſpicit ut hoc modo tenebra medium reſpicit.Q uædam uero quæ ordinē ad
ſubiectum:media tātum forma habet,quatenus illis eſt formæ corruptio ut cecitas o/
culum,medio tamen uiſu reſpicit:& mors corpus media uita.Nam ut in primo Sco/
tus ait.Dato quod nunq̃ lucidus fuiſſet aer:erit nihilominus tenebroſus.primo itaq;
modo tranſitus uel motus ſicut eſt:de habitu ad priuationem,ſic item contra eſſe pōt.
Aer enim de lucido tenebroſus & rurſus contra fit.Sic etiam de forma ignis ad priua/
tionem materia tranſit.Et rurſus a priuatione ad ignis formam:unde eſto quod nulla
quandoq; in materia forma fuiſſet,eſſet nihilominus cuiuſcunq; materiæ ſuſceptiua.Si/
militer quoq; de forma quacunq; quæ p naturalem formam potentia acquiritur:eſt ſer/
mo.Vnde in quinto de phy.audi.probatur quemadmodum.Q uies eſt motus priua/
tio illa quæ in termino eſt a quo.Præterea ueritas illa in priuatione,ſecundo modo lo
cum habet.Poteſt item prior dici habitus per agentem:Priuatio nanq; per habitū cogno
ſcitur,licet ineſſe habitum quando priuatio præcedit.DEinceps de Relatiuis pauca.In
his aliud refertur aliud terminat,ut in quinto metaphy.dr̃.Dupliciter oppoſita relatiue
dicuntur.Primum mutua.Q um utrunq; ipſorum per ſe habitudinem ad alterū habet
ut pater.Non mutua.Q um ipſorum alterum tantum ad alterum & non contra habi/
tudinem habet.Q uo ferme modo creatura ad deum,& ſcientia adſcibile:non autem
contra refertur.Sic demum potētia ab actu innatur,& ad actum refertur.Ex quo illud
in nono metaphy.uerum apparet ubi dicitur quod actus ſecundum rationem potētia
prior exiſtit.Tertium relationis genus lato uocabulo ad omnis ſimilitudines compa
rationeſq; ſummitur.Præterea agentia & patientia & omnia quocunq; modo ex altero
pendeant,inter quæ ſeptem prædicamenta conſiſtunt.Alia relatiōis diſtinctio.Realis
& rationis.In reali extrema non ſunt idem.In altera ſecus.Relationum conditiones
ut medio ſui generis & ſubiecto careant.Vt alterum oppoſitorum ponat:reliquum ne

De priua
tiōe ad ha
bitum mu
tatio.

ro non deſtruat, quia poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. Abſolutam & reſpectiuam inter entis diuiſiones ſupra nominatur. primum tria illa genera complectitur ſcilicet ſubſtantiam quantitatẽ qualitatẽ. Reliq uero ſeptẽ reſpectiua relatiuaq; ſũt, extrinſecus tñ aduenientia. Relatio uero intrinſecus ẽ ea que ꝓprie dr̃ ad aliqd & q̃ fundamẽto & termino poſitis neceſſario prodit ut paternitas & filiatio ſimilitudinem referunt. Sed extrinſecus nõ ad modum neceſſario extrema poſita ſequitur actus. Ita quod per aliquam potentiã fundamentum & terminus poni quidem ualent, relationis tamen actus non exit ut de agente ad paſſum. Poſſibile nanq; ignem ſtupamq; adponere: flagrationem tamen non ſequi. Poteſt rurſus cum flagratiuo cremabile ſimul eſſe nec tamen ardere ut de tribus pueris euenit.

De diſtinctionibus & quæ ſint in mentis conceptu rationes quas Scotiſtæ Formalitates appellant: earumq; inter ſe comparationes. Quæ ſit proprietatis ſeu paſſionis a ſuo ſubiecto differentia. XVI.

m AXIMA pars hæc ſpeculatiuæ ſcientiæ, diſtinguere & definire. In his ois phorũ ac diſputantium uis conſiſtere uidetur. Et nerui pariter & oſſa ꝑſcrutandæ ueritatis & omnis enigmaticæ, obliquæq; aduerſariorum ſubterfugiendiq; ac decipiendi uiam deprendens diſciplina quædam apparent. Qui enim recte diſtinguit, minime uerbis: minime equiuocationibus errat: omnia q̃uis difficilia facile reſoluit. Quamobrem in his plurimum ille appellatus ſubtilis operæ cõſumpſit. Ita ut librum de formalitatibus ederet, qui quanq̃ ad uerſus Aquinatem cõmentatio uideri poteſt: eius attamen ſequentibus doctrinam admodum in precio. Aquinas enim Ariſtotelis auctoritatem in quinto metaphy. ſecutus, nihil entium potuit quin aut intellectu ꝑ conceptum teneretur, aut extra in re conſiſteret. Vnde rationis & realem tantum entis poſuit diſtinctionem. Eadem ꝑfecto ſuphis quæ ille ac plura forteſſe cõmentaturus niſi diſcentium utilitati ꝑ ſcientiæ facilitatẽ, longas tollendo ambages potius q̃ ambitioni ꝓpriæ conſuluiſſet. Ille igitur ſeptẽplicẽ hanc poſuit. Rõnis. Ex rei natura. Formalem. Realẽ. eſſentialẽ. Subiectiuam oino, obiectiuam oino. Formalitas ut ipſi aiunt nihil eſt aliud q̃ ratio ex rei natura cõceptibilis ut illa diſtinctam habere formalitatem quæ diſtinctũ in mente cõceptum generant habere dicantur. Hec itaq; ex ordine ſe hñt atq; includũt. Diuiſio: diſtinctio: nõ identitas. Ois nãq; diuiſio eſt diſtinctio nõ contra, quod hæc in corporeis nunquam materiam & q̃titatem ſequantur conſiſtit. Diſtinctio etiam in ſpiritalibus nõ item contra. Omnis non identitas eſt diſtinctio. Nam diſtinctio, qua relatio, poſitiua quidem ẽ, extrema quoq; poſitiua fundamẽtum. ſ. & terminum ſupponit. Ex quo ſequitur quod inter priuationẽ & habitum ſeu inter negationem & adfirmationem minime fundatur. Sed non identitas tantum. Vnde Socrates a chimera negatiue, non aũt ſuppoſitiue diſtinguitur. Adhuc ẽt clarius. Ratio duobus capitur modis Formaliter & obiectiue. Prima in actum primum & ſecundum diuiditur. Primus intellectus eſt potentia quædam qua uniuerſalia, aut cogitatiua qua particularia cognoſcimus. Secundus eſt ipſe diſcurſus, actuſq; intellectus. Obiectiua uero ipſum eſt obiectum quod potentiæ ratiocinatiuæ obicitur & per actum ipſius attingitur. Talis igitur formalitas Scotica dici poterit. In eius etiã definitione dicitur. Comprenſa in re, & ex natura rei. Aliquid. n. eſt per ſe & ex natura rei intelligibile ut ens reale extra animam: nec ex alio pendens. Aliquid per cauſam & effectum ex actu intelligendi ut ens rationis, & ſecundæ intentiones quæ tandiu intelligentiam habent: q̃diu ab intellectu ꝑ intentiones primas comprenduntur. Formalitas ergo ex natura rei mentis eſt conceptus. Ex quo tot formalitates exiſtũt aut formaliter dicuntur quot de re aliqua ueri conceptus ut de homine uiuens aial rationale, riſibile, & hic homo. Dicitur & ſecundo modo actus quo quis agit ac patitur, ut Socra

tes intellectione intelligit:uiſione uidet. Additur inſuper quod mouendi partes habeat
non ſit neceſſe. Q m̃ ut in tertio de anima dicitur. Obiectiua ad potentiam, ut motiuũ
ad mobile, uel ut terminatiuum ad terminabile ſe habet. Secundum attamen quod ob/
iectum mouendi ratio accidentalis, terminandi uero eſſentialis & neceſſaria eſt, de q̃/
bus mihi in alio loco ſatis explicatio facta. Formalitas igitur illud eſt quod intelligen
di actum terminare quum omnino habeat, poteſt attamen quandoq; non mouere. VT
autem has breuiter recenſeam a prima incipiam diſtinctione rationis quæ per intelle
ctus ſit actum comparatum ſeu collatum ut Socrates eſt Socrates. Alter in hoc prædi/
catum: alter ſubiectum ſola ratione, non autem ex rei natura diſtinguitur. Ex natura rei
eſt ea quæ inter aliqua extrema conſtituitur, de quibus prædicata contradictoria uera
apparere præter opus intellectus poſſunt. Vt ſe habent totum & partes ſuperius & infe/
rius. Abſtractum & concretũ. Totum .n. eſſe conſtitutiuum retinet: partes autem mini/
me. Conſtitutum & non conſtitutum interſe pugnant. Similiter & ſupius præter opus
intellectus ad plura multiplicabile uidetur. Inferius nequaq̃, multiplicabile uero & nõ
multiplicabile omnino pugnantia. Vt autem res hec magis appareat. Totum compo/
ſitum logice, phyſice & metaphyſice dicitur. Primo modo ſpecifica quidem compoſi/
tio ut homo & quodlibet ex genere & differentia compoſitum. Secunda ex materia &
forma. Hæ nãq; partes eſſentiales intrinſecus. Tertia ex actu & potentia. Primo ruiſus
modo inter totum & partes, rationis eſt tantum diſtinctio: quia partes in ratione gene
ris & differentiæ niſi per intellectus conſiderationem & intentionem ſecundam mini
me componunt. In ſecundo eſt diſtinctio non ſolum ex natura rei, ſed etiam realis. In
tertio compoſito metaphyſico tantum eſt natura rei more Scotico, quia inquiunt ani
mal & rationale ut genus & differentia aut actus & potentia eſt. Nam genus loco po/
tentiæ & materiæ. Differentia loco actus ut ait Ariſtoteles, adſignans quomodo com/
poſitum per ſe unum exiſtit niſi quod hoc eſt actus & hoc potẽtia quæ hominem me/
taphyſice componunt & ſunt idem realiter homini. Aquinati uero realiter diſtincta./
Partes autem inter ſe realiter omnino diſtinctæ non quidem exiſtentiæ, ſed eſſentiæ &
quiditatis realitate. Denique hec ex rei natura diſtinctio per quattuor oppoſitionis gene
ra ueſtigatur. Relationis, contrarietatis, Priuationis contradictionis. Diſtinctio forma
lis. Inter aliqua duo uerſatur, quorum unum in primo diuidendi modo per ſe ut in/
ter ſubiectum & propriam paſſionem. Alterum nequaq̃ complectit̃. Hæc itẽ uia q̃dru/
plici ueſtigari ſolet: prima excluſionis, definitionis, qñ diſtinctas habẽt definitiões qua/
rũ alterã una nõ cõplectitur: neq; alteri una partim: aut adæquate cõuenit. Tertia deſcri/
ptionis quarũ deſcriptiones ſunt diuiſæ hoc eſt ex genere & ꝓpria paſſione manifeſta/
tiones. Quarta demonſtrationis qñ aliquid de aliquo demõſtrabile, de alio uero mi/
nime. Diſtinctio realis. Inter aliqua duo q̃ ſint res & res cõſiſtit. Illa uero ſũt res & res — Diſtictio realis.
quarũ unũ altero manẽte corrũpi põt & cõtra. Vt Socrates & Plato uel quorũ unũ ex di
uina potentia ſine altero eſſe põt ut paries & in eo color. Et oẽ accidẽs ſubiecti compa/
ratione ſui. Illa quoq; res & res quorũ unũ cauſa per ſe efficiens uel finalis eſt & alterũ
per ſe effectus: q̃a idem ſibi realiter eſſe cãm non põt, Illa deniq; quorũ unũ eſt generãs
& alterũ genitũ, Quia ut in libro primo de tri. ait Auguſtinus Nihil ſeſe gignit. Vt in di
uinis pater & filius. Hec aũt quadrupliciter fit. Via generationis quorũ unũ generat: re/
liquo nõ genito. Secunda corruptionis. Tertia originis quum originãs naturã quã ori/
ginatio cõmunicat præhabeat. Qua uia Auguſtinus in primo de tri. utitur. Quare nul
la res ſeſe gignit, quia inq̃t idem prius & poſterius ſeipſo eſſet & natura anteq̃ eſſet præ
haberet. Quarta ſeparatæ exiſtentiæ uel ſubſiſtentiæ. Vt autem huius ratio diſtinctiõis
melius innoteſcat. Realis differentia triplex poni ſolet. Prima eſt eſſentiæ ut ipſa quidi
tas abſolute conſiderata: quedam exiſtentiæ ut eſt in omni prædicamento, aliqua ſubſi — realis differentia.
ſtentiæ & hec in ſubſtantiæ tantum prędicamento. In diuinis autem diſtinctio realis &
una tantum eſſentia, ſecus uero in creatis, que uel eſſentialia realiter diſtinguuntur: nec

de eſſentia falſa & non uera intelligitur. Sic.n.inter chimeram & aliud fictitium diſtin
ctio realis eſſet. Diſtinctio eſſentialis quæ per aliquam potentiam interſe ſeparari ua
lent ut Socrates & Plato, paries & albedo: Sic igitur realis & eēntualis diſtinctio in crea
tis differunt, quia quæcunq; in creatis eſſentialiter, pariter etiam realiter diſtinguntur: &
contra. In diuinis attamen realis perſonarum diſtinctio qum eandem habeant eſſentiā
ſine eſſentiali oino reperitur diſtinctione. Ex quo realis plus hēre ꝗ eſſentialis uidetˀ. Hæc
quoq; modis quattuor deprenditur. Primo generationis in his iferioribus, Corruptio
nis, Sepationis, Dependentiæ & etiam generum & ſpecierum quæ ſunt generibus &
ſpeciebus diſtincta. Diſtinctio ſexta quam ſe totis ſubiectiue appellant: hoc eſt omni
no ſubiectiua. Inter duo extrema quorum realitates diſtinctæ ſunt, & actu ſeparatæ, ita
quod in aliqua realitate ſubiectiua ſeu actu exiſtendi minime cōueniunt. Vt ſunt duo
eiuſdem ſpeciei indiuidua. Nec propterea cum reali conuenit diſtinctione, qm̄ ibi ue
lut hic actu ſeparatio non requiritur. Verbi gratia corpus & anima realiter diſtinguntˀ
quia licet ſeparata minime actu, alterum tamen altero remanente corrumpi poteſt, nō
tamen omnino ſubiectiue diſtinguntur. Subiectiua nanq; realitate conueniunt, qum
ex his unum per ſe ens conſtituitur. Hæc per uiam actu ſeparationis exiſtentiæ in ſub
iecto ut dicitur dignoſci poteſt. Diſtinctio ſe totis obiectiue, hoc eſt omnino obiecti
ua. Inter aliqua duo extrema quæ nullo conceptu reali cōmuni ꝗditate cōueniunt uer
ſatur ut ſunt duæ ultimæ differentiæ. His enarratis declarandum cur hæ diſtinctiones
ſuperuacuæ illis minime uideantur. Nam inter rationis & realem diſtinctionem me
dia eſt formalis & ex natura rei, recte quidem ut illi adfirmant: Res.n. tripliciter capi
tur pro re ſubſiſtentiæ: exiſtentiæ: & eſſentiæ quæ ex ordine alteram altera complectitˀ,
& non contra. quemadmodum ſupra ſatis explicaui. Ex quo ſequitur quod qum res
eſſentiæ in ſingulari ab exiſtentia: item in ſingulari diſtinguatur & in eē obiectiuo, ali
quod eſſe a ſingulari abſtractum habeat: quod eſſe eſt ex rei natura tam in ſingulari ꝗ
in intellectu. Diſtinctio penes rem talem accepta realis quidem nō erit, quia realis in
ter rem & rem exiſtentiæ uel ſubſiſtentiæ oium ſententia uerſatur. Qum igitur eſſen
tia per ſe exiſtens minime ſit, quia de ipſius quiditate exiſtentia non eſt & in ſuo eē: ali
quid ex rei natura habeat, diſtinctio talis minime realis erit, neq; item rationis quia na
tura ut a ſuppoſito diſtinguitur: ſiue ut in ipſo ſeu ut in intellectu obiectiue accipiatur,
eſſe aliquod præter intellectus: imo etiam intelligendi actum habet. Qm̄ ipſa natura
in eſſe obiectiuo ut in ſpecie, uel temporis uel ſaltem naturæ ordine lucet: intelligendi
actum præcedit, qum ipſius cauſa ſit effectiua. Cauſa uero uel natura uel tempore effe
ctum præcedit. Num uero de diſtinctionum interſe comparatione. Quando enim
res realis rei reali, ſeu realitas realitati comparatur & hoc uel ad ſeipſum uel aliam in
uno eodemq; obiecto formali ut quando intellectus colorem & diſgregationem in
albedinem comparat, qum hec omnia cognitionem & intellectum ſupponant: ſunt
uel diſtinctionis uel identitatis omnino fundamenta. Similiter & quando res rationis
rei tali comparatur ut genus intentionis ſecundæ cum animali intentionis primæ, uel
contra. Seu res rationis cum re rationis: diſtinctio ſemper rationis apparet. Quando
item hec ſub diuerſis concipiendi modis comparantur: rationis diſtinctione deducun
tur. Relinquitur dicendum que ſit proprietatis ſeu paſſionis a ſuo ſubiecto differentia
tribus deducta modis. Imprimis ſub prædicamento nō cadit: quia ſi ſpecies eſſet quæ
libet & deinde ſpecies ſpeciei in infinitum progrederetur. Deinde nec ſuſtantia neq; ac
cidens formaliter non eſt. Suſtantiæ nanq; ut in primo poſteriorum dicitur: demonſtra
tio non eſt. Propria item paſſio non accidit, quia per demonſtrationem de ſubiecto p
batur & ex conſequenti ei non ineſſe non poteſt. Quod autem dicitur. Omne quod ē
aut eſt ſuſtantia, aut accidens ſic intelligi poteſt ut idem cum ſuſtantia & idem cum ac
cidente uel aliquid ſuſtantiæ, aliquid item accidentis exiſtat. Tertio a ſubiecto formali
ter & quiditatiue diſtinguitur ut Scotus ait. Præterea proprietas omnis ſeu paſſio, ſine

Proprietatis ſeu paſſiōis a ſuo ſubiecto dĩa

mobilitas,ſiue aliud fuerit:reſpectiuum,non autem abſolutum eſt ens. Omnis nanq; aptitudo illius reſpectu:cuius eſt aptitudo dicitur Reſpectiuum igitur & non reſpectiuum interſe pugnant,ergo ex rei natura. Inſtatur ab aliis & hi præſertim qui Agnatem ſecuntur. Queadmodum:aut eſt diſtinctio per opus intellectus & hæc rationis:aut actus citra intellectus opus,& hæc realis. Reſpõdetur quæ paulo ſupra memini. Quemadmodum realitas arctiori ſummi uocabulo põt. Ita ut inter rationis & realitatis duæ illæ.ſ.ex natura rei & formalis diſtinctiones proportione quadam, ut iter rem & rem intercedant. Quia ex natura rei diſtinctio reſpectus eſt ex propriis rationibus formalibus terminorũ oi remoto intellectus actu puenit,unde eẽntia quoq; diuina, a relationis ſaltem ex natura rei diſtingui ſimiliter & modi intrinſeci ab eo cuius ſunt modi ut Infinitas a diuinitate & finitas ab humanitate diſtinguntur. Huic igitur diſtinctionũ Hebdomadi totidem identitates oppoſitas adſerũt Præterea correlaria ex his octo. Primũ quod ultima diſtinctio ois alias arguit:penultima reliquas ẽt omnis præter ultimã & ſic uſq; ad primum deſcendendo,non aũt contra. Prima ergo ſecundam nõ arguit nec ſecunda tertiam & ſic de ſingulis uſq; ad ultimã aſcendendo. Secundum. Identitates nõ ſicuti diſtinctiones oppoſitæ ſeſe inferunt. Vltima.n.penultimam non arguit & ſic uſq; ad primam deſcendendo. Verum oppoſito ſe habent modo. Nam prima ſecũdum arguit & ſecunda tertiã & ſic uſq; ad ultimã deſcendendo. Tertium. Maior eſt rationis idẽtitas:quia hæc cæteras ois refert,atq; complectitur. Quartum identitas minor eſt illa q̃ obiectiue omnino dicitur qum hec nullam complectatur aliam. Quintum. Diſtĩctio maior eſt quæ dr̃ omnino obiectiua. Minor item rationis diſtinctio quod prima reliquas omnis referat:ſecunda uero nullam aliam. Sextum. Cum diſtinctione rõnis idẽtitas ex natura rei conuenit,Et cum diſtinctione ex natura rei identitas cõuenit formalis & ſic de ſingulis aſcendendo. Vnde animal & homo ex natura rei diſtinguntur. Sicut attamen formaliter idem qum animal homo complectatur. Septimum. Cum diſtinctione obiectiua nulla ſtat identitas. Octauum. Cum identitate reali diſtinctio formalis pariter & ex natura rei conuenit.

Definitio & quiditas quid differant,quomodo ſingularium non ſunt,quod nec quiditas:neq; ſpecies generentur:aut corrumpantur. Quid eſt magnitudo & magnitudinis eſſe. Quod quid erat eſſe apud Ariſto.quid ſibi uelit. XVII.

ES eadem confuſe,ac diſtincte concipi ſolet.i.per incomplexum tm̃ ſola nomenclatura. Deinde per complexum ſeu definitionem. Quod enĩ definitur pluribus uerbis & longa fit oratione ut ait Ariſtoteles. Ois nãq; definitio ut in octauo metaphyſice ſcribitur. Quid & quale:hoc eſt ut materiam & formam habet. Partes eius omnes formæ ſunt:non iñ inuicẽ cõparatæ,ſed definiti reſpectu,quia de ipſo formaliter predicentur. Dicitur & hec græce τ'ετ' i;e thoc eſt. Quod quid eſt. Eadem & quiditas. Sed hæc modo pro priore uocabulo item latiore. Eſt.n.quiditas tantum in qd,ut homo:animal Eſt & perfecta & formalis in quid & quale:ut homo animal rationis particeps. Præterea cognitu,omni eſt definitione & tempore & motu & quantitate prior,quod citra hec cõſiderari facile poſſit & de ſubſtantia tantum dicatur. Definitio etiam de accidentibus. Conuenit attamen per ſe ante omnia ſpeciei:ac uniuerſali compoſitæ. Indiuiduis uero per accidens:quia res diuerſorum generum præter quiditatis rationem complectatur ſ.exiſtentiam:tempus,colorem,& alias proprietates quæ quanto plures:tanto plus entis habent. De definitione diffuſius in ſeptimo metaphyſicæ ubi dicitur. Quod quid eſt idem eſt cũ eo quod quid eſt. Sed contra uidetur. Si idem ergo ſimul generantur & corrumpuntur. Sed in eodẽ libro dr̃ quod nec ſpẽs,neq; quod qd eſt generatur. Reſpõdetur quod ſubſtantiæ tantum & ſpecies. Quod quid eſt habent:que minime corrumpuntur aut ge/

nerantur,non autem accidentia,quoniam hec ſubiectum complectuntur & e ſuſtãtia pendent:licet generis differentiam habent:nec idem ſunt,cum quod quid eſſe.Si ſic eſſet Quod quid eſt hominis albi idem cum homine foret.Sed homo albus niſi alterius partis ratione que ipſa eſt ſuſtantia non ſubicitur.Preterea particularia non habent. Quod quid eſſe idem ſibi:quia non niſi predicata ſpeciei in quid habent, nec item cũ ſpecie ſunt idem,quia aliquid quod eſt extra ſpeciei rationem complectuntur.Quod autem in tertio de anima dicitur.Aliud eſt magnitudo & magnitudinis eſſe & caro & carnis eſſe.Dicendum quod magnitudinis & carnis eſſe pro quiditate accipitur & caro pro carne naturam indiuiduam habente,quod eſt particulare uult ergo,quod quid eſt carnis in ſpecie:idem per ſe ac primum cum indiuiduo non ſint.Sicuti nec indiuiduum per ſe ac primo quod quid eſt habet.Similiter & de magnitudine. Quod autẽ quiditas generatur & corrumpatur cum ſuo definito adſentior ꝗdem ſi ſingulare. Vt enim hominis per ſe ſpecies minime generatur,ſic neq; ſpecies ipſa. Vnde Ariſtoteles contra Platonem non generatur canis qua canis,ſed in particulari. Speciei ꝗditas idẽ cum ſingulari non eſt:quia ſingulare ſupra ſpeciem aliquid ultra ſcilicet naturam indiuidualem exiſtentiam tempus colorem & reliqua ſolet addere.Tunc ſingulare,idem cum ſuo quod quid eſt exiſtit. IN ſecundo de anima forma uocatur. Quod ꝗd erat eſſe,hoc eſt τὸ τί ἦν εἶναι.Eo qđ forma,principalior & abſolutiua definitionis & rei quiditatis cauſa:non quod materia quoq; non concurrat.In ſeptimo autem metaphyſicæ dicitur quemadmodum anima eſt animati ſuſtantia ubi ſuſtantiam pro parte definitionis notiore:non autem pro tota definitiõe ut ipſe poſtea declarare uidetur. Q đ quid erat eſſe appellat.

De motu & mutatione pleraq; ex phyſicis repetita. De continuo. Quomodo in nulla magnitudine principium datur. XVIII.

m OTVS & mobile qua mobile Metaphyſici etiam conſideratio nos ꝑ hec ad initia ſcientiæ naturalis diſcurremus,cuius ſane ſubiectum ut omnis fere doctorum ſchola ens mobile poſuit Aquinas. Quem nonnulli uellicantes non mobilitatem,ſed ſuſtantiam finitam in ſuo conceptu cõmunis qua naturalis eſt primum ſubiectum.illud uero ſupra narratum ſecundum dixere:Sic rem defendentes ut enim duplex potentiæ obiectum ſic ſane ſciẽtiæ ponitur ſubiectum.Primum nanq; potentia Materiale fere quoddam & quantitatiuum habet.Secundum uero formale ac ſpecificum.Sic item in ſcientia metaphyſica Materiale ſubiectum:ens cõmune.Formale uero ens qua ens.Hoc itaq; primum ſubiectum omnis illius ſcientiæ uiutier,ac uim continere.Quod mobilitatis rationi cuenire minime uoluerunt. Non enim mobilitas reſpectus formalis ſeu ratio aut cauſa ſubiecti ut eſt ſcientia phyſica,ſed proprietas ſeu paſſio propria ſubiecti phyſicæ adæquata uerius dicetur.His itaq; ex aduerſo illi reſpondeam qui ſecuntur illum. Nos ad alia properabimus Motus igitur quomodo ſit actus in potentia ſupra mihi alio in loco narratur.Eſt inſuper a termino ſuo realiter diſtinctus. Nam termino acqſito & habitibus in materia preſentibus ceſſat motus ut primo de generatione dicitur. Eſt enim motus ens ſucceſſiuum partis poſt partem acquiſitio ut ait Cõmentator.Motus a quo per prioris perfecti corruptionem fit,in illius termini genere ad quẽ incidit ſaltem ꝑ reductionem reperitur.Eſt enim reductio ꝓpinqua & remota ex quo ſub diuerſis eſſe generibus motus apparet. Eſt inſuper duplex duplicią de cauſa prius ad acquirendã perfectionem ut in his inferioribus Deinde ad conſeruandum ut eſt cœli motus qui ſi forte ceſſaret omnia protinus corrumperentur.Cauſæ nanq; naturales per motum & mutatiões ſuos edere ſolent effectus.Ariſtoteles in poſt predicamentis motum ꝑ mutatione late ſumpſit.In quinto autem de auditione phy.mutationem genus ad omnia

poſuit. Aut enim aliquid de non ſubiecto in ſubiectũ & eſt generatio. Aut de ſubiecto
in non ſubiectum & eſt corruptio. Et hec in genere qdem ſuſtantiæ ſeu mutatio de ſub/
iecto in ſubiectum: quod eſt motus & hic tripliciter, aut in genere q̃titatis ut augumen
tum & diminutio ſeu in genere qualitatis ut alteratio uel in genere ubi ut ſecũdum lo/
cum mutatio. Q uilibet autem motus eſt in eodem cũ ſuo termino genere. Vnde mo/
tus ad quantitatem in q̃titatis ſpecie. De aliis item ſimiliter: nõ tñ quod quantitatis exi/
ſtat ſpecies, ſed per reductionem tantum. Preterea in motu qnque requiruntur. Mouẽs
mobile. In aliquo tempore A quodam in quoddam. Differentia inter relationem mu
tationem motum & actionem. Relatio eſt per ſe terminus motus nec magis aut mi/
nus ſuſcipit Mutatio eſt a ſubiecto in ſubiectum: diciturq; motus, aut a nõ ſubiecto in
ſubiectum generatio uti ſupra narratur. Actio tantum unum preſcribit terminum ad
quem non autem a quo niſi per accidens ut ait Auguſtinus. Si pes ſit æterno in pulue/
re, ſemper ei ueſtigium ex pede cauſam habẽs ſubeſſet. Veſtigium ergo actionis & nõ
mutationis terminus per accidens, quia talis ſimul eſſet ſub utroq; oppoſitorum quod
eſſe quidem non põt. In alterationis uero motu idem ſub utroq; termino ſubiectum
manet. Qum. ſ. quis ex albo in atrum citra ullam ſuſtantiæ corruptiõem mutatẽ. Q uæ/
dam uero eſt minime ſimplex eo ferme modo quo alterata ad formam dicimus ſuſtã
tialem diſponi. Ad q̃titatem item eſt motus ut in quinto de phy. ſcribitur: Augumenta/
tio procul ac prope eſt. Triaq; requirit ut primum ſit aliquo adueniente per quod a ra/
refactione differt. Deinde quod ex alito & alimento unum fiat unde ab aceruo lapidũ
differt. Tertio quod aucti pars quælibet aucta ſit per quod ab inanimatis differt. Nam
quando alteri aliquid additur & in ipſius naturam minime cõuertitur. Vnum & idem
cum eo non facit ut in aceruo lapidum uel in igne palam uideri poteſt cui ſi cremabi
lia addideris non idem numero, ſed alius de nouo generatur ignis. Eſt itaq; proprie in
rebus animatis cauſamq; ex alimento quod per poros ingreditur trahit. Quantitas. n.
metaphyſica ſine motu & accidentibus, phyſica uero cum his. Motus in quantitate p̃ſ
eſt quanis uelut qñ ex minus albo magis ſit album nouam per partes ac ex ſucceſſio
ne quantitas additur. Augumentum a generatione ſecũdum quid differre minime ui/
detur. Nam duplex generatio. Q uædam ſimplex ut quando totum uel pars principa/
lis generatur. Alia ſecũdum quid ut qñ pars aliqua carnis minima gignitur. Sed ſi de
motus q̃titate breuiter reliqua deguſtare quis cupit: qum hæc ex p̃te metaphyſici quoq;
ſint, librum de phy. ſextum percurrat. Ibi naq; quod motum quantitatem eſſe continuã
adfirmet. Imprimis continuum ex indiuiſibilibus ut linea ex punctis nõ componi oſtẽ/
dit: qum rationibus aliis: tum magnitudine, ac tempore quæ item cũ motu ſunt in infi De p̃uo.
nitum diuiſibilia, ac de utriſq; probat. Res nanq; uelox equali tempore maius pertran
ſit ſpacium, Aequale uero ſpacium minore tempore. Q uod nequaquam eueniret ſi
magnitudo ac tempus ex indiuiſibilibus componerentur. Indiuiſibilia nanq; forent,
ex quo uelocius aut tardius nequaquam ex eis prodiret. Hec enim ex diuiſibiliũ par/
tibus procedunt. Poſt hec motum dupliciter deducit uno modo tempore ut trium ho
rarum iter Alio modo per partes ut trium ſtadiorum motus. Mutari rurſus dupliciter
dici. Secũdum alterum ut aliquid in anno mutatur quia in die. Alio modo in aliquo
tempore per ſe primum. Neceſſe illud in qualibet illius temporis p̃te mutari. Ex quo
ſit ut in motu ſicuti neq; in tempore neq; in magnitudine ulla: non detur principium.
Nam ſi principium eſſet aut illud diuiſibile aut indiuiſibile foret. Si idiuiſibile, eadem
ratione, alia pars eſſet indiuiſibilis & ſic in continuo eſſet indiuiſibile immediatum in
diuiſibili. Si uero diuiſibile oportet ut medietas antequam totum pretereatur: & medie
tatis illius medietas ante illam. Sic deniq; in infinitum. Igitur principium dare nõ eſt,
quoniam ante quancunq; partem præteritam: partem rurſus prius præteritum eſt acci
pere. Nã mutarũ eẽ duplex ẽ qdẽ. Primũ actu quŏ res iã pfecta & motus abſolutus, tũc
demũ principiũ dat, Secũdo mõ, mutatiõis potẽtia, p̃tes inuicem p̃tinuans dicitur, tunc

uero minime datur. Quoniam quodlibet mutatum eſſe quod græci κίταμα uocāt mutatio ſeu mutari præcedit & in qualibet mutatione: infinita ſunt eſſe mutata, ſicut in qualibet linea, puncta infinita exiſtunt. Vnde ſicut in linea primum punctum eius partes inuicem cõtinuans dare nõ eſt. Ita in moueri: primum mutatum eſſe: motus partes inuicem continuans minime conceditur. Ex quo hac ordine ſic procedunt. Ante omne mutari eſt mutatum eſſe. Deinde ante omne mutatum eſſe eſt mutari. Ante oē mutari eſt mutari. Poſtremo ante omne mutatum eē, eſt mutatum eſſe. IN quinto autem de phy. de unitate ſcribitur motus: proprietateſq; ſuper hoc aliquot adſeruntur. Vt ſimul ſe paratimq; tangere: primum nullo medio, alterum inter medio. Deinde medium: ut. n. motus perficiatur curſus. Duo extrema & ipſum mediũ requiruntur. Deinde cõſequēter. ut eiuſdem inter ſe generis conſequantur, ut linea lineæ unitas unitati: dato etiã aliquo inter medio modo non eiuſdem generis. Mox habita quæ conſequenter ſunt, ac ſe tangunt. Continua uero quorũ ultima ſunt unũ, hoc quoq; tripliciter. Per colligantiã per contactum, per inſectionem. Ad motus deniq; unitatẽ, & temporis & mobilis & termini requiritur unitas. Omne nãq; mouēs ut dr in. vii. de phy ſimul cum moto aut

Contiguũ contiguum, hoc eſt aliquo intermedio: nam aer ſaltem inter contigua uerſatur: aut certe cõtinuum hoc eſt citra medium aliquod, in oī quidem motus ſpecie eē oportet: Ad quod pbandum narratur quadriſariam motum eſſe extrinſecus. Pulſione/tractiõe/uectione uolubilitate, omnes tñ ad pulſionem & tractiõem reduci. Pulſionis duæ ſpecies, impulſio, qua deficiente expulſio eſt, quæ grecæ ſic uocantur. ὤσισ ἕλξισ ὄχησισ δίνησισ ἴτωσισ ἄπωσισ. Volubilitas quoq; ex tractatione & pulſione componitur quod altera impellat, altera trahat. Sub tractione, rurſus diuerſi comprehenduntur modi. Inſpiratio, expiratio: expuitio. i. ἀ σπνευσισ ἔκπνευσισ πτυσισ. Et quæq; corporũ emiſſiua aut receptiua ſunt ut σπάσισ & κίρκισισ hoc eſt diſſipatio & contextus. Nã oīs ſecundum locum motus: collectione: aut diſcretione conſtat, quas σύγκρισιν καὶ διάκρισιν dicunt. Motus deinde interſe ratione prius & poſterius & cyclici ad rectum: ac ex parte formæ penes quam ſit comparatio conferuntur. Primum. Compara-

Cõparatiõis natura. tio inter uniuoca eſſe oportet. Ideo ſtilus & chorda & uinum in acuto nõ comparantur Deinde in ipſis penes idem ſuſceptiuum. Ideo equs & equa recte penes album & nigrum, qm̃ ineſt eis naturaliter per ſuperficiem. Ex quo hec aqua & uox comparabiles hoc modo nõ exiſtunt. Tertia conditio comparabilium ſit una natura: hoc eſt forma in qua ſit comparatio ſit ſpecies ſpecialiſſima: ex quo dulce & album, inter ſe quidem compari non ualent. Neq; itẽ albũ & atrũ ſecũdum colorem, ſed aliq̃ comparantur alba.

An aliquid ab ſe moueri poſſit. Et de primi cœli motu uaria doctorum ſententia: nec Ariſtotelis ſatis explorata. XIX.

i N nono metaphyſicæ an aliquid ab ſe moueri poſſit diſputatur. Quidã negauere: dicuntq; ſiquid abſe mouetur per partes moueri non qdem eſſentiales ſed qñtitatiuas, quum aliã alio loco diſtincta moueat. Ariſtot. uero quod aīalia ſeſe moueant hoc eſt una pars eſſentialis alterã. i. aīa corpus ſatis oſtendit cuius ego rurſus alio in loco mentionem feci. Libro aũt de phy vii. Aliqd abſe moueri dupliciter intelligi oſtendit: aut ad actũ primũ i ut de nõ eē ad eē trãſeat: aut ad actũ ſcđm hoc eē de nõ agere ad agēdum. Ad primũ itaq; nihil ſeſe mouere quod nihil ſe pducat. Ad ſecũdum mouere ſe qdem aliquid ualere ait, nõ ſolum ex accidente: ut quum uehitur quis nauem: aut equum ipſe mouet, Sed etiam per ſe ut de grauibus ac leuibus patet Deinde nõ eſſe mouētibus ac motis in infinitũ pgreſſum. Sed ad unũ mobile motũq; ſupremũ ueniēdũ. Ex quo de cœli ultimi motu i lib. metaphy. xii. ueſtigat, nõ uſq; quaq; oībus intellectus. Primum mobile duo qdē mouētia retinet, unũ ſeparatũ, qđ ē ipſe deus. amati atq; deſiderati amore mouēs. Alterũ pinctũ

quod eſt intelligentia creata poſt deum ilico: citra medium ratione amantis. Hac itaq; media deus cœlum mouet. Et hæc Auicennæ in ſua metaphyſica de Ariſtotelis opinione ſententia. Aquinas uero illius inquit fuiſſe mentem. Vt cœlum ſtatim citra medium a primo principio quod eſt ipſe deus moueretur. Sed hoc inquiunt aduerſarii nõ eſſe poſſe, quia dixerit, quemadmodum amati ratione deus moueat. Idcirco neceſſe ut aliquis rurſus amantis ratione moueat. Quam quidem Commentatoris in octauo de phy. ſententiam eſſe dicunt Ariſtotelem in primo cœli adlegantis duplex ponentẽ mouens unum ſupernum, alium infernum. Hec quoq; eodem libro rurſus dicere uidetur Quemadmodum potentia infinita mouere in tempore corpus nequeat. Cuius rei gratia duo poſuit mouentia, quorum unum abſq; medio uirtutem ſecundo mouendi perpetuo daret. Vnde perpetui cauſa motus. Virtutis nãq; receptæ finitas ſi finita eſt angeli natura, in motu ſucceſſionis cauſa exiſtit, quia illi uirtuti ſi potentia finita fuerit aliqua in mobili reſiſtentia, quæ uirtuti non poſſet eſſe infinitæ facile põt eſſe. Hæc demũ Ariſtotelis in hoc loco mens fuerit. Ipſum attamen utrunq; mouens pro uno uidetur accipere & illud in ſubſtantiarum immaterialium computatione præmittere, quarum numerus ex cœleſtium mobilium numero protinus accipitur. Hec igitur Scotus in .ii. ſententiarum. in de cœlo & Phyſicis contra Aquinatem adducere uidetur. Platonicorũ in hoc imitans ſententiam, ubi ait cœlum a ſua forma moueri neceſſe: nec uirtutem diuinam ſtatim ac citra medium aliquod capere poſſe. Illud poſtremo non ignorandũ qđ eiuſdem phi de motu cœli horum motibus inferiorum cauſa neceſſaria non ſatis omnibus probatur theologis. Nam poſt reſurrectionem motus cœleſtis quidem, non tñ reliquus omnis deſinere uidebitur. Sancti eñi ut ſacro docemur eloquio quoquo uerſus mouebuntur. Verum hec diuino adſcribi prodigio præter naturæ ordinem poſſet

Aquinas
Scotus

Quod cœli motus horũ nõ ſit cã apđ nõnullos inferiorum.

De generatione & corruptione nonnullorum confutati errores. Quod in his reſolutio uſq; ad materiam fit primam. An ad corpus humanum mater actiue aliquid cõcurrat, Poſtremo de mixto. XX.

[V]NDECIMVS metaphyſicæ generationem, corruptionemq; ſucceſſiuam prorſus dici eſſe mutationem. Ratio nullum agens, cuius eſt in tẽpore ſubſtantia: agit non in tempore, ut in libro de cauſis dicitur, ſed generationis ſubſtãtia eſt in tempore, ergo ſequitur. Item ut in quarto de phy. fit ilico. Nam motus non eſt. Si eſſet. In tempore foret. Dum. n. mouetur, non eſt. Dum motum eſt, iam eſt, Subſtantia uero ut palam eſt magis & minus ſicuti q̃titas aut qualitas non habet. Hanc igitur pugnam temporis & non temporis generatio facit, quæ duobus procedere modis adſpicitur. In materiæ prius alteratione. Deinde in formæ productione: prima tempore ac ſucceſſione, altera ſtatim & ilico fit. Triplex itaq; in ſubſtantiæ generatiõe ſucceſſio. Vna in corrũpendæ ſubſtantiæ q̃litate. Alia p ptes & mẽbra ut in aiali prius cor, deinde alia gignunť. Tertia qñ in agentis prius parte ꝓpinqua q̃ remota forma ſpecialis introducitur. His niſi dicendũ quod in formis quibuſdam ſtatim & in inſtanti tota oino acq̃rť, ut aſini forma & alia q̃ pfecta ſunt. In nõnullis prius una pars q̃ alia acq̃rť, Vt ignis qum in aeris materiã ꝑuerť. Hoc tñ nõ obſtãte pars eius in inſtanti ſimiliter acquirit. Ex quo p Ariſtotelẽ ſatis palã eſt libro .y. de phy. formam ſubſtantialẽ ilico fieri: licet. n. tota ferme cõſtitutio nõ ſubito penitus acquiſita: pars tñ in inſtanti ſimiliter comparatur. Nec ꝑpea hec ſucceſſio dici poterit, q̃a ſucceſſio proprie motus eſt, quoniam in motu idem in utroq; termino ſubiectum manet & eſt a ſubiecto in ſubiectum. In generatione autem a non eſſe ad eſſe ſicuti corruptio contra. Forma nanq; ſubſtantialis terminus quidem generationis non eſt, ſed totum una cum accidentibus compoſitum. Ruſus generatio duplex. Prima, qua forma gignitur, ac eſſe intrinſecus, propriumque ſuſcipit, Secunda extrinſecus: & ſecun-

generatio duplex

dū quid quoad eſſe compoſiti quando forma & materia generatur. His duplex quoq;
corruptio reſpondet. Vna intrinſecus que eſſe formæ proprium reſpicit, que q̄dem in/
tellectiuæ minime conuenit. Altera extrinſecus eſt ſecundum q̄d compoſitū corruptio
quæ oino formæ ſimili cōmunis eſt. Ex quibus ſane palam eſt: quēadmodum forma
ſaltem aliqua eſt generabilis & corruptibilis ſimpliciter. Materia quoad eſſe extrinſe/
cus & ſecundum quid. Illud preterea nō ignorādum quēadmodum in rerum natura
lium materia nulla pars formæ generandæ coagens extrinſecus agenti ad compoſiti
generationem, nec aliquid quod in formam ſit mutabile, ullo modo eſt. Quod autem
ois generatio principium hēat actiuum: omnino falſum. Natura.n.motus eius i quo
pincipium exiſtit, nō aūt actiuum, ſed paſſiuū: ac diſpoſitiuum. Ideoq; in naturalibus
materia certā habet ad formam ꝓnitatem. In artificialibus uero contra: Formæ illic in
troductio contra materiæ ꝓnitatem adſpicitur: ut in ædificiis & erectionibus palam eſt
ubi grauia ſurſum trahuntur: uel ſaltem materia ad artificiales formas in neutra eſt po
tentia: nec illud obici ſane pōt, quod natura de forma magisq̄ de materia dicatur. Prin
cipium nāq; paſſiuum de utraq; eſt. Nam p formā per quā res eſt talis per eandem paſ
ſionis eſt receptiua. Duplex in natura ꝓceſſus unus p quem ſemen in generationis p/
fectionem creſcit. Deinde qum p reſolutionem animantia in primam materiā reduci
tur. Generata ex tabefactione: itēq; ex ſemine eiuſdem oino ſpeciei exiſtunt. Auicennæ
fuit opinio ut meminit. Cōmentator qđ omnia que ex ſemine gignerentur: eadē poſ/
ſent & ex tabefactione gigni. Commentatoris in.viii.de phy. alia opinio quod ex ſper
mate: ac ſine ſpermate ſecundum ſpeciem generatorum nō eadem eſt ratio, cōtra om/
nino magiſtrum ſuum Cui per Auguſtinum in tertio de tri. reſpondetur. Quod ex ta
befactione generata: per ſemen iteq; propagantur. Vnde & generans & ab ſe generatū
uniuoca exiſtunt. Ergo per tabefactiōem propagata uniuoca, eiuſdemq; ſpeciei exiſtūt
ut de apibus ac plantis uidemus quia plante æquiuoce quidem ideſt nō de ſemine in
terdum naſcuntur, poſtea uniuoce ſemen proferunt. Deinde aliæ eiuſdem ſpeciei plan
te oriuntur. Perfecta nāq; animalia ex uniuoco tantum generātur. Quædam uero im/
perfecta itemq; plantæ utroq; poſſunt modo. Et in ſeptimo de auditione phy. dicitur
quod ſicuti quædam ex arte, nonnulla item in eodem genere caſu fiunt, quoniam ſci/
licet principium in materia ſine arte conſiſtat, quia ſi cum arte eſſet in materia principi
um motus non foret. Ita etiam in naturalibus quædam ſponte naturæ caſu ue: nonnul
la rurſus ex ſemine fiant. Vbi Cōmentator ſuam prædictam refert opinionem. Verum
ſibi contradice in ſecundo de cœlo ꝓculdubio uidetur ubi ait quod ignis exitus ex la/
pide non per tranſlationem fiat. Ignis etiam per localem gignitur motum ut in ſecun/
do meteoroꝝ de ignotorum impreſſione clariſſime patet. Sed illa equiuoce generata
eiuſdem ſunt cum equiuocis ſpeciei. Adſumptum palam eſt: quia que eundem in pro
greſſu motum habent: eādem item & naturam. In xii. metaphy. illud Homericum ſcri
bitur. εἷς κοίρανος ἔστω unus præſit regno uniuerſo princeps. Formæ cuiuſcunq; in/
ductio uniuoca quidem eſt lato ſumpto uocabulo. Hoc eſt ſecundum unum uniuoca
gradum. Aequiuoca uero ſecundum alium. Aequiuocatio & uniuocatio arcto uoca/
bulo extrema ſunt quædam inter quæ ꝑdictæ uniuocationes ut media cadunt, & ideo
quanto unus gradus ab uniuocatione arcte ſumpta que ſecundum gradum eſt primū
plus recedit: tanto ad æquiuocationem quæ ſecundum alium eſt gradum magis adce
dit. Quamobrem muli ex equo generatio ſi hominis ex homine generationi compa
retur, æquiuoca ſane dici poteſt. Dici rurſus uniuoca ſi plātæ generationi ex uirtute ſo/
lis conſeretur. ARISToteles contra Platonem diſſerit. Quemadmodum for/
mæ ſeparatæ generationis cauſa non ſunt, nec generationis eſt hoc aliquid. Quodq;
formæ in compoſito principium generandi hoc aliquid non ſunt. Pro Platonis parte
Cōtra Platōicas ideas. instatur, quod in generationis. Idea non diſponētis, ſed itroducētis formā rōnē hēt. Ita
qđ in generatiōe duplex oporteat agēs dare. Cōpoſitū naturā diſponēs & aliud formā

introducens qđ pura eſt forma ſola nanq̧ forma, introducere formam poteſt. Hanc cõ
mentator dupliciter confutat. Primum ex hoc facile ſequeretur, quod genitum duo in
actu eſſet, quando ipſius reſpectu duo ponuntur agentia. Vnum materiam diſponens
& aliud formam introducens. In ſumma Ariſtoteles. Ideas ſiquæ forte ſunt, nõ eſſe ad
generationem uniuocorum neceſſarias adfirmat, quia fruſtra per plura fiunt quæ ꝑ pau
ciora fieri ualent, ut in primo de phy. contra Anaxagoram dicitur. DISS entur inſu/
per in octauo metaphy. quemadmodum in omni generatione & corruptione reſolu
tio uſq̧ ad materiam fit primam & hoc ſtatim & non ſtatim. Statim quidem, in unam
tantum habentibus formam, non ſtatim uero in habentibus plures. In homine nanq̧
in quo ſunt plures, ultima eſt forma ſpecifica & ſeparata. Corrupto nãq̧ homine ut in
morte, ſub corporis forma materia remanet, quæ ſub aliqua ſpecie ſpecialiſſima non
eſt, ſed naturaliter in continuo fluxuſq̧ ad materiam primam, anteq̃ de illa materia ali
quid generetur. Q ua quidem corruptione expleta prius naturæ ordine ab agente na/
turali aliqua forma ſpecifica introducitur ut uermis uel plantæ. In unam uero ſolam
habentibus formam, tanta expectatione non eſt opus, ſed aere corrupto, ſubito ignis
generatur, ſi ignis ex aere generari debeat. A Ntiqua quoq̧ illa diſputatio, an ad corpo
ris procreandi formam mater aliquid actiue concurrat, Duplex Auicennæ ponit opi
nio. Ariſtotelis una in. xii. de animalibus. Q uod fœmina paſſiue ſolum cõcurrat. Vn
de in. xv. eiuſdem uirtutem actiuam in ſemine paterno ait & materiam menſtruã a ma
tre præbitam ligno ex quo artifex lectum facit comparare nititur. Alia Galeni opinio
longe uerior putata: quod mater eſt quidem cum patre cauſa ſimul actiua, minor ta/
men ac ſecundaria. Pluribus enim concurrentibus ad effectum cauſis quædam ſunt
ex æquo, ut duo nauim trahentes. Q uædam non ex æquo & hoc dupliciter. Aut infe/
riorem mouet ſuperior: ut manus clauem mouens aliquid. Alio modo ſuperior non
quidem inferiorem mouet, ſed uirtutem in agendo maiorem retinet. Generabile neq̧
corruptibile per ſe & accidens dicitur. Per ſe illud eſt cuius aliquid reſtat quod poſtea
pars eſt geniti ut in. vii. metaphy. ſcribitur. Similiter & corruptibile id cuius aliquid qđ
compoſiti ſuit, poſt corruptionem mutatur. Et hoc ita compoſitum ex materia & for/
ma eſt per ſe generabile & corruptibile, per accidens uero dici utrunq̧ poteſt quicqđ
per naturalem mutationem pluſquam fuerit exiſtit, quod ipſis accidentibus euenit. Itẽ
corruptibile & incorruptibile genere differunt phyſico: quia idem ſubiectum ſeu mate
riam eandem circa quam mutari ualeant non habent ut in decimo metaphy. ſatis oſtẽ
ditur. Genus nanq̧ duplex: phyſicum ſeu ſubicibile. Secundum logicum & prædicabi
le. Primo modo illa dicuntur eiuſdem generis quæ idem ſubiectum uel eandem ma
teriam communem habent. Genere uero differunt quæ cõmunem non habent circa
quam mutatio fiat. Logicum genus quod eſt de quid in quid predicabile de pluribus
differentibus ſpecie. Conueniunt igitur ſupradicta in genere logico, quia aliquod cõ/
mune prædicabile in quid ſcilicet ſubſtantiam habent. H I S demum hoc modo intelle
ctis mentio de mixto, quod aliqua ex parte generationi proxima uidebatur non om/
nino prætereunda. De quo liber de auditione phyſica quartus pulcherrime docet. In
hoc elementa actu quodam. Item & potentia ſimul aliqua manẽt, quo tamen actu eo/
rum ſpecies minime ſeruatur. Duplex nanq̧ formæ actus primum ſimplex per quem
ſine intenſum ſeu remiſſum formæ ſpecies ſeruatur. Aliter uero potentiæ particeps con
fuſuſq̧ in quo ſpecies minime ſeruatur. Ita demum & elementa in mixto actu qđem
non admodum puro aut formali ſed potentia permixto conſiſtunt. In quo ſpẽs ſerua/
tur neq̧ oino ratio extinguitur. Non ergo elemẽtoꝝ eſſentiæ penitus corrũpuntur, ſed
aliquo ꝑfecto modo realiter remanent. Ita tñ quod eoꝝ ſpẽs ſeu definitio minime ſit
integra. Ex quo palã eſt mixti formã, nõ oino ex formis, ſed ex formaꝝ elemẽtoꝝ uirtu
tibus cõſtare. Hæc demũ Aureoli ſnia. Mixtio ruſus nõ eſt generatio neq̧ corruptio,
ſed ex Ariſtotelica definitione in primo de generatione mixtibiliũ alteratoꝝ ẽ unio

Generabi
le & corru
ptibile per
ſe & acci/
dens.
Corrupti/
bile & in/
corruptibi
le genere
differunt.

generationis terminus,ens eſt actu,in quo ferme ſpecies ſeruatur. Vt albedinem pal/
lor,aut calor frigidum nõ ſtatim corrumpit:ſed ex ſucceſſione paulatim remittẽdo, ali
quid inſuper in ipſo generando.cauſandoq; agit,quoniam unius generatio,alterius ẽ
corrupio.Si purus fuerit in mixto actus:mixtum niſi per accidens non erit.Si pura po
tentia.corruptum erit:Deinceps etiam clarius mixti natura dicetur.Quatuor omnino
proprietates habet.Prima ad mixti generationẽ elementa conueniunt: nec penitus cor
rumpũtur qm̃ mixtibilium alteratorum eſt unio uti ſupra narratur. Deinde eo ferme
modo eadem ſunt in mixto:quo contraria ſolent eſſe in medio non ſolum ſecundum
congruentiam,ſed etiam aliquas eorum realitates ut calidum agit in frigidum:nec ſta
tim corrumpitur:aliter ipſa q̃dem alteratio uirtus non eſſet.Ergo tempore inter medio
in quo remittitur,neceſſario calidum aliquid inducit. Tertia actu nempe remanet p/
fecto:in quo ſpecies minime ſeruatur,ut Auicennæ fuit opinio.Poſtremo in mixto ſe/
cundum qualitates eorum minime conſiſtunt. Nam ut aiunt quidam elementorum
formæ in mixto prorſus corrumpuntur.Inter quos Scotus in ſecundo ſententiarum:
diſt.xy.nec elementa neq; elementorum qualitates ait in mixto remanere.

Quomodo ſcientia nec per motum neq; per alterationem proueniat. XXI.

ESTAT hoc item ex motibus metaphyſico diſſerendum. Ad qđ hoc
ſane ingrediuntur modo. Ad illam formam non eſt motus cui ſolũ pri/
r uatio opponitur & nullum omnino contrarium habet. Cuiuſue ſubiectũ
ad talem eſt formam magnopere propenſum:ut de ſcientia ſolet euenire.
Motus nanq; a contrario in contrarium eſt. Suſceptiuum.n.reſpectu for/
mæ ſe tripliciter habere põt,uno modo quod formæ ratione in ultima ſit omnino nul
lo impediente diſpoſitione ut aer lucis reſpectu. Secundo modo qum in ultima eſt di/
ſpoſitione & alteratio conſequitur per quam materia facile diſponitur ut qñ ex aqua
fit ignis. Tertio quando aliquid ſimiliter ſtatim diſpoſitum: ob aliquod tamen extrin/
ſecus impedimentum non recipit:ut qum clauſa domus feneſtra:lumen minime recĩ
pit. Hoc igitur intellectus modo non ſe ad ſcientiam habet,qui alioquin ad omnis in
telligibiles ſpecies eſt paratus.nec item in ſecundo ergo in primo. Ad propoſitum igi/
tur noſtrum & loci ſupradicti ex ſeptimo metaphyſicæ ſumpti ſenſum hoc ſatis proba
tum quemadmodum nec ex alteratione neq; ex motu ſcientia proueniat. Si autẽ quis
dicat quod partes ſenſitiuæ ex obiectis,unde ſcientiam facile acquirimus moueantur
Fateor quidem. Verum non de his:ſed de motu perturbationis in ſenſibus ac parte ap
petitiua conſiſtente intelligendum. Præterea ſcientia uel ars dupliciter quidem oriri ſo
let inuentione,aut doctrina. Quicquid n.quis nouit:aut diſcens: aut inueniens nouit
ut in primo poſteriorum dicitur. Quæ per inuẽtionem prior ſane:quia ſiquis ex alior
neceſſe ad aliquem poſtremo peruenire inuentorem.

De quanto ſub ente imprimis compræhenſo,Cuius prima diuiſio finitum & infinitum.
Quid ſit infinitum. Quomodoue ab humano intellectu deprendi nequeat. XXII.

VANTVM ſubſtantiæ proximum ponitur,quod in hoc qualitates &
reliqua accidentia contineantur. Eſt itaq; prima diuiſione finitum & infi/
q nitum. Rurſus hoc extenſiuum aut perfectiuum. Deinde continuum &
diſcretum. Item continuum permanens aut ſucceſſiuum. Extẽſiuum itaq;
in corporibus ac pdicamento continetur. Perfectiuum in incorporeis
& ſpiritalibus tranſcendens. Ens enim in quantum & non quantum:anteq̃ per finitum
& infinitum aut unum & multa diſtinguitur. Quia finitum & infinitum q̃titati conue/
nit ut in primo de phy.dicitur. Secundum uero ſic probari poteſt. Genus deſcendens

d.ſſerentiis prius diuiditur oppoſitis:quarũ alia eſt alia nobilior.Ergo abſq̃ præſciſſio/
ne hõ gñus erit,nec unitas ei ꝑpterea cõueniet.Deinde ſcientiarũ mathematicarũ ſubie/
ctũ diuerſis tñ modis q̃tum hñt.Duæ nãq̃ ſunt Gæometria & Arithmetica una de li/
nea & ſuꝑficie.Altera de uumero cõſiderat.Tres uero partim mathematicæ partim na
turales,Muſica,Aſtrologia,Perſpectiua.Prima Arithmeticæ ſubalterna de ſoni eſt rõne
& numero ad ſonum relato.Reliquæ duæ Gæometriæ ſubalternæ.Vude Aſtrologia
eſt de magnitudine obſidera per motum ſecundum ſurſum & deorſum.Perſpectiua
ſenſibile propius per uiſibiles lineas metiur.Igitur ante omnia de infinito diſſerẽdum
breuiterq̃ nonnulla ex phy.libro tertio repetendum.Nam quantitatis hoc omnis ſi/
ue continuæ ſeu diſcretæ omnino menſura.Quamobrem Pythagoram ac Platonem
parum phyſice locutos Ariſtoteles redarguit:quod infinitum ſuſtantiam poſuerint.
ſed alter in numeris & rebus ſenſilibus conſtituit.Alter Plato tam ſenſilibus q̃ inſenſili/
bus,quod numeros infinitos ſimpliciter & ide as:ac ſine loco putauerit,Rurſus alter
parem numerum infinitum poſuit quod ex parium augumento,nunquam ſed ex im
pari quadratum(nam tetrada ſublimem omnium adſerebat)uariaret.Plato item duo
infiniti principia magnum & paruum conſtituit,quod alterum in infinitum per nume
ros augeri:alterum in continuo ſemper diminui ualeat,Anaxagoras & Democritus
aliquanto naturalius elementa infinita eſſe,diuerſo tamen modo dixerunt,alter enim
ex infinitis partibus homogeneis,ſiue homoeomeris.Democritus autem ex omnium
figurarum ſemine per continuum cõtactum,hoc eſt ex infinitis atomorũ partibus.Ari
ſto.uero negat quicq̃ ex contactu in infinitum procedere,quod unumquodq̃ corpus
per ſe terminatum exiſtat.Quattuor demum infiniti decernit modos.Primum ſine ul/
la parte:aut quantitate ut in linea punctum terminus quidem eſt,quanquam ipſum ter/
mino caret:ut quod nullam omnino partem poſſideat:cuius enim nulla pars:termi/
nus eſt etiam nullus,Ex quo quantacunq̃ ſimul congrediantur puncta,quoniam inter
ſe minime contingant:lineæ partem minime conficient.Quam itaq̃ in linea punctum
rationem,eandem & in tempore nunc & in motu κίνημα hoc eſt mutatum eſſe habẽt
Deinde id eſt infinitum cuius figure terminum inuenire non eſt:ut in ſphericis,quod
in his idem ſemper curſus principio fineq̃ caret.Tertio qum res inuẽtu difficilis ut in
extricabilis labirynthi error apud Cretenſes,apud lacedæmonios uero Ciadas,dam/
natorum locus.Poſtremo magis omnibus proprie.Id cuius non eſt idem ſemper ac/
cipere:ut in numeris quidem addendo,In continuo uero minuẽdo licet adſpicere.In
additiõe quoq̃ futurum.In diminutione autem præteritum adnotatur tempus utrũq̃
ſane tantum potentia.Nam actu infinita nec multitudo neq̃ demum magnitudo nlla
reperitur.Contra uero ſentientes Ariſto.multis diſſerit argumentis.Primum contra
Platonem quod extra ſenſilia non eſt:ſed tantum circa quantum,ſiue continuum ſeu
diſcretum:alter diuiſibile minime quidem foret:ſi nõ diuiſibile,nec profecto infinitũ.
Cõtra Pythagorã uero.Nullũ eſſe numerũ infinitũ ꝓbat.Nullũ nãq̃ numeratũ ſeu nũe/
rabile eſt infinitum,ſed omnis numerus eſt numeratus aut numerabilis:ergo nullus
numerus infinitus.Præterea quicquid in loco eſt,finitum eſt,corpus eſt huiuſcemodi,
ergo finitum adſumptum prius probatur.Quod loci ſpecies finitæ ſunt,ut ante ſurſum
deorſum.Idem monſtrat & potentia & actu poſſe quandoq̃ infinitum eſſe ut que ha/
bent non ut eſſentiam actu finitam ſicuti homo & domus:ſed eorum fieri alterũ poſt
alterum ſuccedendo eſt,quod græci κινυποςατει καὶ ἴτι ϛιυ ϛατει dicunt.Vt certa/
men & dies,Eſt enim & actu certamen eſſe:& certamen fieri potentia poſſe.In homi/
nibus uero infinitum quoq̃ non per ſe.ſed ex ſucceſſione conſiſtit.Infinitum igitur nõ
ex antiquorũ definitione dicit eſſe,Non enim id cuius nihil extra,ſed cuius ſemper ali
quid extra ſit hoc eſſe infinitum.Cuius autem nihil extra,hoc omnino perfectum ac to
tum.Sic enim totum definire ſolemus:cuius ad partes nihil quod extra ſit abeſt Homi
nem.ſ.uel animal.Contra item Meliſſum qui totum uniuerſum infinitum eſſe dicitia

hat. Totum atq; infinitum tanquam pugnantia minime conuenire probat. Similiter
contra Platonem qui aliquid tale uiſus eſt etiam dicere. Id eſſe infinitum quod in ſe/
ipſo omnia habeat:omniaq; contineat Nam quod ἄπειρον ideſt infinitum dicebāt id
quidem materia prima eſt quæ forma caret. Quapropter non totum ſed pars totius ſi
cuti æs æneæ ſtatuæ reperitur. Præterea infinitum qua infinitum ab humano intellectu
deprændi nequaq̃ poteſt ut pulchre in ſecundo metaphyſice diſſeritur. Si cauſæ inquit
formales eſſent infinitæ:nihil ſcire prorſus nos contingeret. Ex quo in primo de phy.
contra Anaxagoram infinita principia ponentem dicitur quod eo ferme modo nihil
omnino rerum cognoſceretur. Ratio quia finitum infinitum comprændere non pōt:
quum obiectum & potentia interſe proportionem adæquationemq; habeant. Deinde
intellectus obiectum,rei materialis eſt quiditas. Infinitum ergo materiale aliquid non
eſt. Complexorum inſuper cognitio,terminorum noticiam ſupponit. Sed & deus ipſe:
qui ſolus eſt actu tantum infinitus:infinita in infinitum nequaq̃ intelligere,ſed tantum
finita in infinitum noſſe poteſt. Aquinas attamen infinitum humano intellectui ſi no/
men tantum conſideratur:comprenſibile dicit,aliter nec de ipſo diſputare neq; ipſum
Aquinas. definire ullo modo poſſemus. Si autem res qua infinito ſubeſt attenditur,nequaq̃. Spe
cies nāq; rerū īfinitæ,ſiue p intellectū agentem,ſeu a deo impreſſæ actu primo intelligi
actu aūt ſecundo minime qdem ualent quum hæ,nec actu ſimul, neq; item per ſucceſ/
ſionem,quod non liceat eas pertranſire comprendi ſatis poſſint. Scotus autem hāc uel
Scotus cō/ licans:dupliciter hoc ait cōſiderari:aut infiniti tantum,aut eius quod infinito ſubeſt ra
tra Aqnatē tione, Primo ſane modo nō ſolum quid nominis:ſed etiam quid rei intelligimus. Al/
tero autem modo,neutrum ferme intelligi dicit. Exemplum de ente per accidens ad/
ducere conatur:de quo quum ſcientia non ſit. In ſexto tamen metaphyſicæ aliqua de ip
ſo probari poteſt. Scientia nāq; ipſius ratione accidentis,non autem illius quod accidē
ti ſubeſt:exiſtit. Idem rurſus in primo ſniaꝝ di.iii. Sicut inquit deus nobis nō in conce
ptu quaſi p accidens ut ex ſubiecto & propria paſſione,ſed per modum intrinſecus,cō
ceptum ſubiecti in certo perfectionis.ſ.infinitatis gradu habendo, intelligi quidem po
teſt. Ita infinitum nō ſolum per quid nois.ſed quid rei cognoſcimus. Sed & alio quo/
q; modo res hæc oſtendi ualet. Quemadmodum.n. in uniuerſali aliqua ſcimus parti/
culari autem ignorari poſſunt. Sic & finiti ratione,aliquid in uniuerſali & poſitiue noſ
ſe.in particulari uero & poſitiue ignorare facile ualemus. Infinitum nāq; ſub finiti ratio
ne intelligi protinus oportet. Quum.n.omnis homo eſt animal,dico,licet infinita intel
ligo:quia omnes homines,infiniti eſſe ualent:non ea tamen modo īfiniti poſitiue, ſed
negatiue intelligo,quia humanitatis ratione,quæ admodum finita eſt:intelligo. Intel/
lectus nāq; ſub ratione uniuerſali: non autem ratione propria,oīa continua intelligit.

De Menſuræ ratione,ac conditionibus. Quod in rebus hec omnino quattuor uerſet.
quodq; Xp̄i humanitas omnium eſt hominum menſura. Et Angeli actiones tem/
pore diſcreto menſuram capiant. XXIII.

l IBER metaphyſicæ quartus Conditiones menſuræ aliquot rationeſq;
ſatis oſtendit. Vt prior exiſtat,deinde notior,Simplicior,Normalis,Abſo
luta. Cum eo quod menſuram ſuſtinet unigenea. In unoquoq; genere ali
quid eſt quod reliquorum eiuſdem eſt generis menſura ut in quinto me
taphyſicæ monſtratur. Quemadmodum incorporeum corporei compa
ratione menſuræ rationem protinus habet. In incorporeo uero quanto imediatius ali
quid conſtituitur,ut Angelus immediatior anima humana & ideo nobilior. Ex quo
anima ipſa in intelligentiarum ordine inferiorem retinet omnino gradum. In ordine
autem formarum corporeorum primū. Inter formas aūt corporeas & icorporeas me
dium. Contra uero in alio deſcenſu p corporeum. Quanto imediatior ſpecies qlibet

exiſtit,tanto impfectior ut elementa ſtatim conſtituta impfectiora ſunt hoie.Homo au tem qa poſtremo fit,ideo pfectior:ex quo mẽſura eſt oium,quia oium eſt aliquo mo/ do particeps ut Ariſtoteles plane docet,In menſuris poſt hec plura notanda ſcorrelaria Primũ quod indiuiſibilitas & unitas eſt menſuræ ratio. Deinde in his que ratiõis ſunt penitus eiuſdem,Menſuræ,menſuramq; capientis ratio eſſe non põt,ut in indiuiduis quod hæc eiuſdem rationis & ſpeciei exiſtant:nec partes aut poſterius habeant,quanq̃ & in eis pfectionis qñq; prioritas reperiri põt.Vt natura humana in Xpo,oium homi num reſpectu,menſuræ rationem retinet.Q uo ſane conceſſo ſatis eſt palam:quemad modum ſuſtantia magis ac minus pter omnium ſuſcipit opinionem. Tertium mẽſu/ ræ ratio ſecundum pfectius quod eſt ſpecies ſpecialiſſima capiẽda.Ex quo in eſſentia/ liter ordinatis ut eſt ſpecies uel genus reperitur. Q uartum,negationes,& priuationes p adfirmationes & habitus uelut a pfectiori imperfectius mẽſuram capiunt. Q uintũ ſuapſius ratione minime accipitur:quod idem ad ſeipſum ordinem eſſentialiter non habet,nec eſt ſeipſo perfectius.Sextum uni tm̃ conuenit ut in.x.& quinto metaphy.ha/ betur.quod numeri principium ſit,& hoc ad alia transferat̃ genera,ut.ſ. in quolibet ſit genere pfectius.quod prima ac unius in eodem genere rõnem habeant ut inter colores albedo.Octauum:nulla menſura ſucceſſiua: ut eſt tps rem permanentem metiri põt. Nonum,æuum,non aũt æternitas q̃ ſoli conuenit deo:cuiuſlibet eſt pmanentis men/ ſura.Demum nõ ignorandum quemadmodum angeli actiones ut eſt intelligere: ac uelle,a ſuſtantia ipſius diuerſæ,tempore diſcreto menſuram ſuſcipiunt ut Aquinatem ſequentes aiunt.Q uod de genere quantitatis ex inſtantibus inuicẽ ſuccedentibus qd/ dam eſt ens,Ariſtoteles uero,quod angeli ſuſtantiam ab eius actionibus minime di/ ſtinxerit,de tpe tali mentionem nuſq̃ facit. Quamobrem in eam uenit opinionem ut angeli ſuſtantia ſimul & eius actio eandem prorſus menſuram ſuſtinerent. Angeli ac/ tiões i tpe

Tempus menſuram quomodo tribuat,aut accipiat,Q uomodo continuum & diſcrẽ tum,materialeue,aut formale.Q uomodo quid eſſe in tpe dicatur. XXIIII.

QVADRVPLEX in rebus omnino mẽſura, Numerus Magnitudo Locus, Tempus. Numerus diſcretionem metitur:magnitudo ſpacium. locus omnimodam poſitionem. Tempus generationis fluxum,& exten ſionem:Q uod qdam non admittentes huiuſcemodi rationibus ↄtendũt Aliquid uerum illius factum eſt & iam non eſt aliquid uero futurum & nõdum eſt. Compoſitum.n.ex non entibus quomodo erit. Præſens autem & nunc nõ pars temporis,ſed partẽ metitur.Q uod facile redarguitur.Q um multa ex entibus nõ entia:& ex non entibus entia fint,non aũt corrumpuntur:ſicuti etiam ſenſuum ἀντι/ χ[illegible] & oia accidentia cõtraria dicimus & exñtia anteq̃ fiant,& item non exiſtẽtia abſq; eo quod corrumpantur.Sic item tpis partes minime corruptioni ſubiciuntur p/ teritum & futurum.Eſt & medium quoddam quod nunc ſiue inſtans ſiue præſens ap pellatur,alterius quidem finis:alterius initium quod qñq; per ſe nulla quidem pars tẽ/ poris eſt aut aliter q̃ in linea punctum & in numeris unitas,& in motu κίνημα hoc eſt mutatum eſſe. Tamen præſens & tempus ſecundum latam uocabuli poteſtatem ſigni ficat.uerbi gratia domus tota omniumq; ſunt in domo locus generatim uocatur: Sed ea ratione qua terminum ac ſuperficiem circũdantis continenter in ſe retinet: proprie locus diceretur.Sic quoq; nunc ſecundum præſens tempus appellatum:temporis eſt in/ ter præſens & futurum pars.Ea uero ratione qua nunc proprie & per ſe dicitur:indiui/ ſibile ſibi continenter coniunctum habet.Q uare ſub eodem uocabulo nũc & pars tẽ/ poris & rurſus non pars temporis accipitur. Addam & huic alqd declarationi.Q um eni pars temporis continua ſit neceſſe ut per aliqua indiuiſibilia connectatur & conti/ nuet qñ hæc continui eſt deſcriptio.Præterita nanq; pars quum quid continuum exiſtat

opus quod in ea ſicut infinitæ partes exiſtunt:infinita ſint etiam indiuiſibilia. De nullo
aũt indiuiſibili uerum eſt dicere:quod præſentia ſint duo:qm̃ illa pars in qua ſunt om
nino præterijt,ita ipſa quoq; indiuiſibilia præterierunt,ſolum itaq; de illo uerum dr̃ in
diuiſibili quod præſens exiſtit:quodq; partem p̃teritam qum ſutura cõiungit. Hæc igi/
tur adæquate nõ ſunt:nam præteritum & futurum inter ſe eſſentialiter differre palam ẽ
Q uæritur an idem ſit nunc in omni tp̃e uel aliud ſi idem,nihil prohibet Homerũ ali/
oſq; hoies in eodem ſemper tp̃e fuiſſe.Si aliud & aliud.Ens q̃dem prius, poſtremo nõ
ens neceſſe oino ſit,ſi corruptum,in tp̃e neceſſe,quod & motus in tp̃e.Hoc ſane ipoſ/
ſibile,qum partes inter ſe ut reliqua indiuiſibilia non conſequãtur,nam ſicuti duo pũ/
ta niſi inter media linea:ſic ẽt duo nũc niſi inter medio tp̃e præterito & futuro inter ſe
cõiungi aut continuaie nullatenus ualent. ſi non in tp̃e,in ſeipſo corrumpi non põt,
reſpondetur ueluti ſupra,quanq̃ non eſt,nõ attamen eſſe corruptum qum multa ex en
tibus nõ entia & ex non entibus entia ſint & reliqua que in eo loco adiulimus. Ariſto/
teles p̃bare uolens quẽadmodum in toto tp̃e idem nũc ſecundum ſuſtantiam exiſtat
diuerſis aggreditur modis. Vno modo mathematici more loquendo qui unum pun
tum per totam lineam eiuſdem naturæ ſuſtantiæ quæ dicunt ſic etiam inſtans per totũ
tp̃s. Ita q̃ ſecundum eſſe tm̃:non ſecundum ſuſtantiam uarium ſit. Inſuper inſtãs in tẽ/
pore ut in linea punctum non ſicut accidens in ſubiecto,ſed ueluti in continuato conti/
nuum uel in termino terminato terminus conſiſtit.Sed contra ſuſtantia & accidẽs ens
ipſum diuidunt. Reſpondemus nõnulla poſſunt eſſentialiter prædicari quæ ſane illo/
rum neutra exiſtunt. Rectius ergo dicitur ens omne aut ſuſtantia aut accidens,ſeu cer
te realitas aliqua ut inſtans uel punctum aut ultimæ differentiæ. His igitur ante omnia
cognitis.ad tp̃is ueniam definitionem,quanq̃ eius definitio qum parum entis habeat
non ſatis in hac uita deprænditur Vnde in libro confeſſionum Auguſtinus Domine
inquit uſq; adhuc neſcio quid ſit tempus.in eodem quoq; libro id ſucceſſionum diſcõ/
tinuationem eſſe dicit. Q uidam motus ſucceſſionem ſeu numerum ſuccedentẽ. Aui/
cẽna in lib ſecundo.de phy. Motus continuitatem minime permanſuram. Alii nume
rum motus ſecundum locum per ſe & aliorum per accidens nõnulli motus paſſionẽ
ſiue menſuram. Vnde ſicuti motus duplex unus primi mobilis & uniuerſalis,alter ſin/
gularium inferiorum ac particularis ita & tp̃s unum inherẽs primi mobilis paſſio:nec
realiter ab eo diſtinctum:Alter alicui quidem motui:ſimiliter inherẽs non autem rea
liter ab eo diſtinctum inter ſe tñ ambo realiter diſtincta. Rurſus illud quod primo
mobili inheret aliorũ oium motuũ menſura extrinſecus & neceſſaria eſt.Quod autem
inferioribus inheret motibus in plures tp̃is exit partes. Item tp̃s ut quantitas inexpli/
cata incertaue,continua quidem non diſcreta eſt:qum nihil aliud q̃ ſucceſſio ſit,ſucceſ/
ſio uero quantitas cõtinua,eſt.n.prioritas & poſteritas ad unum terminum cõmunem
hoc eſt præſens continuata At autem tp̃s quantitas explicata:ſeu certa ex cõtinuo & di
ſcreto componitur. Continuum ei per ſe. Diſcretum uero per accidẽs ut ait Aureolus
nam menſuræ ratio ut in.x metaphy ſcribitur,in q̃titate quidem diſcreta reperta ad con
tinuam transfertur quæ niſi ad certum redacta numerum metiri nõ poterit. Rurſus di
cimus quo ad ens continuum & materiale,tp̃s extra realiter ac præter intellectum exi
ſtitæ ſcholæ Pariſiæ auctoritate:ac in quantitatis genere reperitur. Q uo aũt ad eſſe for/
male ſecundum prius & poſterius diſtinctum ac numeratum,motus & partes eius in
aia tm̃ ſicuti numerus reſidet,nec uni generi prorſus conſiſtet. Nam motui ex rei natu
ra cõtinuitas ineſt,non aũt partes eius cẽs per animæ actum continuant ſeu cõnectun
tur. Vt autem tp̃is menſuram diſtinctius ẽt uideamus numeri ratiõem adducam. Di/
citur nãq; numerus numerans & numeratus primus dupliciter intelligitur unitate.ſ.ip
ſæ & alius quo numerato alia numeramus ut per lineas numeratas alia quoq; nu/
merari licet,& per tp̃s numeratum numeramus & motum. numerus aũt numeratus
ſeu numerabilis ſunt ipſæ res numeratæ. Et hic rurſus dupliciter:aut ſecundum quan/

Vnum in tota linea punctū unũ i toto tp̃e nũc idem natura ac ſuſtãtia: diuerſum eſ ſentia.

Vltĩæ dr̃iæ

Q uid eſt ſucceſſio.

Numerꝰ numerãs & numeratus.

tum ut duos aut tris motus dicimus: aut ſecūdum ordinem ut primum & ſecundum
motum. Igitur tempus numerus numerans per ſe quidem nō eſt, quod hic ad diſcre/
tam non continuam pertineat q̄titatem. Sed numerus numeratus quem unitates Duo
rum trium quattuor ue dierum tempus numerant. Eſt item numerus numerās modo
ſecundo dictus qm̄ per tp̄s huiuſcemodi numeratum: numeramus & motus. Duorū
.ſ. triumue dierum motus. In primo nāq; tm̄ tp̄is partium exiſtentia eſt in ſecundo tempo
ris & motus ptiū exn̄da. Deinde relatio prioris partis ad poſteriorē. Nā tp̄s eſt mēſura
motus ſcd̄m prius & poſterius In oi.n. mutatiōe prius & poſterius q̄ ſūt ptes motus re
perit̄. ois ergo mutatio in tp̄e. Itaq; motū tp̄s metitur & tp̄s motū. Tp̄s eni menſura eſt
motus q maxime oium eſt notiſſimus & normalis præſertim cylicus. Deinde p eum
reliqui generationis & corruptionis aliorūq; motus. Corruptionis nāq; p ſe tp̄s cā eſt,
generationis uero ex accidente. Nam & ſol generationis q̄ tp̄e fit, cauſa eſt. Cæterum æq/
lium numerabiliū idē eſt numerus. Decem.n. ouium & decē canum idē numerus, ſed
non idem decem. Diuerſæ nāq; a canibus oues. Item æquilaterus & ſcalenus qum nō
ſit idem triangulus, eadem tñ numero figura. Igitur numeranti ut ſit idem reſpectu di/ decē oues
uerſorum. Sed numero numerato ſecundum prius & poſterius inter ſe differre cōueniet & decē ca/
Demū ut ſe habet motus ad magnitudinē, ita tp̄s ad motū. Sed nos p motū magnitu/ nes.
dinē metimur & contra. Sic.n. dicimus uiam eſſe magnā ſi multu fuerit motus, & rur
ſus motū eſſe multū, ſi uia fuerit magna. Nec ſolū motus ſed q̄etus ex accidente mēſu/
ra tp̄s: non tñ qua quies hoc eſt motus abſentia, ſed qua quodāmodo motus dici pōt.
Duplex nāq; motus alter q̄eti oppoſitus, alter fluxus ſimpliciter & extenſio. quæ q̄etis Duplex
comp̄ſiua exiſtit. Itaq; metitur tp̄s & rem motā & q̄eſcentem ſecundum exiſtendi ex/ motus.
tenſionem. Præterea nō uelox aut tardū: ſed magnū & paruum: breueq; ac longum dr̄.
Nā uelocitas in breuitate fit tp̄is: tarditas uero in longitudine. Deinde qum menſuræ
largo uocabulo res metiamur: æternitatem theologi ſine tp̄e ponūt qua ſolus fruit̄ de/
us. Aeuo aūt angeli q quanq̄ ſine fine ſunt: principio nō carent. Reliqua mortalia tp̄s
metitur: cuius ptes nūc tūc olim iam. Dupliciter eſt aliqd in tp̄e. uno modo ſicuti pars
eius aut paſſio, ut motus q a tp̄e numeratur. quēadmodū & Arithmetice unitas & par
impar. Deinde qum ſimul cū tp̄e, hoc ē ſub tp̄e fit, patiaturue aliquid. Ex quibus ſane
oibus tria Ariſtoteli exeunt correlaria ſeu catholica. Primū quæ nō ſunt nō erunt neq;
fuerunt. Itemq; impoſſibilia ſe aliter hr̄e ut Diametrū quadrati eſſe lateri ſymetrū, nō
ſunt in tp̄e qum ſub eo nil niſi qd̄ mouet̄ & q̄eſcit cadere poſſit. Deinde generabilia
corruptibiliaq; oia q̄ aliqn̄ ſunt, qn̄q; nō ſunt: in tp̄e ſunt: quod eorum eē tp̄s excellat ac me
tiatur. Tertium illa quæ non ſunt aliquando tamen fuerunt ut Homerus, & quæ non
ſunt: & aliquando erunt tempore omnino metimur.

De continuo permanente ac ſucceſſiuo. Deq; priori & poſteriori. Quomodone pri/
us id quod principio propius. De magis ac minus occulta quadam ratione ſuſci/
pientibus qualitatibus. XXV.

ERBIS adhuc aliis q̄ de q̄to reſtant pſequēda. Nā qum eius prima de/
ductio in finitū & īfinitū: qd̄ ſupra narrauimus fuerit. Altera in diſcretū &
n ꝯtinuū exit. In prio numeri ſūt de q̄bus aliis in locis librisq; ſatis mētionē
feci. ꝯtinuū rurſus aut pmanēs ut linea ſupficies corpus. Aut ſucceſſiuū: ut
tp̄s motuſq;. Vtrūq; ſane illud eſt cuius oēs ptes ad aliqd̄ indiuiſibile ꝯne
ctunt̄. Ois nāq; q̄titas pmanēs ptes ſimul eſſe reqrit nō aūt ſucceſſiua, ſed quanq̄ ſucceſ
ſiua; ab actu tñ & exiſtentia indiuiſibilis eius ptes ꝯnectēus denoiatur. Verbi gr̄a Tp̄is
inſtans. Eo.n. quod actu inſtans. Ideo tp̄s quod ꝯnectit actu eſſe dr̄: non tñ quod aliq
pars eius actu ſit. Ois nāq; tp̄is pars uel facta uel futura: neutra prſus actu exiſtit: ſed to/
tum tp̄s huius ratione continuationis & indiuiſibilis copulantis eſſe dicitur. Exempli

gratia homo criſpus,rõne criſpi tm̃ capitis appellatur,licet caput homo nõ exiſtit. Nã
hois ratione/nequaq̃ criſpus.Sic q̃uis nũc tp̃s,aut mutatũ eſſe quod græci κινημα uo/
cant,motus nõ fit,p hoꝝ tñ indiuiſibilium exiſtiam talia dicuntur exiſtere.Rurſus cõti
nua ut in ſexto de auditione phy ſcribitur ea ſunt ꝑprie,quoꝝ ultima ſunt unũ.nec pꝰ
eſt in loco ſed in toto.Nec ex indiuiſibilibus.Nam quantacũq; puncta lineam minime
conficerẽt.ſed ex ſemper indiuiſibilibus componitur.Et in ſemp diuiſibilia rurſus di/
uiditur.ſitq; dupliciter uno modo mathematice p abſtractionem ab oi & motu & qua
litate & materia naturali.Secundo modo qum hæc phyſice coniuncta ſunt.Primũ rur
ſus ad metaphyſici:alterũ ad naturalis ptinet cõſiderationem.Item ptes in ꝯtinuo quæ
dam quantitate æquales ut bicubitum:tricubitum.Quædam uero ꝑ portione tm̃ æq/
les ut mediũ deinde medii medium & rurſus aliud.In ꝯtinuo nãq; infinitæ ſunt diuiſi/
bilis potẽtia ptes quanq̃ actu finitæ oẽs. POST hec ad ordinẽ locumq; hunc ptinens
de priori ac poſteriori uidendum.Ante oia qd ſibi uult ea theſis ex q̃nto metaphyſicæ.
Prius eſt oẽ quod eſt principio propinquius.Ad cuius ſenſum hec breuiter notanda.
Quædam.n.ut naturæ quædam ut rationis oino ſunt entia:nõnulla uero utriuſq; ſapi/
unt naturam,ut illa uniuerſalia quæ naturæ rationiſq; pariter aliqd complectuntur,ut
eſt.Tp̃s ſi materialiter accipiatur,qum idẽ qd̃ motus ſit:qui ens habet reale & in gene
re q̃titatis ꝯſiſtit.Formaliter attamẽ ut numeri rationis ens ſcd̃m prius & poſterius ex
quarto de phy.libro retinet in aia tm̃,nec ullo in genere repitur.Sic igitur intelligendũ
qd̃ in ipe ſit aliqd̃ nõ tñ ſine aia principium:non qd̃ abſolute primũ,ſed alicuius prio
ris aut poſterioris cõparatione tm̃ exiſtat,uerbi gr̃a.Hæc dies a mane incipit maneq; p
prie dr̃.Et alia huic ſecunda & ſic deinde ipis partem illi comparando.In his itaq; quæ
ſunt eſſentialiter ordinata principium:alicuius primi ſimpliciter,reſpectu dr̃ In accidẽ
taliter uero diſpoſitis,comparatione ad aliqd nõ abſolute,ſed ſecũdum quid dr̃ primũ
Sic demũ prioris ratio recte pcipitur.Sed & alia ſup hoc itẽ adducenda. Prius quadri
fariã.Perfectiõe,natura duratiõe,origine.Duratio triplex æternitas æuũ.Tp̃s.Itẽ queãd
modum & prius & poſterius alicuius principii ratione intelligitur, ſic ipſm principium
tripliciter ſũmi ſolet.In quantitate.In cognitione.In eſſendo.In quãtitate ꝯtinua rurſus
tripliciter Secũdum ordinẽ in loco ut ignis reſpectu cœli:prior aere.Secũdum certum
tempus,ut præteritum aut futurum. Secundum ordinem in motu : ac naturalibus ut
puer uiro.In uoluntariis ut in dignitate conſtituti. In quantitate diſcreta ut index pol
licis reſpectu prior medio In cognitione intellectuali dupliciter.primo modo uniuer/
ſalia ſunt particularibus priora.Secundo ſimplicia compoſitis. In cognitione ſenſitiua
omnia contra.In eſſendo tripliciter ratione communitatis. Priora ſunt quæ ſine aliis
eſſe poſſunt,ut animal homine ratione diuiſionis entis in actum & potentiam ſi ſecun
dum potentiam materia prior forma & pars toto exiſtit: Si ſecundum actum:contra.
Nam partes in actu niſi per ſolam totius reſolutionem eſſe non incipiunt. Ariſtoteles
quoq; quartum adducit modum:quando ſcilicet duo reciproca,& unum alterius eſt
cauſa.Id quod alterius eſt cauſa,ſecundum naturam:eſt prius. NVNC de magis
ac minus itemq; maius quomodo & in quibus ſuſcipiuntur. Imprimiſq; inter magis
ac maius differentia triplex.Prima quod maius ac minus quantitati dimenſiuæ. Ma/
gis uero ac minus quantitati uirtutis:ſimulq; qualitatibus accidentalibus conuenit. Se
cundo in magis ac minus alteratio datur.In maius,augumentum & diminutio.Vnde
ipſius qualitatis & quantitatis augumentum ſicuti & quantitas æquiuoce ſummun/
tur.Tertia quod extenſum eſſe plus minuſue ad quantitatem pertinet dimenſiuam. Eſ
ſe uero intenſum & remiſſum ad uirtutis quantitatem.Præterea uno modo inconcre/
to formæ participi,altero in formis tantum.Poſtremo magis ſupponit omnino maius
in forma:non autem contra.Hic ſane obicitur quod magis & minus formæ ſpecie diſ
ferunt.Ergo in eodem ſubiecto plures formæ. Reſpondetur quemadmodum ex ſuc/
ceſſione non autem ſimul hec fiunt.Dubium inſuper ſi forma intenſa & remiſſa ſit ea

dem numero. Burleus omnino negat. Gradus quoq; intenſionis & remiſſionis in qualitatibus & formis accidentalibus diuiſibiles ac indiuiſibiles ponit. Indiuiſibiles ex perfectione tantum. Ita quod gradus quilibet una ſimplex perfectio ſit. Diuiſibiles uero in infinitum ſecundum extenſionem, ſicuti de continui partibus palam eſt. Ita quod minime intelligendum quando pars una per ſe tota eſt æque intenſa ut unus gradus in una ſubiecti parte & alius in alia ſit. Deinde ſuſcipiendi magis ac minus cauſa, in ſubiecto non eſt, neq; diſpoſitio ſeu ratio ſubiecti quemadmodum in materia formæ impreſſio conſpicitur ubi ob formam inherentem tale dicatur ſubiectum. Hic autem ſecus Argumento eſt, Qum ob uerecundiam aliquis rubicũdus magisquam ille qui natura eſt ruber, ſit. Nulla igitur formæ ſpecificæ ſuſcipiendi magis & minus cauſa extrinſecus, ſed tantum latens. Simplicius de his loquens. Architam laudat dicentem. Qualitas qum infinitatis cuiuſdam ſit omnino particeps: naturaliter habet: ut plus & minus ſui tantum non ſubiectorum ſeu participantium ratione recipiat, Poſtremo non ignorandum. Magis & minus formis tantum accidentalibus quæ ſeparabiles exiſtunt & diuerſarum ſpecierum ſubiecta reſpiciunt euenire. Vnde formæ ſuſtantiales & propriæ paſſiones excluduntur. Quod ſane probatur. Nulla enim forma in diuerſis reperiri gradibus poteſt, niſi agens eam producens, uel ſubiectum eam recipiens ſe diuerſis habere modis omnino ualeat.

DE LOCO AC VACVO AN SINT: QVID SINT QVOMODO SINT QVOMODOVE AD COELVM PERTINEANT VLTIMVM EX DOCTORVM VTRINQVE DISPVTANTIVM COMMENTARIIS REPETITA. XXVI.

l

OCVS uacuũq; in qbus quartus de phy. liber maxime occupaẽ neqd abſolutæ deſit phiæ extremo mihi dicẽda uolumine. Nã qum in loco ſit corpus & ſecundum locum moueatur. iure loci rationes ut corporis adpendices enarrãtur: ſicuti etiam motus & tempus. In quæſtione primum an ſit. Igitur locum negantes hoc modo probant. Si omne ens in loco: locus autem ens, erit in loco locus, & hoc in infinitum. Et rurſus ſi eſt: erunt & puncto & lineæ & ſuperficiei loca propria, quod minime contingit. Præterea ex corporum augmento & diminutione: erit item loco augeri & diminui. Quod autem ſit, palam uidetur ex mutatione. Qum aqua e uaſe exeunte, aer ingreditur & contra: Ex quo patet quod locus præter inherentia & commutata eſt aliquid. Superiores autem rationes per loci definitionem mox facile confutabuntur. Qum unum ex quattuor locum eſſe oporteat, aut materiam: aut formam, ſeu interuallum in medio terminorum, ſiue demum terminos ipſos. Quod nullum duorum priorum ſit demonſtrat, quoniam illa in unum coeant, locans autem aut locatum minime. Sed neq; tertium, quoniam uacuum non admittat natura. Reſtat ut terminus ſit ac ſuperficies immobilis complectentis locatum. Igitur Aer extremus noſtri corporis ſuperficiem complectens, locus eſt noſter. Et curua cœli ſuperficies locus eſt ætheris, contactus autem ætheris ad hypeccauma, locus eſt elementorum ſublimium & deinceps. Ex quo palam eſt quod non ſit neceſſe duo ſimul eſſe corpora in eodem loco: neq; locum propterea augeri, qum ſuperficies corpus non ſit, ac propterea locus incorporeus, aptus tamen dimenſiones & ſpacia ſecundum locati magnitudinem recipere. Ex quo nihil maius aut minus q̃ corpus eſt locatum. Hoc tamen ſi contiguum fuerit non cõtinuum. Nam contiguum eſt quorum extrema ſe tangũt. Cõtinuum uero quoq; extrema ſunt idẽ, nec i loco dici

propterea poterit,ſed pars in toto:nec in illo moueri ſed cum illo.Confutat deinde platonem qui qum materiam poſuerit cōmunem oibus locum Ideas & numeros i loco minime poſuit.

Eſſe aliqd aliđ i alio

Eſſe preterea aliud in alio octo modis declarat.ſicut ps i toto,totū i pte Species in genere:Genus in ſpecie.Et hec quattuor ſecundum totum & ptes. Reliqua ſecundum cauſas ut forma in materia.Res in agente,& motus in motore. Rēs in ſuo optimo & fine.Poſtremo magis oibus ꝓprium res ſicut in uaſe & loco ſuo.Rurſus locus multifariā dr̄.Mutabilis,imutabilis,cōis,ꝓprius,naturalis,accidentalis.Vas igitur locus dr̄ μεταφορητὸς .i.tranſlatitius & mutabilis . Sicuti imutabilis ἀμεταφόρητος .i.minime trāſlatiuus:qđ uere locus eſt,exēplo nauis q̄ quis in fluminis pte tang̃ in uaſe ſit,nō tñ in eo dicetur eſſe loco ſed in flumine toto:& hic ꝓprie uocabit̄ locus.Nam talis aūt locus ſpēs habet duas ſurſum & deorſum,elemētoꝝ ſedes.Ex his aliquæ ptes actu ſunt in loco ut extrema locati ſupficies:aliquæ potentia ut ſūt ceteræ ptes ſe inuicem tangētes uelut aeris & aquæ q̄ quis fluāt exagitate cōmotæq̧,eūdem tñ in uniuerſum cū toto retinēt locū.At locus ex accidēte is fuerit q̧ ſingulis eſt ꝑtibus introductiuus ſiue ille moueāt:ſeu qeſcāt q̄.ἐναζίαν græci uocāt.i.rectū ptiū locataꝝ ordinem ac diſpōnē.Poſtremo dicit cœlū ipm nō eē in loco qum extra cœlū nihil oino ſit , motus tñ ꝑtibus adſunt.Altera nāq̧ ps alteri ſecūdum accidēs in loco ſuccedit, ac altera ab altera cōtinet̄ ut aqua ab aere:aer ab igne ignis ab æthere:is quoq̧ ab ultima ſphæra, cui quã nec locum cōcedat,neq̧ neget Ariſtoteles dicatq̧ aptā locū recipe: qum ſit mobilis qđ-dā qeſcēs.Q đ tñ corpus neq̧ ꝓprie locus niſi ex accidēte ſit mobilis occaſionē poſteris dedit,multa ſup his uana ſimul & cognitu ſupuacua cōmentari.ut aliq̧ dixerint cētrū tāq̃ rē ſtabilē eius eē locū,nōnulli ultimā cœli ſupficiē ac alii alia. Cœli qdē ſupficies ultimi ꝯnexa,neq̧ locus ē neq̧ loci rōnē hēt qum nihil oino ꝯtineat,ꝑterea diuina potentia q̄cūq̧ īfra ultimū ſūt cœlū diruere facile ualeret.Vñ cœli ſupficies ſtabit.nec locus at tñ remanebit:qa cōtingere opus eſt ei ut loci rō ſeruet̄ . Igit̄ ſphæra ultima in loco non qdē p ſe,ſed p accñs,q̄q̄ localiter mouet̄,exiſtit.Huius ꝓbat̄:qđ p ſe i loco ē,aliqd extra ſe ꝯtinēs hꝫ. ſꝫ ꝑmū mobile extra ſe ꝯtinēs nō hēt:ergo &c.Sup hoc ut dixi uariæ ꝑhoꝝ ſniæ fuere, Xpianoꝝ uero minime q̧ Empyreū ſupra ꝑmū putāt mobile ꝯtieri.ægidius Romanus aliqd eſſe in loco dupliciter dicit:ex toto & ex ꝑtibus ſuis ut cœlū hoc eſt ſecūdum ſpheras inferiores quaꝝ una ab alia localiter uelut ptes integrales ꝯtinet̄. Sed hoc falſum uideri poſſet,qum nullū cōtinēs,cōtenti rōne,aliquo eſt in loco. Cōmentator inqt nō qdem p ſe,ſed p accidens ꝯtenti rōne eſſe uti ſupra narraui,qm̄ id per ſe demū in loco circa quē mouet̄ exiſtit.Ita qđ eius motus, nō qđ ad locum ſed circa locū ſit:localis dicat̄.Centri.n.rōne aliter ſe nunc q̄ prius habet ſecūdum eius cōtinuum motum.Q uod.n.ad locum mutatur,in loco eſt.Cœlum autē in loco nō eſt : neq̧ in loco ſed localiter mouetur,qa eius ad ubi motus terminat & circa locū oino uerſatur. Prætcrea qdam in nullo genere locum,ſed ad q̄titatem ſolum reduci poſuere.Scotus dubitare uidetur,negatq̧ omnino quantitatis eſſe:nec in quo ſit ullo modo dicit.Ioānes canonici nō ignobilis Cōmentator ex Ariſtotelis auctoritate in quantitatis genere ponit quod res dimenſiua quantitatiq̧ ac diuiſioni ſubiecta exiſtat . Illud ēt operæprecium ſcire quod idem numero corpus,in diuerſis locis ſimul eſſe nulla ratione poteſt. Naꝫ & ipſum dominicum corpus apud aram in hoſtia non in loco nec loci ſed ſacramenti ratione conſiſtit.At bene diuino prodigio duo in eodem loco corpora. ut in uirginis partu & ſanctorum corporibus poſt reſurrectionem inluſtratis.Deniq̧ in ualle tātum Ioſaphat:uniuerſi generis humani congregatio aliter fieri non poterit.

Vacuum.

POST hæc de uacuo.Phyſica & hec in eodem libro conſideratio ſi eſt,quid eſt:& quomodo.Vacuum ex Ariſtotelis ſententia in natura non datur , quod nihil eſt aliud q̄ ſpacium ab omni corpore ſeparatum,corpus attamen accipere aptum:Seu locus corpore uacuus: ſi locus uacare corpore poteſt.Q uidam uero ſolo nomine uacuumq̧ & ἀνύπαρκτον ideſt in ſubſiſtens uocant.Nōnulli extra curuam cœli ſuperficiem hoc eſt extra mundū

uacuumq; & infinitum hoc argumento demonſtrant. Omne circundatum, ab altero
quodam corpore circundatur, ſicut in ſingularibus oſtenditur corporibus: extra mun
dum uero corpus non eſt, ergo incorporeum eſt quod mundum circundat. Si enim
corpus & hoc ab alio circundaretur: ſed corpus infinitum non eſt, quapropter neceſſa
rio incorporeum erit quod poſtremo comprendit, atq; ambit uniuerſum. Sicutiq; om
nium ultimũ erit & infinitum. Itaq; ſupremam corporeorum entium periochen incor
poreũ, infinitum, uacuũq; nominãt; ut nihil reliquum corpoꝝ in ipſo retinentẽ. Igitur q̃
generatim uacuum defendunt, teſtantur niſi hoc eſſet, neq; motus ſecundum locum eẽ
poſſe, neq; augumentum neq; diminutionem. Vbi enim pleno exiſtente uniuerſo: mo
ueri aliquid ualebit? Quod auctum fuerit in pleno, quo abibit? Et rurſus ſi totum ali/
quid per corruptionem remiſit: neceſſe ut maius ad minus redeat, uacuumq; ꝓpterea
appareat. Vas item cinere plenum monſtrare uidetur, qum tantundem nihilominus
aquæ capiat Pythagorei idem quoq; diuerſi innixi rationibus ſentiunt: niſi enim aiunt
unum a duobus & deinceps uacuo diſtingueretur: profecto unum & duo ſimul eẽnt.
Quæ quidem hoc modo confutantur. Vacuum motus cauſam non eſſe: nam huiuſce
modi per uacuum motus aut ſecundum aut præter naturam erit. Sed non ſecundum
naturam: qum omnis uiolentus motus ſit motu ſecundum naturã poſterior. Sed quo
nam pacto motus per uacuum ſecundum naturam fuerit: qum uacuum nihil ſit rerũ?
In non ente nulla differentia ſupra ſubtuſq; locoꝝ ad quæ corpora ſimpliciora per ſe
tendere uidemus. Et ſi ignis eſt delatus ubi firmabitur, qum ſupra non ſit, ubi etiam ter
ra deſcendet, aut ſubſiſtet qum ſubtus aut medium ceſſet. Si per rarum & denſum idẽ
monſtrare contendunt. Materia quidem calidi & frigidi & omnium contrarioꝝ cor/
poriſq; tam parui q̃ magni una q̃dem eademq; uis eſt, qum aer ex potentia ſit actu. Igi
tur denſum & rarum non ob uacuum, ſed ob corporum generationem ac mutationẽ
ubi & reſolutione & agglutinatione opus eſt, eſſe apparet. Item ſi in uacuo motus eẽt,
corpora ſine tempore mouerentur, quod ſane incongruum qum motus ſine tempo/
re non ſit. Adſumptum probatur. Corporum citius aliud alio fertur. Sed contra inſta//
tur, Motum nullo modo uacuum tollit, quia ſi lapis e ſublimi in terram caderet. In
cœlo ſtatim & in terra pariter eſſet quoniam motus ſucceſſio ex medii ad ipſum ter/
minum renitentia naſcitur ut in quarto de phy. dicitur Reſpõdemus citra quidem re/
nitentiam motum eſſe poſſe, citra tamen tempus aliquod nõ poſſe, ut palam eſt de an
gelo q nulla renitentia e cœlo in terram uolitat. quamuis phs huic minime adſentiatur
qui omne mobile ait eẽ diuiſibile: omne uero diuiſibile, corpus aut cum corpore. Itẽ
in primo de phy. dicitur quemadmodum motus ſucceſſio cauſam ducere quidem nõ
ſolum ex medii renitentia põt, ſed ex termini parte q impartibiliter aptus acquiri nõ ſit
ſeu demum ex parte finitatis mobilis qui ex propria finitate aliquem terminum totus
minime acquirere ſit aptus. Item omne quod ab extremo ad extremum tranſit prius
medium attingit, ſed ubi prius & poſterius: ibi & tempus ubi deniq; tempus ibi & ſuc
ceſſio. De cinere autem ſic dicimus quemadmodum aer ei ſubingrediens ac aquæ de
mum cedens cauſa eſt, Eadem quoq; rõ & aquæ quæ in glaciem cõuertitur. Sed qum
alia ſint quæ uacui rationem deiciant: tum experientia ſenſuſq;. Vaſa. n ore auguſto ſta
tim: ac facile fonti imerſa implerentur: aqua nullo per uacuum corpore impediẽte, qđ
ſecus euenire aere intus reſiſtente conſpicimus. Simile in Clepſydra conſpicitur quæ
ore obſtructo aquam minime fundit. Itidem & utres aere pleno pondera ſuſtinen/
tes: Poſtremo e ſenſibus clariſſimum. Quomodo enim uiſu procul ac uſq; in cœlum
penetrare poſſemus aere per totum non exiſtente continuo: ac uacuationibus ſenſum
omnino intercipientibus?

Impreſſum Romæ apud Iacobum Mazochium Romanæ Academiæ Bibliopolã.
Anno Domini. M. D. XVIII. Die. viii. Menſis Octobris.

Ioannis Damaſceni Sermo in dormitione Beatæ Mariæ Virginis pe. Raphaelem Volaterranum in Latinum conuerſus.

DE LAVDIBVS ac dormitione Beatiſſimæ Mariæ Virginis
hodierna die dicturus illud imprimis ſapientiſſimi Salomonis ex
ordium mihi adſumtnam. Precioſa in cõſpectu domini mors ſan
ctorũ eius. Si igitur omnium iuſtorum memoria ueneráda. Quis
iuſtitiæ fonti ac ſanctitatis theſauro laudem cumulatiſſime non ad
ferret? non ut ex hoc ei gloriæ quicq̃, ſed ut ipſe gloria potius ex ea
ſempiterna decoretur. Dei nãq; tabernaculum noſtri ſermonis ex/
ornatione noſtræq; laudis officio non eget. Glorioſa dicta ſunt de
te ciuitas dei. Dauid inquit. Quam .n. hanc dei inuiſibilis: & oia propria uirtute com/
prendentis ciuitatem eſſe adfirmabimus niſi quæ ſola præter naturam & omnem hu/
manæ mentis cogitationem dei uerbum in utero geſtauit? Quid .n. glorioſius q̃ ſum/
mi dei conſilium incircunſcriptum tantumq; hoſpitem loco breui continere? Ex quo
nec lingua humana neq; mens angelica hanc per quam dñi gloriam contueri clare cõ
ceditur digna ſatis oratione extollere ualerent. Quid igitur tacebimus, uerentes ne ip/
ſius meritis pares omnino dicendi uires adferre uideamur? Minime. Ipſa nãq; dei ma
ter ut benigna in oẽs parens. Beneq; de humano genere merita boni conſulens, mẽteq;
noſtram in hac parte potiusq̃ mentis opus expẽdet: abortumq; quodãmodo noſtri de/
ſiderii, iure ſuæ caritatis ardentiſſimæ uti uiuentem gratumq; excipiet. Fama eſt ruſti/
coſ olim quoſdam terræ glebas uertentes. Regem præſentem purpura indutum præ/
terea ſatellitum ordine, reliquoq; ornatu fulgentem ſubito uidiſſe. Cumq; tanto uiro
nihil dignum uti par erat offerre poſſent, ex illis unus aquam e fonte uicino propere
hauſtam pro munere obtulit. Ad quem rex ille. Quid iquit o puer hoc? At ille, Quod
habeo reſpondit, hoc ubi do. In rerũ penuria ai ſaltem promptitudinem minime occul
tam eſſe oportere omnino iudicans. Tu uero nihil noſtri indigens, nihil profecto ex
nobis potius aut maius q̃ ai beniuolẽtiam exq̃ris. Noſtrum .n. officium ſemp aliquid
offerre: gloria uero & benignos & grata facientes ſeq pleriq; ſolet. Poſt hec ferunt regẽ
Ruſtici ſapientiam admiratum, eius egregiam uoluntatẽ acceptam habuiſſe ſimulq;
pluribus magniſq; donis muneraſſe. Si igitur ſuperbus ille tyrannus ſolam mentem
tanti exiſtimauit: ut magno ſumptui doniſq; ingentibus anteferret. Ipſa uero regina illi
us q bonus eſt ſolus mater. Cuius infinita humanitas utpote qui duo tm̃ minuta mu/
lierculæ maximis potentiorũ muneribus potiora iudicauit. Cur non magis nr̃m ꝓpo/
ſitum optimũq; aium ubi uires deficiunt eſt acceptura? Quin uero diuinum ante oia nu
men dicẽtibus inuocãdum. Quid maius ꝓloquar q̃ nunc o regina. Quibus te uerbis
dicemus? qualibus tuam hodie ex hac uita migrationem laudibus ornabimus? unde
bona cuncta, diuitiæ humani generis ornamenta. Mundi creationiſq; totius gloria flu
unt per quam ipſe felix & beatus efficitur: illumq; quem nullo modo capere poterat, p
te capere cepit. Aperi quæſo dei uerbum: linguæ uolubilitatem, os meum reſera, pecto
ribus illabere nr̃is. Sancti ſpiritus gratiam concilia, p quam piſcatores elocuntur. Idio
tæ ſapientiam ſupra humanam adſecunt ut & nos in hac tenui admodum dicendi fa/
cultate: tuæ cariſſime matris admiranda qualitercunq; loqui ualeamus. Te igitur bea
tiſſima Theotoce ex nobiliſſima & regia deſcendentem ꝓſapia pater æterno conſilio
deus oipotẽs ante oia ſecula prædeſtinauit. Prophetæ p ſanctum uaticinati ſunt ſpiritũ
eiuſdẽ quoq; ſpiritus uirtus in utero materno purgauit, ſanctã reddidit, ac baptiſmate
quodãmodo ꝑuenit. Tunc demum te patris uerbũ in ſuum habitaculũ excipiens nr̃æ
naturæ humilitatẽ ad uniuerſæ deitatis altitudinem reuocauit. Cuius primitias ex pu/
riſſimis tuis ſanguinibus adſummens ſeſe carne humana unacũ anima rationis parti/
cipe ſe mel induit, unde homo perfectus eſt editus: nec ꝓpea perfectum eſſe deũ ciuſ

Is teſte Iuſtino ſui Alexãder magnus.

dem cum patre ſuſtantiæ deſinens. Vna hypoſtaſis, ſiue unum ſuppoſitum ex duabus
perfectis compoſitum naturis diuina. ſ. & humana pcedens nõ pfuſionem neq̃ cõmix
tionem neq̃ item diuiſionem in ſe ferens: geminas diuerſarũ ſuſtantiarũ naturas earũq̃
phyſicas proprietates inconfuſe: indiuiſibiliterq̃ in una recepit hypoſtaſi, hoc eſt creatũ
& increatum Mortale atq̃ imortale: uiſibile & inuiſibile, Circũſcriptum & incircũſcri/
ptum: Diuinam & humanam uoluntatem. Actum uero diuinum nequaq̃: ſed huma
num Rurſus geminas poteſtates. Diuinã qua prodigia. Humanã qua phyſicos ptulit
adfectus. Totum. n. Adamum q ex innocentia cecidit Corpus aiam mentem & hoꝝ
naturales pprietates uti nos totos ſaluos redderet ob uiſcera ſuæ miſericordiæ ſuſcepit
Sic tandem dei & hominum mediator factus antiquam ſoluens inimicitiam patri re/
belles conciliauit. Quod erratum fuerat in uia direxit. quod obſcurum inluſtrauit, qđ
obſoletũ renouauit. Ab exitiali culpa ſontes liberauit Dei filios homines fecit ſocios
gloriæ miſeros ac gentiles declarauit. Ad inferiora terræ damnatum: ad ſuperiora im/
perii poteſtatiſq̃ ois extulit Perpetuis ſub tellure ignibus deſtinatum in ſeſe collocauit
quis igitur horum infinitoꝝ bonorum que ſuperant oẽm mentem officinam conſti/
tuit? nonne illa beata uirgo quæ illum genuit? Videte queſo cariſſimi in chriſto patres
ac fratres mei: preſentis diei gratiam conſiderate. Nonne miranda huius myſteria: nõ
ne pdigioſa: Beati q ptemplantur ut decet: quales ſplendoris radii preſentem clarificãt
noctem, qualia angeloꝝ miniſteria matris imperialis dormitionem inluſtrant. qualia
apoſtolorum officia funus corporis quod deum tulit beatificant. quomodo dei uerbũ
huius fieri filium eſt dignatum, ac ei ueluti matri adſiſtens ſanctiſſimam eius egrediẽ
tem aiam propriis excepit manibus. O pulcherrimum atq̃ optimum legiſlatorem q
naturæ legibus minime ſubiectus legem quam ipſe mandauit cuſtodire uoluit. Filios
nãq̃ parentibus officioſos eſſe pcipueq̃ honorem habere mandauit. Si. n. ut ſacrum ait
eloquium: iuſtoꝝ aiæ in manu dei ſunt. Cur nõ magis uerus hic ſermo & pcul omni
mendacio ipſius aiam in filii deiq̃ ſui manibus collocabit? Sed eius mox uitam inſpi
ciamus ut bonis referta innumerabilibus: ut donoꝝ oium altiſſimũ poſſedit. qualem
apud hoies moram fecit. qualibus deniq̃ myſteriis dignata fuerit. Si. n. defunctos græ
ci epitaphiis ornare ſolent & oi ſtudio ipſoꝝ laudes cõmemorare: ut eis gloria: & reli/
ctis uirtutis emulatio: ſimul & conſolatio accedat ſæpeq̃ euenit ut pprias non habẽtes
laudes, oratione adcerſita. ex multiſq̃ compoſita fictionibus ac mendaciis honorẽtur.
quomodo nos eam q̃ uere laude digniſſima ſi ſilentio pteream⁹ nõ ridiculi magno
pere apparebimus, ac ei q talentum abſcondit pares dabimus pœnas? quãobrem dice
re incipientes breues eſſe curabimus ne auribus faſtidium & corpoꝝ curæ incõmodũ
plixior ferat oratio. Ioachim & Anna huius parentes fuere. Ioachim ut ouiũ ſolet pa/
ſtor ſecurus gregem quocũq̃ uellet ducebat A dño tñ ipſe ut ouis ducebat Bonis oi/
bus refertus erat, nõ his q̃ uulgo appellant bona, q̃ nec pmanere ſunt apta neq̃ melio/
rem facere poſſidentem, hec ſunt præſentis uitæ delectabilia fluxa, fragiliaq̃ nõ ſit que/
ſo nr̃m talia admirari. Non hæc pars timẽtium dñm. Sed uñ uera que ſapiẽtibus expe
tuntur: ppetuoq̃ manẽt. Hec ipſas puto uirtutes. que fructum in tpe ſuo: ſeculo dico fu
turo uitam dabunt ſempiternam. In talibus igitur cogitationibus Ioachim domeſti/
cos paſcebat in loco pabuloſo diuinoꝝ mandatoꝝ ai contemplatione adſidens. Super
aquam uero refectionis diuinæ gratiæ gaudens, ex uia in qua ſeſe auertens, in iuſtitiæ
ſemitam dirigebat. Anna uero quã gratiam interptantur eodem cũ uiro non minus ai
pcordia q̃ iugo maritali piuncta erat Corporis ſterilitatem diuina quadam puidentia
ei puenientem multoꝝ ai bonoꝝ fertilitate compẽſabat. Sterileſcit pfecto in cordibus
hoium gratia fructum adferre nõ ualens. Omnes. n. ſimul declinauerũt & inutiles fa/
cti ſunt. Ex quo deus fontem miſeratus humanã & manuũ ſuarum opus reſpiciens cu
piẽſq̃ ſeruare, gratiæ ſuę hoc eſt Annæ beatiſſimæ ſterilitatẽ ſoluit. quæ partum edidit
qualem nec ætas priorum uidit, neq̃ inſequentiũ unq̃ eſt uiſura tatiſq̃ apparuit cõena

orbis uniuerſi bonoꝝ ſolui ſterilitatem,& truncum hūc arridum æternæ beatitudinis
fructum tādem edidiſſe. Hinc igitur dei mater ex nuncio deſcēdit. Angelus n. futuræ cō
ceptionis generationem ſignificauit. Hæc arma nō minus conuenerat. Si inde partus
qñq; cedendus q deum ſecundum carnem in lucem ꝑducturus erat. Poſt hec ſacro dei
tēplo de more offertur ubi dñi timoris initiū & ipſius ſtudiū ab oī utriuſq; ſexus ꝯſue/
tudine liberū & a uitiis oīno purgatū humanis cepit. At poſtq̃ flos aduenit ætatis, ex do
mo regia uirum accipe ex lege cogebat. Quam ob rem Ioſepho ſponſo, hoc eſt inte/
gritatis eius cuſtodi locatur; qui legem ꝑ ſancte alioꝝ compatione uſq; in ſenectā cu/
ſtodiit. Apud hunc itaq; puella manebat domeſticis tm̄ comitata: præter eos autē nullo
Vt aūt tpis aduenit plenitudo ut ait Apoſtolus: miſſus eſt dei angelus ad eā, aitq;. Aue
Maria gratia plena, dñs tecū. Pulchra ꝑfecto hec ad eā q̃ ſupra Angelū fuerat adlocutio
Gaudiū. n. tanta fert laus. Illa tñ turbata eſt ſuꝑ re huiuſcemodi cogitans ſeſe a uiri ꝯſue
tudine liberā. Quāobrem qualis eſſet iſta ſalutatio cōmentabat. Et ait Angelus ei. Ne
timeas Maria. Inuenisti grām apud dñm digna gratia. Repit inq̃ grām, datorem grē
paritura ſpicumq; collectura fertiliſſimū, quæ duplicē uirginitatē: aiæ. ſ. & corporis ſer/
uauit. Ex aia nanq; prius tanta uirtus in corpus facile redundauit. Paries inq̃t filium &
uocabis nomen eius Ieſum. Ieſus. n. ſeruator dicitur. Ipſe nanq; populum ſuū ab eius
iniq̃tatibus ſeruabit. Quid ad hec ueræ ſapientiæ theſaurus. Euam ꝑfecto ꝑ genitricem
minime imitatur, corrigit aūt eius incuſtoditā pariterq; fautricem naturam. Reſpondit
illa quomodo fiet iſtud qum uirū nō cognoſcam. Sermo inq̃t tuus rem dicit incredibi
lem, naturæ terminos ſoluit. Ad hec ille: Spiritus ſanctus ſuꝑueniet in te & uirtus altiſ/
ſimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod paries ſanctum uocabitur filius dei. Non ſeruit na
turæ legi naturæ conditor. Illa uero deſideratum diu nomen, & obſeruatione cultum.
Verba quoq; timoris pariter & gaudii referta primum expauit. Ecce inquit ancilla dñi
Fiat mihi ſecundum uerbum tuū. Licet hic cum apoſtolo clamare. O altitudo diuitia/
rum ſcientiæ ac ſapientiæ dei q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius
O imenſæ diuinæ bonitatis ac ꝓfundæ caritatis theſaurum. Ille q coelum terraſq; iplet.
Cui coelum ſedes: terra ſcabellum, ꝓpriæ ancillæ uentrem ꝓprium fecit habitaculū: ac
in ipſo uſum nouoꝝ myſterioꝝ altiſſimum ꝯſumauit. Deus naq; exiſtens, homo fit, ꝓ
ter naturam, conceptionis tpe generatur. Vuluam reſerat nō maculata uirginitas Glo/
riæ ſplendor, paternæq; perſonæ figura ut infans terrenis geſtatur ulnis. O ꝓdigia: my/
ſteriaq; ſupra humanam, naturaleq; cogitationem. O ſacram uirginem ac matrem. Bē
nedicta tu in mulieribus & benedictus fructus uentris tui. Sola digna gratia. Ecce bea
tam te dicēt oēs generationes. Viderunt filiæ Hieruſalem: hoc eſt eccleſiæ, & beatam te
dicunt reginæ pariter & aiæ iuſtoꝝ in ſecula te laudabunt. Tu nāq; regius es thronus,
cui adſiſtunt angeli eundem conſpicientes dñm: ac filium tuum. Tu paradiſi ſedes in/
tellectualis longe. ac priore purior & ſacratior. In illo nāq; terrenus habitauit. Adamus
In te aūt e coelo dñs. Tu arca præfiguraris mundi ſecundi ſemina cuſtodiens. Tu mū
di ſalutem Chriſtum pcti q̃dem deſtruentem: ac eius inſurgentes procellas temperan
tem concepiſti. In te nāq; & tabulæ decalogi dei digito conſcriptæ & Arca ſederis & ur
na aurea ubi māna & candelabrum & Menſa ꝓpoſitionis. Et uirga Aaron quæ frōdue
rat clariſſime ꝓfigurantur. Ex te quoq; diuinitatis flāma. Patris uerbū. Dulciſſimum ac
coeleſte māna. Nomen ſine noie. ſupraq; oē nomen, lumen ſempiternū & inadceſſum
Panis uitæ coeleſtiſq;. Fructus illaboratus ꝑ noui corporis ꝓdigium regerminauit. Ta
bernaculum Abrami te pulcherrime notauit. Dei nāq; uerbo in tuo uētre habitanti hū Abraam
mana natura latētem panem panē. Sui primitias ex tuis puris ſanguinibus obtulit aſſā
tum quodāmodo e ſacro igne, & in ſua conſuetum hypoſtaſi ſubſiſtentem, ac in ſuſtā/
tiam inconſuetam corporis aiati, rationiſq; pticipis uenīētem. Iacob item ſcala ſuccur/ Iacob
rit, quomodo ille ex humo ꝑ ipſius ſūmitatem coelum adſpexit. & ꝑ hanc aſcendentes
pariter & deſcēdentes angelos. Et illum q uere fortis & inuictus eſt cum ipſo colluctā/

tem. Sic item & tu nobis ſcala media dei ad nos deſcenſue facta: hanc nr̃am infirmita/
tem ſuſcipientis ea que ſunt ꝑcul interſe diſtantia in unũ ꝯiunxiſti. Ex quo angeli ad ip
ſum ut deo & dño miniſtrantes. Hoies uero ut angelico utentes officio in cœlum rapi
untur. Sed & ꝓphetaꝝ uaticinia ſi uere demõſtrare uolumus ubinam melius q̃ tibi ad
David plicabimus? Davidicũ illud uellus in quod dei filius q cum patre ſimul regnat, atq̃ im
Eſaias perat ſicut pluuia deſcendit, nõne tu clariſſimæ? Q uæ uẽ uirgo eſt q̃ Eſaias prædixit i
Daniel uenire habiturã, ac filiũ paritturã q uocabitur nobiſcũ deus? Q uid mons ille Danielis
ex quo ſummus angularis lapis abſciſſus ẽ Chriſtus, quem humanæ manus minime
attrectauerunt. Nõne tu qui ſine ſemine ꝯcepiſti & poſt partum uirgo ꝑmãſiſti. Veni/
Ezechiel at diuinus Ezechiel & clauſam oſtendat portam ꝑ illam tm̃ dño factam, neq̃ apertam
quẽadmodum ꝓpheta locutus eſt Monſtret predictoꝝ exitum ac ſenſum, te ꝓculdu/
bio monſtrabit: quam deus preteriens & carnem adſummens uirginitatis portam ne
Io. ap'ls & theologus dictus. quã q̃ reſeruauit. Manet ergo ꝑpetuo ſignũ adpoſitum. Te igitur ꝓphetæ prædicãt. Tibi
angeli miniſtrant: adſiſtunt apoſtoli: inter quos theologus ille: ac uirgo uirgini & dei
matri cõmendatus. Te nãq̃ hodie ad tuum ꝑegrinãtem adcedentemq̃ filium ſpiritus
angeli aiæ iuſtoꝝ patriarcharũq̃ Apoſtoli quoq̃ e diuerſis terræ finibus, filii tui impio
ꝑ nubem in ſanctam ciuitatẽ diuinitus tracti comitant pariterq̃ tibi dnici corporis ſa/
crario ſacros hymnos diuino impulſi ſpũ taliter dicunt. O quõ in partu naturæ termi/
nos excedens nũc huius legibus ſubiacet & ſcm̃ cõmuni morti ſubdidit corpus, opor/
tuit. n. mortalitate depoſita induere imortalitatem, qm̃ & naturæ dñs mortis legẽ euita/
re noluit. Moritur. n. carni q̃equid interit & morte mors pellitur, & ꝑ corruptiõem in/
Theodochus. theotocus corruptionis munus, & ꝑ extinctionem reſurrectionis initiũ oritur. O quõ aiam theo
dochi tabernaculi nouam ꝓpriis manibus oium conditor ſuſcepit. legitime honorans
quam natura ſeruam exiſtentem ex humanitatis uaſtiſſimo pelago mr̃em ſibi ꝯſtituit.
O peregrina pulcherrima quæ ad deũ tendis. Q uod ego circa te hoc myſteriũ uoca/
bo? Mortem, ſed q̃uis corpus naturaliter ob aiæ ſeparationem extinctũ. corruptione tñ
nullo modo adficietur. Cuius. n partus incorrupta ꝑmanſit uirginitas. Huius migrã/
tes corpus rurſus integrum cuſtodit, & meliorẽ longe ac diuiniorem transfert ad uitã
in æterna ſecula duraturam. Q uẽadmodum ſol hic ꝑpetuo fulgens a lunari corpore
paulominus ꝯtectus deficere quodamodo ac tenebris inuolui uiſus a ꝓprio tñ lumi/
ne nõ deſeritur. Habet. n. ꝑennem luminis fontem ſcaturiẽtem ſeu potius ipſe fons lu/
minis inceſſabilis exiſtit uti conditor ipſe deus ab initio ꝯſtituit. Sic tu ueræ lucis fons
Incõſumptus uitæ theſaurus oium bonoꝝ cauſa, quæ ſceptra nobis deumq̃ concilias
q̃uis pro tpe interuallum aliquod corporei ſenſus patiaris, exuberantis tñ uitæ ſcaturis
infinitate. Tu nãq̃ ueluti malus inter nemoreas arbores floruiſti & fructus tuus in ore
fidelium dulciſſimus. Hinc eſt qd̃ mortem tuã: Migrationem, ſeu potius ꝑegrinationẽ
dormitione ue dicimus. Peregrina q̃dem breui tpe a corpore: ꝑſens uero in patria ad
bona longe potiora tranſlata eſſiſtis. Tuũ diſceſſum impuri & aerii ſpiritus orruerunt
Aer benedixit. æter collaudauit. Aiam tuã gaudens cœlum ſuſcepit. Tibi cũ ſacris hym
nis obuiã uirtutes cœleſtes uenĩetes ſingillatim dicunt. Q uæ eſt iſta q ꝓgreditur roſea
ut aurora: pulchra ut luna, electa ut ſol. Tu flos campi & lilium ꝯuallium, ꝓpea te pu
ellæ dilexerunt. In odorem unguentoꝝ tuoꝝ curremus. Introduxit te rex in cellã ſuaꝫ.
Hic poteſtates tibi miniſtrãt. Te principes uenerant Throni cõcelebrant. Cherubin ad
mirantur, Seraphin extollunt. Sui oẽs dñi ueram naturalẽq̃ appellant matrem. Nõ n.
ueluti Elias in cœlum ueniſti. Nõ ut Paulus ad tertium uſq̃ cœlum, ſed ad uſq̃ filii tui
thronum ſublimis penetraſti, eiq̃ ꝓxima gratulabundaq̃ conſides Angelis ineffabile
deſideriũ Patriarchis indeſinẽs leuetia. Iuſtis deniq̃ oibus gaudium ſempiternum. Mũ
do benedicens: uniuerſa ſanctificans, laborantibus requies: Puſillanimis beniuola ad/
hortatio. Cunctis deniq̃ petentibus ꝑta ſto paratũ auxilium. Mors nãq̃ diu deplorata
ac odio habita ꝑ te nũc laudatur & q luctus & triſtitiæ prius cã dicebatur cunctis parueꝛ

lætitiam adfert. Q uanq̃.n. omnis dei ſeruos exitus beatos facere ſolet, quod ex fine ſe/
curitas in huius mundi periculis agitantibus obuenire ſoleat, quemadmodum dr: ne
laudaueris hoiem in uita ſua. Non attamen de te hoc beata uirgo dici cõſpicimus. T u
nãq; honoꝝ oium principium: medium & finem. Gratiæ quoq; ois ſimul & gloriæ cer
tum pignus. Conceptionem admirãdam & diuinũ uerbi habitaculũ. partum deniq; in
corruptum habes. Ex quo uere dixiſti. Non ex morte: ſed iam uide ex angeli nuncio.
Beati me dicent oẽs generationes. Non igitur ex morte beata, Sed mortis ex te ſolu/
ta triſtitia & gaudiũ ex fine ſubſecutũ. V nde tuũ ſacrum & uirgineum corpus. Sacrũ cõ
tinuit ſepulchrũ: ac cunctis ſanctoꝝ ſpiritibus circa adſiſtẽtibus, nihilq; ex his q̃ dñi ſui
matri cõueniãt prætereuntibus hymnoſq; ubi ac deo patri dulciſonos in hũc modum
canẽtibus. Implebimur bonis domus tuæ Sanctum eſt tẽplum tuum, mirabile in æq/
tate. Sanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus mons dei, mons pinguis. Mons ĩ quo
beneplacitum eſt deo habitare in eo. T e inſup apoſtoli oẽs ut ueram dñi dei arcã mo/
re illius ueteris præfiguratæ in humeris tollentes & ſepulchro inferentes. In ueram ꝓ/
miſſionis terram hoc eſt Hieroſolymã oium fidelium mſem. Cuius artifex & auctor
deus tranſierunt. Non.n. ad inferos aĩa tua deſcendit: ſed neq; corpus corruptionẽ ſen/
tiit. Q uanq̃ humi cõditum: non aũt diu relictum ſed ad regias cœli ſedes ut dñæ re/
ginæq; ac ueræ dei matris eſt trãſlatum. Sed eam quo cape cœlũ potuit, quæ cœli am/
bitu latior eſt putata? Q ñ de ipſa dr̃ Virgo dei genitrix quem cœli cape nõ poterãt tuo
gremio ptuliſti. Q ño ĩte ſepulchrum eã quæ ſũmi dei receptaculũ erat ſuſcepit: ꝑfecto
ꝑfecto ſuſcepit cape potuit. Nõ.n. corpeis magnitudinibus ſeu ſpatiis paruus locus ẽ
cœlo latior. Q ño.n. corpus ad ſummum tricubitum longitudine aut latitudine: cœlũ
qđ oẽm excedit capacitate menſurã ſupare poterit? Veꝝ gratia. uirtutiſq; exceſſu ſpaciũ
oẽ ſupauit. Diuina nãq; nõ corpoꝝ mole. ſed uirtutis efficacia magna nuncupant. O
admirabile, uenerãdumq; ſepulchrum, quod uſq; in hodiernum diem. Angeli circun/
ſiſtunt, multaq; religione, ac reuerentia cuſtodiũt. Dæmones orrent fideles adeũt, ado
rantoculiſq; ſimul & ore, ac oi feruore coſalutant. Indeq; bonoꝝ oĩum copiam aurien
tes & uotoꝝ compotes diſcedũt. Sicut.n. unguentum pretioſum ueſtibus uel loco ali/
cui amato adpoſitum talem tribuit odorem, ut ẽt inde ablatum ſuauitatis ſuæ ueſtigia
relinquat. Ita & nunc ſacrum corpus diuino refertum odore: in ſepulchro quondã po
ſitum, deinde in altiorem, diuinioremq; locum tranſlatum: Sepulchrum abſq; honore
non reliquit. Sed ſacri illius odoris atq; gratiæ munere impatiri uoluit. Bonoꝝ inſuper
oium adfluentia ſimulq; morboꝝ curationibus erga eos qui fide, menteq; pia, eo ad/
ceſſerint, nobilitauit. N os igitur qui hodie tibi adſiſtimus o dña dei mater aĩas ſpeſq;
noſtras omnis in te collocamus. Ex te nãq; ut ex firma quadam ancora: noſtra omnia
mens corpus uotaq; dependent. T e pſalmis hymnis: canticis quoad poſſumus uene/
rantes. Si.n. ut ſacra nos uolumina inſtruunt circa conſeruos honor beniuolẽtiæ ſigni
ficationem & argumẽtum apud cõem dñm habet. Circa te domini parentem: noſtrum
adibitum ſtudium, laudandiq; officium: quomodo non reliqua omnia ſtudia, uel ui/
tę noſtræ neceſſaria ſuperare decet? Sic nos demum apud deum & dominum noſtrũ
gratiam magis ac magis ac magis promerebimur. Sed quid nos ex domino maius
præmium? Satis enim his qui pie tuam memoriam celebrant ſplendidum munus ex
te prouenire: gaudii quoq; materiam inenarrabilis & omnium bonorum promptari/
um oriri conſpicimus. T u uero regina hec qualiacunq; animi noſtri beniuolentiæ, ui
res dicendi ſuperantis argumentum propitia reſpice noſq; tuere. Prauaſq; animi exſur
gentes cogitationes comprime. Ad diuinæ portum tranquillitatis incolumes transfer.
Adſpectu deniq; tui filii claritatis excellentiſſimæ nos dignos conſtitue. Cui gloria: ho
nor & imperium in ſeculorum ſecula.

Virginis corpus in cœlũ tranſlatum.

Ioannis Damaſceni in dormitionem Beatæ Mariæ uirginis Sermo ſecundus per Raphaelem Volaterranum in latinum conuerſus.

NEMO eſt hoium fratres in Chriſto amantiſſimi. Qui beatæ uir/
ginis dei Matris ex hac uita migrationem dignis proſequi laudi/
bus omnino ualeat: non ſi ei linguæ centum ſint:oraq; centum Nõ
ſi cuncta uariarum gẽtium dicendi ſtudia ꝯuenerit, id adſequi ullo
modo ualebunt quod oium encomioꝝ leges ac terminos ſit ipſa
tranſgreſſa. qm̃ uero deo gratũ, quicqd ei exanimi penu ꝑ nr̃a uiri
li adferimus, grata item mr̃i q̃cunq; filio placent, rurſus laudes ipſi
us attingemus, ſcientes nos ab huius iure officii nũq̃ ſolutos fore,
nec ſatis oino facturos, finemq; laudis alterius initium rurſus expoſcere. Adſit autem
nobis ipſa in puppi ſedens & clauum in manu tenens: utpote conditoris ac guberna/
toris omnium mater. Vos uero qui diuina libenter lauditis beniuolas præbete aures.
Neu ob meam dicendi tenuitatem grauemini. quemadmodum ſiquis imperatori mẽ
ſam dapibus omnis generis refertam habenti, unguẽtorumq; exoticorum uaporibus
& miniſtrorum multitudine circunfuſo, pauper colonus roſam. aut uiolam recentem
alienis menſibus offerat: offm̃ ille qdem gratiſſimum non muneris ſumptu: ſed rei no
uitate: habebit: colonumq; donis longe maioribus honorabit. Sic item ego in uerboꝝ
hieme ſeneſcentem orationem meam ad encomioꝝ certamen reuocare, ardoremq;
dicendi e mente iam ſopita excitare contendens quum reginæ cœli minime dedignanti
ai qdem ob ætatem deficientis paruam quandam ſcintillam: libẽter offeram. uos item
eius amatores & uerbi audiendi cupidiſſimi recipere nequaq̃ dedignemini. Hodie q/
dem ſancta & ſola uirgo ad ſupnum & cœleſte deducitur templum, ita uirginitatem
cuſtodiens ut eam nuñq̃ nec ante partum neq; poſtea ignauerit. Hodie ſacra dei uiuen/
tis arca ſuum ferens artificem in templo dñi incorruptibili requieſcit David eius ꝓgeni
tor exultat Angeloꝝ oẽs chori laudes canentes migrati occurrunt Sanctiſſima colum/
ba & innocens aia ſacro expiata ſpiritu: ſoluta ex arca hoc eſt corpore theodoco requiem
inuenit. Ad intelligibilem mundum: terramq; iocundam ſupnæ hereditatis ſublimis
abiit. Hodie noui Adami aia ſpiritalem paradiſum petiit. In hoc ꝯdẽnatio ſoluitur: no
ſtra ueſtitur nuditas, timor ois abiicitur. Non. n. amplius nec eiecti nec nudi: neq; ſacra
dei imagine ſpoliati claritate & adfluentis gratia ſpiritus priuamur. Nõ amplius priſti
nam plorantes miſeriam dicimur. Exui meam tunicam quomodo induam eam? In
hoc quoq; ſerpens inſinuationem non habet. Non adpetitam mentientes diuinitatem
iumentis comparabimur inſipientibus. Ipſe nanq; unigenitus dei filius, eiuſdem cum
patre ſuſtantiæ ex hac uirginea, puraq; terra ſeſe hominem conſtituit, ut homo deus fie
ret, & de mortali ac corruptibili omnino imortalis euaderet. Hodie uirgo incorrupta
terrenis nequaq̃ ingnata adfectibus. ſed cœleſtibus educata ſpiritibus in terram mini/
me reſoluta: ſed uiuum procul dubio cœlum appellata in cœleſtibus habitat ſedibus. qs
enim ipſam cœlum nuncupans non errabit niſi cœli culmen omne penetraſſe recte q
dem dixerit, ac ſenſerit. Cœli nanq; ac terræ creatori locus adſcribitur nullus. Siqdem
locus intus exiſtentium ambitus definitur. In huius tñ utero ꝑ ſeſe incluſus agitat. Hãc
cellam latam ſuæ omnia complentis & incircunſcriptæ diuinitatis cõſtruxit. citra labo
rem ullum in ea conſeptus: extrinſecus uero totus manens. Morietur ergo hodie uir/
go quæ uitam in utero continuit? nequaq̃. quanq̃. n. naturali legi ut Adami filia in re/
ſolutione corporis paret: eius tamen culpæ pœnas ac rationes ois ubi eſt mors aiæ
uera: omnino ſuperat. Si enim deus Protoplaſto ne moreretur in æternum iſta ligno
uitæ abſtineret, eſt pollicitus. quanto magis illa quæ uitam excepit ipſam: nec principi
um neu finem habentem, ſeculum non uiuet ſempiternum? Si item deus olim eos q
humano generi initium dederunt & contumaces & peccati crapula grauidos, & e pa/

radiſo uoluptatis extorres tot bonis ornauit. Cur hanc omnis peccati ſordes expellen/
tem & uitæ principem omni generi dantem paradiſus aut cœli portæ non excipient?
Eua nanq; ſerpentis perſuaſioni præbens aures & fallacis uoluptatis æſtu ſenſum deli/
mens: triſtitiæ & inſipientiæ perpetuæ declarationem retulit: partui dolores addidit &
cum Adamo morte eſt damnata perpetua. Ea uero quæ uere beata eſt & uerbo dei p/
tinus aures præbuit: & ſpiritu ſancto plena. & per angelicam uocem citra uiri uſum pre
gnans eſt facta & ſine dolore peperit, tota deniq; deo dilecta, quomodo inferius exci/
piet? Aliena ſunt hec & a dei matre penitus abhorrentia. Beatam illius animam egredi/
entem Satan orruit, Malignæ fugerunt poteſtates cœleſtes uirtutes obuiam factæ ma/
nibus exceperunt, in ſupernis ſedibus collocarunt. Orta mũdo eius cauſa lætitia, om/
nis ordo: ſexus, ætas in orbe terrarum. Conciliatricem gratiæ cœlum aſcendentem ani
maduertentes profuſis gaudiis exultant. Si enim ubi ſum ego. Ibi & miniſter meus ait
dominus uita & ueritas. Quomodo nõ magis mater cum ipſo commorabitur. Neq;
partus pœnam ſentiit: nec item obitus. Mors peccatorũ peſſima ſtimulus peccati mors
extinctus eſt. Precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius, precioſior quoq; ma/
tris migratio. Lætentur cœli exultent angeli, floreat terra: pſallant homines. Aer gau/
dens ſacros reſonet cantus, nox obſcura mœſtam tollat umbram, & diei clariſſimi
lucentes mutuetur radios. Viuens enim domini dei uirtutum ciuitas in ſublime tolli/
tur. Reges terræ uniuerſæ in chriſto, hoc eſt apoſtoli ſancti a templo domini Syon in
ſupernam Hieruſalem, liberam ſuam matrem domum deducunt honoratiſſimẽ. Hæc
illa Syon tantum ſacris literis prædicata: quæ tot ex deo donis pollet, tantum domini
dei noſtri & diſcipulorum eius conuerſatione inluſtrata ubi lex litteræ appellata: (eſt De Syon
enim alia ſpiritus) lata eſt primum. In quo paſca typicum legiſlator Chriſtus antea.
Deinde paſcã uerum noui teſtamenti conſtituit. In hoc cœnam myſticam ſuis diſci/
pulis agnus dei mundi peccatum auferens fecit. & his ſeſe ueluti uitulum ſaginatum
in ſacrificium obtulit, ueræq; uineæ racemum exprimendum dedit. In hac ubi reſurre
xit ſe ſuis oſtendit Thomæq; rurſus reuertens fidem fecit. Vnde ille exclamauit. Domi
nus meus & deus meus. Ipſa omnium eccleſiarum eſt arx. Diſcipulorum omnium
diuerſorium. In hac ſpiritus ſanctus linguarum forma deſcendit. In hac Ioannes theo
logus & apoſtolus. Theotocum inter ſua recipiens curabat, eiq; neceſſaria miniſtra/
bat. Hæc dei matris poſt filii reſurrectionem commoratio facta eſt. In hac illa in quo/
dam beato, modicoq; cubiculo iacere ſolebat. Sed ad hunc ego ſermonis noſtri ueni/
ens locum proprium fatebor adfectum. Ardentiſſima deuotionis flamma incenſus,
horrore quodam & dulcibus corripior lachrymis. Ipſum cubile quod tabernaculum
illud ſacratiſſimum ornare admodum uidetur exoſculari ac manibus propriis ample
cti, ore, fronte, genis attrectare tanquam præſens ipſius corpus uideor: Gemens, do/
lensq; quod oculis deſideratum adſpicere non potuerim. Sed de his hactenus. Hic igi
tur quidam ei honores habiti eius iuſſu qui ut parentes honorentur conſtituit. Homi/
nes enim per uniuerſum diſperſi orbem uariis e gentibus & linguis, uerbi dei ſagena
capti ex profundo erroris. Hieroſolymis ad ſpiritualem & diuinam menſam, cœleſtiſ/
q; ſponſi nuptias conuenerant. Vbi enim corpus: illic & Aquilæ congregabuntur ait
in Euangelio dominus: Quod quanquam de iudicio extremo dictum. Ad hunc recte
locum ſatis adplicari poteſt. Quando uerbi dei dulcedine capti homines huc tanquã
aquilæ aduolauerunt. Eo præſertim tempore quo beatiſſimæ huius finis aduenerat
apud quam pars ut ei miniſtrarent, pars ut eam laudarent. Nonnulli apoſtolorum ſe/
ctatores qui ab illis nunquam diſcedebant pariter eam extollere conantes confluxere
Quorum ſermones ſpirituales & altiſſimam redolentes theologiam quis enarrabit?
Orationis initium omnium ex infinita dei benignitate ſummebatur. Quemadmo/
dum a propria non diſcedens magnitudine: ad ſui ipſius deſcendit exinanitionem: ut

deus eſt & homo factus ut omnia complens, Super omnia exiſtens, Omnia portans
uerbo uirtutis ſuæ anguſtum habitauit locum. ut materiale & fragile huius celeberri/
mæ corpus ignis exciperet deitatis. Qui dei ſunt omnia potentis opera: cui nihil diffi/
cile uolenti. Inter hec contentio quædam emulatioq; dicentium ſuboriri uidebatur ad
modum officioſa, non inuida non ambitioſa, dum quiſq; laudandi ſtudio diuinam
feminam res pro ingenio proq; ſpiritu magnas, ac tanto myſterio conuenientes uelti/
gare nitebatur. Orationibus diuerſi dictionum modi ſunt additi, ita ut narrandæ de/
clarandæq; ueritati Oratoriæ uires minime defuerint. Introductæ patriarcharum illo/
rum exſurgentium proſopopeæ. Adami præſertim & Euæ dicentium. Tu ſanguis no/
ſtero beata filia noſtrum ſoluiſti nefas. Tu fragile ex nobis ſortita corpus mortalita/
tis immortale nobis peperiſti medicamentum. Tu ex noſtris eſſe lumbis adſpiens.
Bene eſſe retuliſti. Mortis leges. Dolorum feries uariorum euertiſti. Otium nobis pri
ſtinum reſtituiſti. Nos cœli ianuas clauſimus, tu reſeraſti. Per nos luctuoſa ex bonis
mundo ſunt orta. Per te uero ex luctuoſis aurea ſecula redierũt. Tu ne mortem guſta/
bis? Ad uitam potius & immortalitatem tranſitus hic tua mors erat. O uere beata, que
diuinum theſaurum & uitam nobis oſtendiſti. Ad nos te deſiderantes accede. Accede
inquam quæ noſtrum perficis deſiderium. Parte uero alia ſanctorum multitudo cor
pus circuuſiſtentium uocibus non minoribus reſpondit. Mane nobiſcum, mane no/
ſtra in terris conſolatio. Ne nos orphanos dimittas mater pro tuo condite filio pendi
tantes. Te tantum laborum requiem & erumnarum reſpirationem habemus. Tibi
nanq; remanere & ruſſus diſcedere uolenti nihil eſt impedimento. Si tu dei taberna/
culum diſcedis & nos tecum ſimul diſcedamus. Tuus populus ob tuum filium dici/
mur. Te ſolam in terris relictam aduocatam habemus. Tecum enim uiuere, tecumq;
mori, id demum beatum. Deniq; nobis nec uita dulcis neq; uiuax ullo modo te conſi
te iucundiſſima carentibus erit. Hec & his ſimilia apoſtolos & barbatos illos eccleſiæ
proceres locutos fuiſſe ſatis crediderim. Sed poſtquam eius animam iamiam diſcedẽ
tem animaduerterunt. Ipſi quoq; ex hac uita migrare cum ea cupiebant ſatiſq; dolebãt
non ultimum eis diem illum in terris fore. Vnde uero abſoluta ſacrorum hymnorum
corona diſcedentes benedictionem ex ea tanquam ex deo retulerunt. Exiſtimo dein/
de regem ipſum obuiam matri excedenti ueniſſe, illius beatiſſimum ſpiritum propri/
is manibus excepiſſe taliter adloquentem. Accipe nunc matrem fili uenientem, quam
incontaminatam ſeruare uſq; ad extremum & uarios mũdi rerum ſubire labores uo/
luiſti. Tibi non terræ meum trado corpus. Cuſtodi quod habitare dignatus es. Ad te
me transfer qui meorum es uiſcerum conceptus. Ad te propero qui me continuo ui/
ſere adireq; ſolebas. Meis cariſſimis filiis quos tu fratres uocare dignatus es mei di/
greſſus ſolatium eſto. Per mearum extenſionem manuum eis benedictio. Poſt hæc
manus adtollens ut par eſt una congregatis talia dictitans benedixit ac ait. Huc ades
mea parens ingredere in regem meam. Surge ueni propinqua mihi pulchra inter mu
lieres. Ecce tranſiit hiems: tempus putationis aduenit. Specioſa es & macula non eſt
in te. Odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Hec audiens illa cum eo
ſublimis abiit. Hinc uoces plauſuſq; angelorum digni adcurrentium auditi. Animæ
ſanctorum immaculatæ officium præſtantes ſimul in cœlum aſcendentem comitan/
tur. In thronoq; aureo reginam collocant. Alii uero corpori adſtantes ſanctiſſimo la/
chrymas uberes effundebant, Sacrum illud dei tabernaculum oſculabantur, amplecte
banturq;. Vnde uitæ fructum maximum ſeſe adſecutos putabant. Tunc morbi diſceſ/
ſerunt. Dæmonum ordines aufugerunt, ad ſubterraneas ex hoc aere ſedes reuerten/
tes. Aer æterq; per ſpiritus aſcenſionem. Terra uero per corporis depoſitionem ſalubri
tate conualuerunt. Sed & aqua huius particeps benedictionis fuit nitidior ſoluto de/
ſcendere uiſa. Præterea ſurdis auditus reſtitutus claudis pedum baſes confirmatæ pec/

catoribus fide accedentibus eris alieni chirographa lacerata. Omnes deniꝗ alicuius opis egentes aut quoquo modo adeuntes, tanti gaudii fructus participes retulerunt. Deinde pura ſindone purum induitur corpus, & in feretro regina omnis memoriæ princeps ponitur. Poſt hec lampades, funalia, chorus Hymni præcedunt angelorum imprimis laudes more ſuo canentium, ſanctorum inde patrum carmina diuino pulſata ſpiritu dicentium ordo ſubſequitur. Tunc demum domini arca e monte Syon ſupra apoſtolorum inclitis humeris ſublata per mediam ciuitatem ducitur ad ſepulchrũ & quemadmodum rex Salomon omnes ſeniores Iſrael in monte Syon conuenire iuſſit ut arcam teſtamenti domini ex ipſa Ciuitate in templo quod ipſæ conſtituit collocarent Sacerdotes & leuitæ ſacrum onus ſubierunt. Rex & omnis populus comites adceſſerunt. Boues & oues innumerabiles imolatæ: donec in ſancta ſanctorum ſub alis cherubini Arca conſtitueretur. Sic in collocatione nouæ huius tunc arcæ non teſtamenti, ſed dei uerbi perſonæ. Ipſe nouus ſalomon princeps pacis & cœleſtium intelligentiarum auctor noui teſtamenti Antelignanos apoſtolos cum omni ſancto populo qui Hieroſolymis commorabatur hodie apud eundem montem congregauit, & carã inde parentis migrantem animam in ſancta ſanctorum Archetypa & cœleſtia inter ipſas. Quattuor formarum alas in penetralibus contra ubi percurſor ipſe filius primum eſt ingreſſus collocauit. Corpus autem apoſtolorum ceruicibus ſublatum effertur: ſanctorum omni multitudine ſacras emittentium uoces comitante & animi optimæꝗ uoluntatis hoſtiam ſacrificantium: donec in ſepulchri thalamum inferretur. Vnde breuiter in paradiſum deliciarum & cœleſtia tabernacula euolaret. Proditum quoꝗ memoriæ: quando ſacrum ferebant corpus prope montis deſcenſum, quemadmodum Hebræus quidam peccati ſeruus illum Caiphæ ſatellitem qui dedit alapam Ieſu imitans impetu audaci & temeritate quadam in ſacrum uirginis corpus irrueret & utrunꝗ feretri cornu adripiens ad ſolum furibundus uſꝗ trahere conabatur, ſed fructus laborem præuenit, racemumꝗ amarum, ac ſuæ temeritati dignum uindemiauit. Dicit eum a manuum uiribus ſubito diſtitutum, fuitꝗ prodigium eaſdem manus integras ſimul & exanimes uidere. Qui funus ferebant ſtupentes conſiſtere donec mentem ille inquam ad fidem conuertit, & manus rurſus feretro ſupplex imponẽs in integrum eſt reſtitutus. Scit enim pleruꝗ mens in aduerſos incidens caſus ſalutaria probaꝗ capere conſilia. Sed ad propoſitum redeamus. Clauditur tumulo mulierum probatiſſima. Verum ſicuti ex ipſa dei uerbum corpus adſumptum tertia die e ſepulchro reſurrexit. Sic & matrem per idem temporis ſpacium e tumulo rurſus excitauit: & quemadmodum ad eam ipſe cœlitus deſcendit. Sic & hanc ad eundem uiceuerſa tranſferri ad maius ac perfectius tabernaculum: ipſum cœlum fas erat. Oportebat enim dei matrẽ in eadem pariter ac filius habitatione commorari quem in ſuum filium dei uerbum ſuſceperat tabernaculum. Et quemadmodum dominus dixit. In domo patris mei oportet me eſſe. Sic item & parẽtem. In regia filii. In domo domini. In aula domus dei noſtri. Fas quoꝗ illam quæ in pariendo uirginitatem cuſtodiit. Poſt mortem quoꝗ corpus incorruptum, inuiolatumꝗ ſeruare ſponſam inſuper quam pater ſibi elegit in cœleſtibus decebat habitare thalamis matrem deniꝗ quæ ſunt filii poſſidere & præ cæteris uti & locum eius ſortiri iura uolunt. Sors namꝗ & hereditas parentum plæruꝗ in filios uenit. Nunc autem ut quidam ait ſapiens ſacrorum fluminum fontes retro in ſublime currunt, præter morem hic agitur. Filius enim matri omnia ceſſit. omnia ſub eius redegit poteſtate. Quam quidem obrem fratres amantiſſimi adcedite: & nos hodiernam diem feſtis gaudiis celebremus non ubi as ullas præferentes aut corrybantes

agentes ſiue ut aiunt Orgia.debacchando pſallentes aut matri deorum tympana pul/
ſantes quam ſecundam tot filiis mẽtitis ſtulti referunt: qum re uera ſine liberis fuerit.
Dæmonum & inuenta qui errantium amentiam uectigalem habent,quomdo enim
quod eſt incorporeum gignit?Q uomodo in coitu miſcetur? Deinde quonam mo/
Cybelis acra. do deus:quod prius non erat,ſed ad generationem deductum? Q uod autem incor/
poreum dæmonum genus ſit,omnibus palam uel ipſis eſt qui talia commentantur,
ac oculis mentium cecitatem adducunt.Homerus enim qui hec fingit, deos qui ſint,
& ex quibus conſiſtant deſcribens ſic ait. οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ' οὐ πίνουσ' αἴθοπα
Homerus οἶνον τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται:Nec pane ueſcuntur,nec ui/
na ardentia potant.Exſangues hic ſunt,immortaleſq; uocantur.Vere uocantur ait. Vo
cantur enim ſed non exiſtunt,peccati nanq; morte interierunt.Nos autem quibus de/
us eſt uerus non ex non ente ad ens deductum,ſed ens ſemper ex ente continuo. Su/
pra omnem cauſam & rationem & cogitationem temporis ac naturæ dei matrem ue
neremur non ſuæ deitatis ex ipſa æternam accipientis generationem.Dei nanq; uerbi
generatio citra tempus ex patre ſempiterna eſt.Secundæ igitur generationis & tempo
rariæ cauſam initiumq; hanc recte dictitamus. Corpus enim noſtræ ſalutis cauſa ad/
ſumpſit qui citra corpus & principium eſt,ut per ſimile ſeruetur & ſimile. Ex hac edi/
tus tempore,deus perpetuo manens totus:factus homo eſt totus. Totus inquam de/
us non ex carne illius,& homo totus non ex ſua deitate.Talia igitur de uerbo dei &
eius matre ſentiamus non deam hanc dictitantes Græcorum nãq; præſtigiorum hec
ſunt commenta.Quando ipſius nunciamus mortem.Sed hãc ſacris extollamus hym/
nis dei populus diuites per eam facti.Hanc nocturnis & perpetuis celebremus uigi/
liis,quæ animi & corporis puritate ac ſanctitate omnis alios præter deum ſuperauit.
E ſimilibus nanq; par eſt ſimilia nũciari ac laudari.Huic per opera pietatis gratos nos
reddere curemus.Nulla re nanq; magis quam miſericordia deum promeremur,aut
ei placemus.Q uis negat non ſimilibus dei quoq; matrem honorari, aut nobis con/
ciliari.Ipſa nanq; dei erga nos caritatis ineffabilem promit abyſſum. Per hanc anti/
qum nobis aduerſus creatorem ſoluitur bellum. Per hanc pax & gratia data & cho/
rum cum Angelis homines una conſtituunt,choreas ducunt:filii dei uocantur.Ex hac
racemorum uitæ uindemiam fecimus.Immortalitatis germen collegimus. Ipſa bo/
norum nobis omnium facta conciliatrix.In hac deus quidem homo, & homo deus
eſt factus.Huic o Iuuenes animæ cum tympano & choris occurramus. In arcam dei
noſtri mentis noſtræ renouatione ueterem extinguentes hominem exultemus & Hie/
rici menia:hoc eſt aduerſantium poteſtatum agmina in ſeſſa pronus ruent.Cum Da
uid item pſallamus.Arca domini in ſua hodie locata requie.Cum Gabriele Archan/
gelo clamitemus.Salue gratia plena.Salue luctus omnis expugnatrix. Malorum om
nium dulce medicamentum.O ſepulchrum omnium ſuauiſſimum liceat mihi nunc
De ſepulchro uirginis. tecum tanquam cum uiuo loqui.Vbi diuitiæ inconſumptæ. Vbi gaza illa in qua de/
us eſt ſuſceptus ubi caritatis pelagus, fons uitæ ubi deniq; optatiſſimum matris Dei
corpus?Q uid inquit in ſepulchro quæritis eam quæ ad cœleſtia tabernacula euola/
uit?Q uid a cuſtodibus rationem exigitis?Non mihi fas,aut poteſtas diuinis reſiſtere
mandatis.Corpus nanq; meum ſindone relicta cum ingenti odore templum dei fa/
ctum hinc non quidem eſt raptum,ſed in cœlum ſpiritibus omnibus cœleſtibus una
comitantibus pariter & adſiſtentibus ſublime abiit.Ego morborum malorumq; om/
nium Antidotum cunctiſq; refugium miſeris exiſto.Accedite populi haurite fontium

charıſmata. Indubitata qui fide polletis uenite. Sitientes ad aquam accedite clamat Eſaias, & qui non habetis argentum emite. Promam bonorum nunc omnium habetis argentum emite. Promam bonorum nunc omnium habetis. Qui uulnerum ſanitatem, turbationum ſolutionem, peccatorum remiſſionem. Animæ requiem. Laborum finem quæritis me tãtum ſpectate, me diligite. Sicut enim aquæ ſimplex & unus actus ut item terræ & aeris & huius omnia inluſtrantis ſolis ex natura cuiq; propria multis impartitur. Fitq; in uua uinum: in bacca oleum & aliud in aliis. Sic item gratia ſimplex & una exiſtens uariis modis ad uſum cuiuſq; proportione participis ſeſe adcommodatiue præſtat. Non enim ex propria natura gratiam poſſideo. Natura nanq; ipſa ſepulchrum omne fetore infectũ, iuſtiq; refertur. At mihi unguenti precioſi odor, adeoq; præſtans ut ex eius minimo contactu quis perpetuum retineat odorem. Diuina profecto chariſmata minime illi qui ſemel hec tribuit penitenda. Data mihi ſemel gratia, leuciæ fontem perpetuæ me petentibus atq; inuocantibus communicare. Videte igitur patres ac fratres mei cariſſimi quanta uobis hoc beatiſſimum largiatur ſepulchrum. De quo non nihil altius paulo repetam & quid ſuper hoc ſimulq; beatiſſimæ genitricis funere memoriæ proditum habeamus. IN Hyſtoria Eutymiana. Sermone tertio. Capite Quadrageſimo. Sic ad unguem ſcriptum reperitur. Dicitur quidem ſupra. Quemadmodum beata Pulcheria multa Chriſto templa. Conſtantinopoli excitauerit. Ex hiſq; unum in uico Blacchernarum. Anno tertio. Imperii Martiani Beatæ dei genitrici dicauerit. Dumq; illius beatiſſimum exquireret corpus ut eo transferret. Iuuenalium epiſcopum Hieroſolymitanum: ſimulq; multos cum eo ex paleſtina epiſcopos alios qui tunc forte ob celebratum Chalcidonenſe Concilium peregrinantes. Conſtantinopoli aderant adcerſiuerunt. Atq; in hunc modum adlocuti ſunt. Audiuimus Hieroſolymis templum eſſe in breui loco Gethſemane appellato ubi beatiſſimum uirginis corpus in tumulo collocatum eſſe creditur. Hoc itaq; ad huius imperialis urbis perpetuum decus atq; honorem transferri uolumus. Quibus Iuuenalius reſpondit. E ſacrorum uoluminum auctoritate nihil ſcriptum de his quæ ad exitum Beatæ Virginis pertinent habemus. Tantum ex antiqua ueriſſimaq; fama accepimus Quemadmodum illius beatæ dormitionis tempore omnes apoſtoli qui ſparſi per orbem euangelii cauſa fuerant. In temporis momento Hieroſolymis apud eam diuino prodigio apparuerunt & ita diuina quadam ratione illam in dei manus animam commendantem uiderunt. Corpus uero uenerandum cum hymnis Angelicis in locum Gethſemane appellatum ſuis humeris elatum ibidem tumulauerunt. ubi tribus ferme diebus angelorum uoces deum laudantium auditæ. Cumq; uni ex apoſtolis qui funeri defuerat poſt diem tertium uenienti corpus iam ſepultum reliqui adhuc congregati oſtendere uellent: nihil ſane in ſepulchro apparuit preter ea quibus corpus opertum fuerat ſimulq; odorem diuinum relictum inuenerant. Ex quo prodigio ſatis depreſſum: illam in cœlum adſumptum, & communem omnium reſurrectionem futuram præueniſſe. Sic illum qui ex ea corpus eſt dignatus accipere, noluiſſe ſuum quandoq; tabernaculum corruptionem ſentire. Aderant & cum Apoſtolis eo tempore Timotheus Epheſiorum primus Epiſcopus & Dionyſius Ariopagita quemadmodum ipſe in his quæ de beato Hierotheo & quæ in ſermonibus ad Timotheum ſcripſit probe teſtatur ſic dicens. Poſtquam apud noſtros Hierarchas nos ut noſti tuq; & multi noſtrorum ad ſpectaculum beatiſſimi corporis dei matris conuenimus. Aderant & frater domini Iacobus & Petrus ſummi theologorum omnium uiſum eſt

Hyſtoria Eutymiana.

Gethſemãe

ipſis Hierarchis ut omnes qui intererant. De ipſius deificæ debilitatis laudibus pro facultate cuiuſq; ſermones haberent. Et ſane poſt theologos illos quidam totus abiectus menteq; abſtractus apparens qui inter alios diſcipulos ad hoc myſteriũ ꝯuenerat oĩs proculdubio dicendo uicit, & omnium ſententia qui uiderant & audiuerát diuinitus dixiſſe putatus eſt. Sed quid ego de his quæ ibi dicta ex ima theologia fuere tibi referam, te nanq; poſtmodo quædam in illis laudibus admiranda commemorantem: niſi forte mei ſim oblitus audiui. Hæc igitur imperatores & audientes ex ipſo iuuenalio epiſcopo contendunt ut quicquid ueſtium aut reliquiarum in monumento remãſerat Conſtantinopolim tráſferri curaret. quod ſane imperatum ac in téplo prædicto collocatum fuit. Et hæc quidem ſic ſe habent. Memoriam igitur dilectiſſimi fratres tantæ uirginis non ſolum ore ac uocibus: ſed uita puritate: ac modeſtia celebremus. Ipſa nanq; cum anima ſimul & corpore ab omni contaminatione humana penitus libera fuerit, tales etiam ſuos quærit amatores. Fugit enim omnium uitiorum barbariem luxuriam imprimis, omneſq; luxuriæ comites laſciua carmina: unguẽta meretricia, uerba impudica, choreas turpes, cogitationes uanas, præterea ſuperbiam, odium, contentiones, rixas, iniuriarum memoriam ut lætifera cuncta ab ſe abicit. His uero contraria diligit. Abſtinentiam, caſtitatem, pacem, miſericordiam, in hymnis, pſalmis, canticis præſertim occupatos ad hos illa ue peculiares domeſticoſq; uenit. Hos filio commendat in horum pectoribus Chriſtum per fidem habitantem reddit. Cui gloria honor & imperium in ſeculorum ſecula.

ANDREAE HIEROSOLYMITANI ARCHIEPISCOPI CRETENSIS IN DORMITIONEM BEATAE MARIAE VIRGINIS SERMO PER RAPHAELEM VOLATERRANVM IN LATINVM CONVERSVS

MIHI hodierna die de admiranda dei genitricis ex hac uita migratione diſſerenti, hac in enarratione ſublimitatis tanti myſterii magnopere laboránti fratres amantiſſimi qui in hoc ſacro templo conueniſtis quæſo adſiſtite, ac faciles præbete aures: neq; miremini ſi aliuis quædam ex diuinitate repetita: quæ ad huius feſtæ lucis celebritatem facere uidebuntur me præfari conſpexeritis. Nam ſi de matri dicturi ſumus, neceſſe breuem de ipſius filio domino noſtro Ieſu Chriſto huic loco conuenientem prius habere ſermonem. Deinde reliquum huic addere inſequẽtium ordinem

Quoniam igitur ab initio decretum homini ſemel mori & naturæ hoc minime ineuitabile, eo præſertim quod ob Protoplaſti contumaciam ſic nobis præſcribatur. Verbum dei ſalutare hypoſtaticumq; omnem pro nobis curam in terris ſuſcipiens & ex prophetantium uaticiniis nos ſibi totos, ſeq; nobis adglutinans totum. Cœlum quidẽ ac terras gloria ſanctitateq; ſua cópleuit: ac natura locupletauit humaná. Vicit inſup ꝑ crucẽ iniqtatis pricipẽ: ac morti ſubiugauit. Eius euacuás tyránidẽ ſoluit. Inferni quoq; loca tenebroſa penetrás, eius regiam ſuſtulit, oſq; uoraciſſimũ ne ſcõꝝ amplius aias

raperet in perpetuum obſtruxit. Deus nanq; exiſtens ex ingenti humanitate factus ho/
mo noſtros deguſtare uoluit adfectus: ueramq; naturam ut per eius labores i noſter
perpetuo labor ſolueretur. Hac de cauſa & corruptionis legem & mortem ſubire
conſtituit, ut nos incorrupti immortaleſq; efficeremur. Q uid igitur non moriemur?
Mortem uitabunt fortaſſe quidam? At moriemur quidem. Verumtamen non ab ea
profecto ſicuti prius ſubiugati, quando morti uincti tenebamur, innocentiæ rei libel/
lo. Et ſi hoc modo non mors iure dici poteſt, Sunt attamen quidam qui hanc quoq;
uitabunt ut de tranſlatis apud eloquium dicitur ſacrum. Mortis alioquin tyrannis &
uera mors eſt illa nuncupanda quando morientem non amplius datur in uitam re/
uerti. Q uando autem moriamur & poſt obitum rurſus excitati uiuamus non profe/
cto mors omnino hec eſt, ſed dormitio & in ſecundam uitam per terrenorum omni/
modam requiem migratio, Q uam clarius prouerbium oſtendens. Mors inquit ho/
mini requies. Q uid hec tandem q̃ animi a corpore ſeparatio, ſpem quidem reſurre//
ctionis per talem partium diſiunctionem deinde compoſitionem prouocans: uiteq;
melioris futuræ pignus ſpiritus tribuens, & a peccati ſenſiliſq; uitæ ſeruitute nos perpe
tuo liberos conſtituens: Ipſæ autem uitæ ac mortis dominus uita omnium & reſurre/
ctio mortuorum lux mundi propria morte tollens eum qui ſ mortis habebat imperi/
um: non putauit hanc legem minime adhuc antiquatam præterire oportere. Quam/
obrem moriuntur & ſancti qum non ſit diſcipulus ſupra magiſtrum, ac ipſorum ani/
mæ per inferni portas uti dominus tranſeunt quidem: ſed minime retinentur præter/
quam illæ quæ per uitæ negligentiam ac peccata mortem ſibi pepererũt. Q uæ autem
diuinis ſe legibus ſubdentes in cœleſtibus agere per carnem oſtenderunt, ad loca pro
culdubio ſplendida ipſorum ſtatui conuenientia tranſlati præmittuntur, & quãuis hic
uitæ curſu definant uitæ tamen ſpacium longioris ac longe felicioris ex ipſa prouidẽ/
tia conſecuntur. Oculi nanq; domini ſuper iuſtos: uultus uero ipſius ſuper facientes
mala inquit propheta. Cum peccato mors & cum morte peccatum regnat. Q uanquã
enim in corporis reſolutione nos mortis tenebræ circunſiſtunt, uires tamen ſuas uita
non amittit. Sed ipſas medias inferni leges Chriſti uirtute pertranſit, atq; luſtrat. Per/
tranſit inquam non retinetur non in ſeruitutem redigitur. Sed ut perſcrutari ac intelli/
gere ualeant, quid ſit diuinæ diſpenſationis myſterium hoc eſt ad inferos deſcenſum:
quem pro nobis uolens, libenſq; uitæ princeps. Ieſus dominus fecit: crucis patiẽs mor
tem, qui natura nec pati, neq; corrumpi aptus erat. Præterea eorum quæ ibi geſta ſunt
rationem indagare, quantaq; ſeruatori uictoria per hoc proelium obuenerit. unde per
petua ſunt homini ſublata incõmoda noſſe ac diligentius deguſtare poſſint. Hec igi//
tur e ſacris mutuati uoluminibus ad eorum ſumus ante omnia conſiderationem pa/
riter & confirmationem quæ huius ſacræ uirginis myſterio conuenire uidebantur.
Nam & ipſi quoq; lex hæc hominum cõmunis minime pepercit: uerum mitius: mo/
doq; præſtantiore ac nobiſcum cum illa egit, non ut captiua, ſeu coacta, non ut defi//
ciens aut expaueſcens, ſed ut in alta dulciq; quiete ſomnum captans ad diuinum abſq;
dolore tranſlata eſt ſtatum. Ac ueluti ſopor ille. Protoplaſto molliſſimus, unde ablata
leniter coſta fœminam effinxit nihil addidit detrimenti: nihil incommodi. Sic item
huic noſtrę, naturæ lege in corporis reſolutione perfunctæ talis exitus & uitæ cõmu/
tatio nullum attulit incommodum. Nec enim uti ſupra commemorati aliter niſi per
modum a deo ſemel iuſſum meliorem mutare coloniam licuit. Neu granum niſi
mortuum, fructum ullo modo adferre. Neq; item ullus homo qui uiuat & non guſtet
mortem. Homo. n. & ex hoie nata eſt ea quam tantope laudamus. Sepulchrũ eius odo
ratiſſimũ in hodiernũ uſq; diẽ incolume cerni põt, elogii inſcriptiõem clariſſime p̃ ſe
ferẽs. Corpis quoq; bti forma in ſaxo iacẽtis tanti myſterii teſtis apud torrentẽ cedron
in ualle Ioſaphat ꝯſpicit. Hæc illa uallis Sacro euãgelio memorata: iter ſyon & oliueti

De Valle Ioſaphat.

Dioÿſius Ariopagita.

monteſ dulce ac frequens domini noſtri diuerſoriū ubi eius & ꝯuerſatio & orō mor/
tem depcantis. Et pditionis ſcelus:& nefandi inuadētū auſus, nſæ omnia ſalutis initia
Mirabitur fortaſſe aliquis. Cur tam celebratæ matris geſtorum monumenta in ſacris
uoluminibus non ſint diligentius enarrata. Ratio quod ſcribentium tempore nondū
eſſet extincta. Fama nanq; illam ad ultimam perueniſſe ſenectutem: nec ſane poſtmo/
do, niſi extra canonem quorūdam reperta ſunt ſcripta. Dionyſii Ariopagitæ ante omā
nis uiri apoſtolici & grauiſſimi qui illius funeri unacum Timotheo & nonnullis ali
is ſe fatetur interfuiſſe in libro de diuinis nominibus capite tertio ubi narratur. Quæ
fit orationis uirtus & de beato Hierotheo & de ueneratione, ac auctoritate ſacrorum
uoluminum. Poſtquam inquit apud noſtros Hierarchas nos uti noſti tu q; & multi no
ſtrorum ad ſpectaculum beatiſſimi corporis dei matris conuenimus. Aderant enim
& frater domini Iacobus & Petrus omnium ſūmus theologorum uiſum eſt ipſis Hie/
rarchis & omnes qui intererant de ipſius debilitatis deificæ laudibus pro facultate cu/
iuſq; ſermones haberent. Et ſane poſt theologos illos quidam totus abiectus & mente
abſtractus apparens qui inter alios diſcipulos ad hoc myſterium conuenerat, omnis
proculdubio dicendo uicit. Omniumq; ſententia qui uiderant & audiuerant diuinitus
dixiſſe putatus eſt. Sed quis ego de his que ibi dicta exalta theologia fuere ubi referam
Te nanq; poſtmodo quedam in illis laudibus admiranda cōmemorantem, niſi forte
mei ſim oblitus audiui Ex his ſane uerbis ſatis conſtat in illo ornatiſſimo conuentu
ac theatro. Duos hominum ordines interfuiſſe. Primum Apoſtolos quos Hierarchas
uocat. Deinde horum ſectatores diſcipulos quos Hieromyſtas appellat qui eo forte
tempore ad exitum illius diuerſis e locis properantes ut fama eſt temporis momento
ueluti nube rapti diuinitus apparuerunt. Nec mirum, aut deo difficile ſi reliquæ credi
mus hiſtoriæ factæ. Quando Heliam currus igneus ſublimem tulit per turbinem in
cœlum. Et Abacuc ſpiritu ab angelo tranſlatus Babylonem: prandium Danieli porta/

Helias Abacuc

uit. Deificam uirginis debilitatem appellat, Quod oſtentui ſimile uideretur eam quæ
antea uitam pepererat extinctam uideri. Quæ deum mundo ediderat, corpore exani/
mem, relictamq; iacere. Magnitudinem humilitatemq; ſimul extremas congredientes
ſummam potentiam, ac debilitatem in uno ſuppoſito conſtitutas adſpicere. Eam deni/
q; quæ firmamentum ac robur gentibus omnibus ac populis futura erat ſine ſenſu, ſi/
ne uiribus, opis quodammodo humanæ egentem conſiderare. Quæ quanq̄ noua, or
rendaq; preſentibus uiderentur: dei tamen prouidentiæ recte omnia diſponenti & altæ
theologiæ ſupra nobis memoratæ referebantur. Iacebat igitur palam in medio fulgen
tiſſimum illud dei matris corpus omnis ſ. uerbi plenitudinis receptaculum. Quod q
dem in grabato conſpectum ſanctitatis unguento omnem odore referferat ꝓpinquan
tem. Quæ mens. quæ lingua res ibi ſpectatas ſatis digna oratione deſcribet: Hic pro/
fecto & ſapientiſſimi omnium uiri diuino pleni ſpiritu ex ingenti lætitia diuini ſplen/
doris in extaſim rapti illorum ſublimium hymnorum ut quilibet erat idoneus: alius
alii ſuccedens uices exercebat. Hec autem erant non tanquam qum ipſi ad intelligen/
dum inductiſſimus uel ut ſiquis rem fortuitam deſcribat. Sed ut illos dicentes ſpiritus
prius audire iuſſit Harmonia in dicendo pronunciandoq; illis nō oratorum more ex
artis oſtentatione, apparatuq; adcerſita ſed leuis, ſincera nuda qualem ſanctorum uo
ces deum laudantium decebat. Que autem ibi in honorem tanti funeris dicta quanq̄
ſublimia & noſtræ mentis tenuitatem excedentia, utriuſq; tacendo q̄ narrando tractan/
da, illorum tamen ſenſuum: figuram, imaginationemq; percurrendo, ueſtræ conſola/
tionis gratia in hunc fere modum declarabimus. Hic eſt ille utriuſq; legis terminus,
quem nobis altiſſimus deus prefixit. Hec occultorum ſenſuum ab initio diuinæ incō/
prenſibilitatis editio. Hic ſcopus metaq; ante ſecula præſignata. Hæc diuinoꝝ uaticinio
rum ſummitatis reuelatio. Hæc ab æterno arcanum ignotumq; ſeculis omnibus iſcru/

tabilis erga hominem prouidentiæ curæq; conſilium. Hæc Icon delineataq; exempla/
ris archetypi figura. Speculationis ſublimitatiſq; omnis pabulum Sanctiſſimum cōdi/
toris omnium uerbi tabernaculum theodochum. Certum uitæ promptarium Perēnis
diuinaꝝ contemplationum fons. Q uid enim maximoꝝ in ipſa nō fuit? quid miracu/
loꝝ nō ipſa ſupauit? ut palam fit eā & pſectoꝝ & pdigioꝝ oīum quoddā diuerſoriū.
O prouidentiam, cuius nullus unq̄ uel ueſtigium ſatis inuenire pōt. Cuius opus nunc
pfectum uirginis myſterium ſeculis prioribus abſconditum oculi conſpiciunt noſtri.
Q uæ in cōtumaciæ corruptione ſata fuerat diſſoluta eſt, diſſoluta profecto quum chri/
ſtus hanc ipſe uiam ſit prius expertus. Ipſa nanq; natura ex cōdemnatione quæ in cor
ruptione fuit. ad integritatem longe ac prius diuiniorem per mortem eſt reuocata. O
uices nouas. O ſecula felicia. Optionem in hoīe calamitoſam natura luxit. In uirgine
uero, gratiā paternæ uoluntatis plenitudinem oſtendens, mundum adflictum exhila/
rauit. Peperit natura ex contumacia electam ſponte mortem. Edidit illa per obedienti
am, mortem extinctam. Q m̄ igitur iacet ante nos ipſius beatiſſimi tabernaculi tumu/
lus. Ipſa ueluti quoddam dapſile promptarium eos qui bonarum ſunt rerum ſtudioſi
potiſſime curat. Nemo inuocatione illius abſtineat, aut ullo ſe modo priuet. Nō. n. la/
bore indiget gratia. Solo tm̄ opus eſt aīo. Venite oēs qui fide eſtis egregia, ſpeq; firma,
ad pennem bonoꝝ oīum fontem uenite ad parentem uſam in peccatis ſepulti Conci/
liamini p hanc deo, Fite imortales. O Adam filia & dei mater. Mater inq̄ ſine uiro &
uirgo puerpera. O quæ nata es eo qui ex te genitus ipe, minime ſua deficiente ppꝛieta
tē. De te oēs locuti ſunt pphetæ. Moſes primum rubum uidens te predixit. Ibo inquit
& uidebo uiſionem hanc magnam. De te Dauid ſurge ait dn̄e tu & arca ſanctificatio/
nis tuæ. Item Exitum tuū deprecabuntur omnes diuites populi. Item. Oīs gloria eius
filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circūamicta uarietatibus. Te canticoꝝ liber pul/
cherrime præfigurat. Q uæ eſt iſta quæ aſcendit a deſerto ſicut uirgula fumi aromatici
Myrram olens ac thus & uniuerſi pulueris unguentariis. Et rurſus in eodem libro. Ec
ce lectulus Salomonis. Columnas eius fecit argenteas, & reclinatorium aureum. Ba/
ſes purpureas. Compages lapide ſtratas. Item exſurge filia Syon in lege Salomonis.
In corona qua coronauit eum mater in die nuptiarum eius. In die ſolemnitatis & le/
ticiæ cordis eius. Videte ipſam filiæ Syon & beatam facite reginæ ac concubinæ lau/
date: quoniam odor ueſtium eius ſup omnia aromata. Te quoq; Eſaias puidens cla/
mauit. Ecce uirgo cōcipiet. Et erit radix ieſſe. Et beata radix ieſſe. Exibit uirga de radice
ieſſe: & flos de radice eius aſcendet. Tui cū magnus Ezechiel pnūciauit illud Ecce por/
ta orientem uerſus, & erit porta clauſa & nullus ptranſibit eam Dn̄s deus ſolus ipſe in
gredietur & egredietur. & erit porta clauſa. De te deſideriorum uir pphetaris ait mons
lapidum abſq; manibus hominum ex te auulſus: non abſciſſus. Ablatus nō diductus,
in noſtræ. ſ. humanitatis adſumptione. Vere terra deſiderabilis. Deſiderauit. n. rex glo/
riæ pulchritudinemq; tuam tuæq; uirginitatis diuitias amauit. In te ſuum tabernacu/
lum poſuit: & nos per te patri conciliauit. Tu occulti a ſeculo myſterii theſaurus. Tu
uiuens liber uelociter ſcribentis. In te paterni uerbi ueloci ſpiritus calamo. Tu ſola ſi/
ne mendacio: nouæ legis pars a deo conſcripta, quam prius deus ad hoīes diſpoſuit,
ac ordinauit. Tu armatus dei currus innumerabiles et ſubditos ducens. Tu mons ſy/
on, Mons pinguis, mons coagulatus, in quo beneplacitum eſt deo habitare. Ex quo ī
carnem concretus ſecūdum carnem noſtram deus eſt altiſſimus coagulatus. O tem/
plum diuinum & hominem terrenum. O collem umbroſum, non Iudæorum ingra/
tum populum, ſed electam dei plebem. gentem ſanctam tuis m̄nis ulnis inumbrans
O auro puriorem. O terram uirgineam ex qua ſecundus & antiquior Adamus exiit.
Q uale te ſepulchrum teget? Q uæ terra excipiet? Q uod tuum erit elogiū? Q uæ myr/
ra tuū oblinet corpus odoratiſſimū? Tu penis ingeti arcula. Tu olei exultatiōis exultā
tio. Oīum aromatum thymiama. Quales te manus tumulabunt? Q uibus ulnis fere/

mus eam quæ illum tulit quem totus non capit orbis. Quod pro dignitate monumẽ
tum tibi conſtituemus? Quibus te canticis elatam precedemus? Quibus linguis tuũ
celebrabimus exitũ? Tuũ diu corpus humus here nõ põt, nec aĩam infernus poſſidere
Rerum dominam ea que ſunt ſerua non attingunt. Abi igitur abi tu in pace. Muta ter/
renas cũ cœleſtibus ſedes. Dñm cõi hoium generi redde ꝓpitiũ. Dũ in terris uerſabaris
quantula terræ te pars habuit, poſtq̃ uero e terra migraſti cõe te oraculum orbis habet
uniuerſus. Lætare in cœleſtibus ſedibus. Verſare in luce ꝑpetua ubi uerũ eſt uiuere, ful
gentiſſima regia: inenarrabilis beatoꝝ ſpirituum chorea. Fruere filii tui pulchritudine
Triumpha in hac tua eminentiſſima felicitate ubi imortalitates uberes campi, fontes
uitæ perennes. Scaturientis ex deo lucis fluenta, ubi reꝝ oium quæ nunc credunt & ſpe
rantur effectus copiaq; exuberans, laboꝝ oium & humanaꝝ actionum finis ultimus:
ubi deniq; beatiſſimæ trinitatis, & clariſſima cognitio & ꝑfecta deguſtatio. Talia puto
tunc deo plenos illos uiros qui funeri uirginis interfuere, & quæcunq; ſupra excogita
ri poterant dixiſſe. Non ego iam amplius q̃d ultra de tanta re dicam uilis homuncu/
ſus ac humi ſerpens habeo. Nec mihi orationis facultas in tam ſublimi materia ſuppe
ditat. Siquis aũt ex his qui preſenti adſunt celebritati, quam nemini negligendam puto
altius q̃ dixerim aliquid inueniat: mihi ſane in hac laude auxiliũ & ipſe ferat. Sed quum
infinita dicẽda ſint finem in hac ꝑte faciam, quod & oẽs ſi pariter certatim diceremus
infra tñ illius dignitatem diceremus. Deinde quod in enarrandis his que de illa opor
tet, uoluntas ſit oibus ꝓculdubio par. Ex quo ſatis arbitror ut illa quæ uerbum peperit
uerba hec noſtra qualiacunq; benigna excipiet, nobiſq; non quanta petimus ad unguẽ
quantaue accipere digni ſumus, ſed longe potiora retribuet. Solet. n. illa ut munificen/
tiſſima, breue quidem munus longe maioribus compẽſare. Et hec q̃dem ſic ſe habent
Vos aũt qui ad hanc ſacram hodie celebritatem conueniſtis rurſus ad nñ ſermonis ꝑ
orationem uoco. Vos inq̃ uiri principes & Exarchi tantæ uirginis ſolemnia ſacra qui/
bus laudibus celebremus. Vtq; clarius liceat cœleſtium ſimul & terreſtriũ feſta concio
mihi preſens hanc funebrem laudationem in his cõpoſitam uerbis abſoluant. Amotũ/
iam amotũ dei nñ monumẽtum a tabernaculis cedar, ad imortalia & noua tabernacu
cula. Eleuamini portæ æternales. Excipite uenientem Angeli candidati, orbes cœleſtes,
terraꝝ coloni. Dei regis magni ciuitatem extollite. Terra clama/cane/diffunde uirgi/
nis inclitam famam: quomodo ſepulta, quomodo migrauit & tranſlata eſt: q̃ōo ſepul/
chrum inſpicit uacuum. Iudæa coge tuos filios Confide, ne dubita. Celebra tuos dies
feſtos. Hieruſalem clama, pſalle more Dauidico. In exitu Iſrael de ægypto. Mater ſion
uoca tuas filias ex gentibus eccleſias Cane aliq̃d dulcibus dignum lachrymis, non tra
gicũ, nõ tumultuoſum. Optabilis. n. & amena non aũt luctuoſa hodierna celebritas
Gethſemane nouã excipe reginã, para ſepulchralia: unguentis, ac floribus tumulũ ſpar
ge. Vrna ſit tibi theſauri cuſtos. Tuere ſcm: quod ſiq̃dem ſeruetur & angelis & hoibus
cõis erit precioſa poſſeſſio. Si uero aliq̃d ex eo oriatur ꝓdigium: & ipſius corpus inco
lume transferatur in cœlum, prædica miraculũ: narra ſeculis uenientibus. Oẽs igit̃ theo
toco gratulabundi pariter occurramus Chori patrum, ꝓphetaꝝ cetus. Apoſtoloꝝ con/
gregatio martyrũ ꝯuentus. Iuſtoꝝ aiæ Ois ordo ſexus, ætas fauete: dicite matri dei di/
cite. O q̃ beata domus Dauid e cuius ſanguine dei patens mundo effulxit. Sponſæ ac
matrone uenite ad innuptam & ſolam citra dolores eum qui eſt incomprenſibilis pa
rientem. Steriles & uiduæ plaudite ei quæ uirum minime expta ſterilitatis mẽbra pa/
riter aperuit: Filiæ pſallite, educationem prolis copioſam clamantes. Moue citharam
Dauid, tolle uocem. Ecce noua dei gloria: En arca & manna & uirga Aaron fronde/
ſcens. En tabule Decalogi. En ſcala quam Iacob uidit: circaq; angelos dei aſcendẽtes
pariter & deſcendentes. En cœli porta de qua idem ait. Quam metuendus locus iſte:
Non eſt hic q̃ domus dei & porta cœli. En oraculum ſanctum myſtici tabernaculi &
arcanoꝝ nña delens peccata nosq; deo dño ꝑ Ieſum cõcilians, nec. n. amplius legalis

Sepulchꝝ Virginis uacuum.

iugum ſeruitutis uero iāgitur iugo. Chriſto iam libertatem nobis per ſpiritum in ima/
gine corporea, uelut in charta manu propria conſcribente. Talia Theotoce dormitio
nis tuæ myſteria fuiſſe credimus. Hunc exodium hymnū tuo tumulo cecinimus. Hec
fercula triumphum ignotæ tuæ in cœlum tranſlationis tibi obtulimus. Hanc breuem
orationem populo fideli tua cauſa exultanti gratulatoriam concinnauimus, quæ ſiqd
tuæ magnitudinis dignum habet, tibi habenda gratia quæ uires animumq; præbes. Si
autem quod omnes pati de te aliquid dicere aggredientes eſt neceſſe infra tuam di/
gnitatem fuerit ueniam dabis. Excipeq; hoc qualecūq; munus ex paupere penu deprō/
ptum. Nihil. n. maius aut potius quod matri uerbi dei adferrem præter uerbū ex tuæ
gratiæ fontibus manans habui. Diuinæ autem tuæ conuerſationis uitæq; in ipſa beati/
tudine altiſſimum ſtatum ut omnino incognitum & arcanum ſilentio tantum hono
rare mihi uiſum. Hec ſolum tibi a nobis debentur, que circa te occulta deprendere po
tuimus rudi quidem ſermone pro noſtra uirili enarrata. Nobis uero pro tali munere
o Diua filii tui gratiam precare. Ipſius iram ſi forte ob impia facta noſtris ceruicibus
iminentem uideris deprecare. Noſtrum in ſanctitate, ac iuſtitia curſum uitæ reliquum
dirige. Omnia nanq; potes. Per te inimicorum barbarorumq; ſagittas haſtamq; & ga/
leam & arcus ut arma puerilia inaniaq; putabimus. Habetis igitur dilectiſſimi fratres
myſterii huius ſermonem ſpe quidem noſtra ualde inferiorem, non attamen infra no
ſtri magnitudinem animi. Altiorem uero, ac ſplendidiorem uobis ex eo quærendum
qui ueſtri cauſa ſeſe exinaniuit, corpuſq; adſumpſit ut nos totos ſpiritu diuinos reddat
& ad meliora transferat, modo diuinis occupatos & uerbis & moribus inueniat: qđ
facile per contemplationem, ueſtigationemq; dei erga nos beneficiorum cōſequemur
ut tandem in uirum euadamus perfectum matre dei nobis Ieſum dominum concili
ante. Cui gloria honor & imperium in ſeculorum ſecula.

Hoc damus exiguum uirgo tibi plura merenti
Encomium, noſtri criminis antidotum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa A B C D E
Omnes ſunt terni præter ultimus **E** qui eſt quaternus.

ROMA